doctoribus passim omissa, ab Euthymio explicatur. d) Neque etiam intactas relinquit sententias, quibus stant, qui Graecae ecclesiae addictos sese profitentur. Qualis est illa, quae progenuit contentionem inter graecos et latinos diu olim agitatam: quo scilicet die Christus agnum paschalem comederit? porro doctrina de operum retributione non statim a morte cuiusuis initium capiente, sed differenda ad diem iudicii: denique etiam de Spiritu S. a solo patre procedente, cui opinioni inhaesisse scriptorem nostrum arguunt loca, quibus Spiritum S. a patre procedere adserit, nulla filii facta mentione. e) Reliqua quae Euthymii nomine feruntur scripta, nondum edita, num ab eo profecta sint, exploratum non habemus. Certe quod ad expositionem epistolarum Paulli attinet a nonnullis Euthymio adscriptam, Rich. Simon bibl. crit. de du Pin l. c. pag. 323. eos Euthymium cum Oecumenio commutasse iudicat.

Ioan-

d) Addit vero Euthymius in fine cap. VII. Ioh. *Scire autem oportet, quod ea, quae ab hoc loco habentur, vsque ad eum, quo dicitur:* Iterum ergo loquutus est illis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi, *in exactioribus exemplaribus aut non inueniantur, aut obelo confossa sint, eo, quod illegitima videantur et addita. Et huius argumentum est, quod nullus ea sit interpretatus.* Sed minus recte verborum Euthymii sensum percepisse videtur Hentenius, quoniam in duobus MSS. codicibus, huic exemplari admodum similibus, quos commemorat Rich. Simon l. c. pag. 422. verba ita se habent: Μηδὲ τὸν χρυσόστομον ὅλως μνημονεῦσαι αὐτῷ. *Ita* Noesselt *in nota ad h. l.*

e) Ita ad Ioh. XIV, 10. Et datur quidem a patre, vtpote ab illo procedens, mittitur vero a filio quasi cooperans, et non contrarius. Similiter C. XV, 26.: Vide autem, quod mittit quidem eum et filius, tanquam eiusdem cum patre honoris; verum id a patre puta, procedentem. Procedit itaque a patre, tamquam de eius substantia. Noesselt *in notis ad h. l.*

Ioannis Hentenii Nechlinienſis epiſtola dedicatoria.

Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Domino D. Franciſco a Bouadilla Epiſcopo Caurienſi, Archidiacono Toletano etc. Iohannes Hentenius Nechlinienſis.

S. D.

Si bonum eo praeſtantius eſſe quanto communius, nemo eſt vel mediocriter morali philoſophia inſtructus qui dubitet Praeſul ampliſſime, virtutum ac literarum antiſtes: non erit etiam qui ambigat, commune bonum priuato eſſe praeponendum. Idque adeo verum eſt, vt etiam Chriſtus ſacratiſſimam illam vitam ſuam vilem habuerit, quo vniuerſo generi humano ſalus adempta poſſit reſtitui. Verum ne dicat quispiam Chriſti opera, vtpote diuina, nequaquam in numerum eſſe redigenda: age et ab Ethnicis quoque paucos de innumeris referamus, qui ſuam ſuorumque vitam communi bono poſthabuerunt. In primis autem occurrit Iunius ille Brutus, primus Romanae libertatis aſſertor, qui proprios filios, quod fuiſſent conſilii de reducendis regibus participes, ſecuri iuſſit percuti: tametſi ex eorum caede graui ipſe ſauciaretur vulnere: Quis enim amor aequari poſſit patrum erga filios amori? Nec id ſane Vergilium latuit, qui de eo loquitur in hunc modum:

Vis et Tarquinios reges, animamque ſuperbam
Vltoris Bruti, faſcesque videre receptos?
Conſulis imperium hic primus ſaeuasque ſecures

Acci-

Accipiet: natòsque pater noua bella mouentes
Ad poenam pulchra pro libertate vocabit
Infelix, vtcunque ferent ea fama nepotes:
Vincet amor patriae, laudumque immenſa cupido.

P. Decius Mus cum conſule T. Manlio Torquato contra Latinos pugnans, quum reſponſum eſſet oraculo, Vtrius exercitus imperator legiones hoſtium, ſeque ſuper eas deuouiſſet, eius populi partisque fore victoriam: ſe ipſum pro communi exercitus ſalute deuouit.

Idemque fecit filius eius, eodem appellatus nomine, quum iam tertium Conſul fuiſſet, ſemelque Cenſor: quorum etiam his verbis Poëta meminit:

Quin Decios Druſosque ſimul, ſaeuumque ſecuri
Aſpice Torquatum et referentem ſigna Camillum.

Marcus Curtius praeterea ob populi ſalutem ſeſe equo inuectum in terrae hiatum iniecit. Sp. Poſthumius Conſul, qui ignominioſam pacem cum Claudio Pontio Samnitium duce ad furcas Caudinas pepigerat ac ſpoponderat, autor fuit Senatui, vt ſe cum collega ac tribunis qui autores ſponſionis fuerant, per foeciales nudos vinctosque Samnitibus dederet, quo populus Romanus ab illa pace ſolueretur.

Q. Ceditius Tribunus militum, quem videtur Titus Liuius Calphurnium Flammam vocare, primo bello Punico cum quadringentis militibus, vel, vt habet Liuius, cum trecentis, niſi fortaſſis hic alius fuerit, morti ſe tradidit: vt dum in eos, tumulum quendam capientes, auerterentur hoſtes, legiones cum Conſulibus circumuentae, incolumes ex obſidione liberatae pertranſirent. Simile quoque egit Decius Tribunus militum cum conſule P. Valerio Cor-

Coruino, iunctus haſtatis vnius legionis, (quanquam hos fortuna liberauerit) ne hoſtes Samnites in eos pugnarent. Inter Lacedaemonios ingens eſt huiusmodi copia exemplorum: verum praecipui ſeſe mihi offerunt Buris et Spartis, qui ad Xerxen Perſarum regem ſponte profecti ſunt: daturi poenas quas Lacedaemonii iuxta oraculum pendere debebant, eo quod Oratores a Perſa miſſos occidiſſent. Hi ergo quum ad Xerxen veniſſent, iuſſerunt vt ſe quocunque modo videretur, pro Lacedaemoniis interficeret. Quumque rex pietatem in patriam admiratus, animorumque fortitudinem, liberaſſet illos a poena, peteretque vt apud ſe manerent, Qui poſſumus, inquiunt, hic viuere, relicta patria, patriisque legibus ac viris, quorum gratia tantum iter ſuſcepimus morituri? Quid Codri Athenienſium regis mortem referam? qui quum videret regionem ſuam ferro ignique vaſtari, nec alio modo iuxta Apollinis oraculum tam graue bellum diſcuti poſſet, niſi ipſe hoſtium manu occidiſſet, idque non ſolum in totis Athenienſium caſtris, ſed etiam in contrariis percrebuiſſet, ideoque edictum eſſet, ne quis Codri corpus vulneraret: depoſitis imperii inſignibus, familiarem induit cultum, ac palantium globo ſeſe obiecit, vnumque ex his falce percuſſum in ſui caedem compulit, vt patriam ſeruaret: huius ſiquidem interitu, ne Athenae occiderent effectum eſt. Huic iam rei finem imponam, ſi prius hominis Ethnici, nempe Ciceronis de Somnio Scipionis dictum vere Chriſtianum de communis boni magnitudine retulero, qui ſic ait: Quo ſis Africane alacrior ad tutandam rempublicam, ſic habeto: omnibus qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in coelo ac definitum locum, vbi beati aeuo ſempiterno fruantur Nihil eſt enim illi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia coetusque hominum

iure sociati, quae societates appellantur: harum rectores et conseruatores hinc profecti, huc reuertentur. His igitur, qui vel seipsos fortiter pro republica morti tradiderunt, aut in eius vtilitatem artem aliquam quantumuis etiam illiberalem ac sedentariam, siue quippiam in ea praecipuum gratumque posteris adinuenerunt, vices rependere cupiens antiquitas: et, qua liceret, perpetuam eorum memoriam ab interitu vindicare, statuas aereas seu marmorea sepulchra erexit. Praeterea ethnicorum libros ingenti redemptos precio magna fide vel religione potius descriptos, cedrinis inclusos capsulis, tum cedri succo oblitos, posteri in templis cautissime reponebant: partim vt rei tam sacrae, tamque diuinae custodia non aliis quam ipsis numinibus concrederetur: partim ne quid situs aut caries illa monumenta vitiaret. Alii ne hac quidem contenti diligentia, codices ceu thesaurum incomparabilem in altissimis terrae latebris recondebant tanta cura, vt nec incendiis, nec bellorum procellis, quibus omnia sacra prophanaque solent miscceri, interirent, et posteris certe superessent. Porro si hic honos est habitus superstitiosis etiam voluminibus, veluti Numae ac Sibyllae, aut rerum ab hominibus gestarum memoriam complectentibus, quales erant Aegyptiorum libri: aut aliquam humanae sapientiae portionem tradentibus, veluti Platonis et Aristotelis: quanto iustius est idem facere Christianos in seruandis illorum monumentis? qui sacro afflati spiritu, non tam libros, quam oracula nobis reliquerunt? quibus lectitandis, pectus non doctrina solum aut dicendi facultate, sed virtutibus ac pietate erga Deum impleatur: quum certe Ethnicorum librorum iactura id tantum efficiat, vt minus eruditi simus, aut minus eloquentes, non vt minus pii.

In his itaque qui veterum autorum ac patrum scripta nobis tradiderunt, maxime autem Chrysostomi

quo

quo nemo in enarrandis sacris voluminibus dexterius versatus est, et quo neminem inuenias magis accomodatum his qui ad munus concionandi sese parant non posteriores tulit Graecus quidam autor: qui cernens veteres sacros autores et praecipue eos qui plurimum laboraverant in enarrandis euangelicae doctrinae libris ad quam docendam filius Dei ad terram descenderat nequaquam pro merito lectitari: siue id librorum multitudine, siue lectorum fastidio, siue temporis acciderit penuria: in vnum collegit volumen, quicquid illi magna codicum turba selectum, circa euangelia reliquerant. Et tamen quum posteris adeo vtile ac amplectendum reliquisset opus, tanta fuit animi modestia quod etiam passim ex eius scriptis luce clarius est perspicere vt sibi id adeo non vindicauerit, quod nec proprium nomen adiiciendum censuerit, sed Chrysostomi potius cum caeteris, quorum ingenue fatebatur esse potissima, quae in vnum ipse collegisset: quanquam et ipse suo marte plurima quae et praestantissima erant, adiunxerat, vt hinc coniicias quantum animo dissideret ab iis, qui in modum corniculae alienis sese ornant ac venditant plumis. Plurimis sane autor hic fuisse videtur Oecumenius is, qui similia commentaria ex eisdem collegit autoribus, in Acta Apostolorum, in epistolas quae catholicae nuncupantur, ac in Paulinas omnes, vt certis quibusdam argumentis colligitur, etiamsi nec ibi voluerit suum nomen exprimere: qua de re pluribus agemus, quum tomum illum alterum propediem in lucem dabimus. Hunc itaque Graeca manu descriptum ante multas aetates quod praeter ipsas Euangelistarum nouo modo depictas, iamque propemodum vetustate deletas imagines, multis nobis argumentis innotuit quum casu reperissem in bibliotheca Coenobii Deiparae Virginis a Guadalupe, ordinis diui Hieronymi in regno Castellae, in qua etiamnum delitescit: vt

sunt eius sodalitii, praesertim autem celeberrimi illius monasterii coenobitae, non modo Christianae nostrae religionis, verum etiam praestantissimorum semper autorum, potissimum tamen veterum, diligentissimi obseruatores ac cultores, visum est inuidi esse, ne dicam impii, re adeo frugifera pati diutius priuari Latinos. Nec tamen insscius eram, quam duram, quamque arduam adirem prouinciam: partim quidem, quod propriae conscius imbecillitatis, incultique ingenii, habueram semper in animo, nihil in publicum edere: partim vero quod mihi res esset cum eiusmodi libro, quem vel legere non mediocris foret negotii, vtpote ignotis vt plurimum exarato characteribus ac compendiis, maxima licet cura ac diligentia: literarum etiam figuris plerumque vel carie ac situ obliteratis, vel tinearum ac blattarum iniuria semirosis, vel nouo adeo more depictis, vt in formis etiam noscitandis mihi foret repuerascendum. Omitto quod frequenter in orationis contextu non sunt a se inuicem seperatae dictiones: et ediuerso eiusdem dictionis literae aut syllabae plusquam iusto a se inuicem separantur interuallo, adeo vt nec versus syllabam saepius finiat: commata ac incisa vix adduntur, aut vbi nihil opus est apponuntur: quae res plerumque difficultatem gignit non paruam. Sciebam praeterea quanto vt in vniuersum dicam sese exponant periculo, qui libros a peregrina lingua traductos in lucem edunt: quot et quam varios suscipiant iudices, quorum plerique, Graecis literis ne a limine quidem salutatis, ob id statim omnia damnant, quod mundum illum rhetoricum prae se non ferant, ignorantes quibus arcteatur modis is, qui alienae linguae depositum fideliter reddere cogitur. Summopere enim curandum est ei, qui ab vna lingua quippiam transfert in aliam: ne dum sermoni quaerit ornatum, repente pro interprete paraphrasten agat: rursumque ne ita verbis haereat,

reat, vt prioris linguae idiomata aut dialectos retineat: sed quaeque lingua quod suum est habeat: alioqui nec Graece loqui videbitur, nec Latine: idque quod in indoctum iactatum est Comicum, ipsi adaptabitur, quod ex Graecis bonis, Latina fecerit non bona, id quod de multis exulcerato hoc seculo apte quis dixerit. Quis enim sacras iam literas passim non sibi vindicat, antequam discat: torquet, lacerat: suoque intellectui, imo suis affectibus seruire cogit scripturam etiam repugnantem? Et quemadmodum scribimus indocti doctique poemata passim, ita et plerique, quanquam in sua arena foeliciter versarentur, proprios egressi limites, dum sutores, relictis crepidis, ignota quaeque diiudicare conantur, non raro misere hallucinantur. Quid enim medico aut iurisperito cum versione aut interpretatione sacrorum mysteriorum? Quodque longe magis deflendum est, dum animo prauis imbuti sunt dogmatis, quae ex Graeco vertunt in Latinum, non satis fideliter tractant: nunc quidem, quod frequenter accidit, cogente harum rerum imperitia: quod tamen, nisi illotis accederent ad contrectanda sacra manibus, facilius posset ignosci: nunc vero, ne suis repugnent dogmatis, aut truncatim, aut praue sensum nobis reddunt. Quod luce clarius ostendemus, vbi alterum tomum Deo propitio in lucem ediderimus, quod, ut spero, breui faciemus. Ob haec igitur aliaque plurima quae versionem variis exaggerant difficultatibus, non is sum qui non intelligam, quantum huic autori dignitatis, quantumque splendoris tenebricosus interpres absuluerim. Sed vtcunque sit, sensum tamen me assequutum opinor, licet ipsum nullo cultu adornauerim: verum id nemo sanae mentis in commentariis requiret, maxime ab eo qui, vt praefatus sum, peregrinae astrictus est linguae. Quodsi vniuersis satisfacere non potui, facile feram, quum ne mihi quidem ipsi

in omnibus faciam satis. Attamen onus hoc, quanquam meis longe impar humeris, subire aggressus sum, quod alio sese non offerente, grande ducerem piaculum, si fideles diutius tanto frandarentur thesauro. Quid enim, quod ad euangelicae historiae enarrationem attinet, in Chrysostomo potissimum, deinde et in Origine, Basilio, aut Nazianzeno inuenies, quod hic facillime et succinctissime non proferat? Et Chrysostomo quidem satis patet non eum fuisse scopum, vt euangeliorum aut actionum apostolicarum, seu Paulinarum epistolarum nudum nobis traderet intellectum. Alioqui enim tam vasta in paucos sacrae scripturae libros non reliquisset volumina, sed plebis formandos mores suscepisse magis videtur: et idcirco locos ad plebem tractat communes, et enarrationem homiliis distinguit. Quin et Theophylactus, quanquam is ad historiae seriem magis accedat, non nihil tamen subolet dictionis illum affectasse venustatem: quodque rhetorice dixisse satis cupiat videri, et non soli literae enarrationi haerere. At noster hic autor vnicum hunc habuit scopum, vt euangelicam succincte cunctis aperiret historiam. Quodsi ad mores quoque corrigendos nonnihil exhortationis exoptes, id etiam breuiter quidem ac rarius, sed foeliciſſime tradit hic autor. Quam apte, bone Deus, quum euangelistae plurimum dissidere videntur, ita dissidentia connectit loca, vt ab eodem plane illa videantur esse dicta. Et huic quidem rei nullus, meo iudicio, adeo vtiliter ac serio hactenus inuigilauit. In quo tamen, sicut neque in caeteris, nolim quisquam meis fidem habeat verbis, nisi longe plura in hoc lectitando, laude digna repererit, quam ego possim assequi enumerando.

Hoc itaque opus, vt tibi nuncuparem amplissime Praesul, fecit inter innumeras tuas dotes, maxima humanitas tua: quam praeter auditam famam lon-

ge

ge lateque dispersam, non semel in te sum expertus: qua, quum omnes etiam extremae fortunae hominesq; tum studiis potissimum deditos, benignissime semper amplecteris: ipsaque studia, vbicunque vel minima datur occasio, totis prouehis viribus. Praeterea id magis aggredi sum ausus, quod quum tibi forte fortuna nos inuisenti, primum hunc meum partum omnino adhuc informem demonstrassem, vna cum Graeco exemplari, nequaquam vt monstrum abhorruisti, sed veluti pulchellum pusionem auide deosculabaris: mirabare non nullas quoque occultas in eo dotes, non cuiusuis oculis expositas. Quod nisi ita contigisset, qua temeritate tentassem, tam locupleti, hac etiam in parte, viro, tantillum offere munusculum? Munusculum inquam: nam licet in se munus sit, fortassis non aspernandum, si tamen ad immensas ac pretiosissimas tuas opes conferatur, indignum censebitur, quod in tuo thesauro, vel exiguum inueniat locum. Siquidem vt haec interim fileam, quae dicit Apostolus in episcopo non oportere desiderari: nempe vt irreprehensibilis sit, tanquam Dei dispensator, vigilans super gregem, sobrius, non praefractus, non iracundus, sed modestus, hospitalis, aptus ad docendum, pius, temperans, tenax eius qui secundum doctrinam est fidelis sermonis, vt potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam, et contradicentes conuincere, non violentus, non percussor, non turpiter lucri auidus, sed aequus ac iustus, a pugnis et ab auaritia alienus, qui domui suae bene praesit. (Nam si quis inquit propriae domui praeesse non nouit, quomodo ecclesiam Dei curabit?) non in fide nouitius, ne inflatus in iudicium incidat diaboli: qui et bonum habeat testimonium ab extraneis. Vt haec, inquam, omnia fileam quae nullus qui te propius nouerit, in te desiderare poterit: quin pleraque etiam abundantius inueniet, quam exegerit

Apostolus, cum pulcherrimo quoque et fulgentissimo illo castitatis cingulo. Verum quis non admirabitur in viro tam praeclaro genere orto, cui adeo semper arriserit ex omni parte fortuna, quae nihil quod suarum est partium ipsi vnquam negasse videtur, tam variam, tamque reconditam eruditionem, iudicium certissimum, ingenium tam acre, peneque diuinum, memoriam adeo tenacem? in quo praeter exactam vtriusque iuris prudentiam, perfectam quoque trium linguarum peritiam quis non suspiciat? Nam in Graecis ac Latinis adhuc puer exercitatissimus erat: in Hebraeis vero Deus bone quam foeliciter versatus est, quam etiam erga suum praeceptorem liberalis. Qui his igitur comitibus ita ad sacras iam dudum accessit literas, vt neque naturalis philosophiae, neque Theologiae, quam scholasticam vocant, desiderata peritia, quis ambigat ipsum mira praestiturum? Itaque nullum in eis quantumuis abstrusum inuenias locum, cuius exactissimam non possit ex tempore reddere rationem. Sed quid ego haec non crediturus frustra denuncio? de homine potissimum, qui nondum quintum et trigesimum attigit annum, in praeclarissimo dignitatum opumque splendore semper constituto, quae non parum impedimenti studiis adferre solent. Spero equidem quod concredita sibi talenta nequaquam in terram defodiet. Quanquam enim etiam nunc lucerna sit non subter modium, sed super candelabrum posita, omnibus qui in ecclesiae domo sunt, vitae ac morum integritate, librorumque aeditorum doctrina praelucens, ac vt probum praestet Christi ouium sibi concreditarum pastorem, plurimis iisque maxime arduis distringatur negotiis: dabit tamen propediem, si diuinare licet, maius adhuc sui specimen in lucem, quo perspicuum omnibus fiet, me haec assentandi gratia minime promulgasse, sed longe adhuc intra veritatis limites calamum continuisse.

Quodsi

Quodsi his e Graeco vertendis vacare voluisset, superuacue nobis maximus hic labor sumeretur. Scio enim nonnulla eum quasi per ludum sibiipsi vertisse facillime, in quibus ego noctes atque dies desudans, necdum omne id quod quaerebam me opinor assequutum. O vtinam tales forent omnes episcopi ac dispensatores, quos dominus constituit super familiam suam, vt dent illi cibum in tempore: profecto foelicius ageretur cum Christi ouibus, imo cum tota Republica Christiana. Praesulum namque et pastorum vitam ac mores grex vniuersus imitatur. Quapropter omnibus in rebus ornatissime Praesul, hoc aurium ornamentum ne fastidias, te per tuam orbi cognitam humanitatem etiam atque etiam obtestor. Nosti enim ipsi praeceptum fuisse Mosi, vt ad Tabernaculum ac Sanctuarium construendum non modo aurum et argentum, purpuram et byssum, lapides Onychinos ac gemmas acciperet: verum etiam viles inter caetera caprarum pilos. Scis et viduae duo aera minuta non modo fuisse Christo gratissima, sed omnibus quoque splendidis diuitum muneribus ab eo praeposita: et poculum aquae frigidae Christi nomine offerentem, nequaquam premio fraudandum. Si igitur munus hoc ad tuas domi repositas diuitias conferas, profecto vilius erit abiectissimis caprarum pilis: cui nihilo minus, sicut et illis, locus erit ad exteriora tabernaculi domini asseruanda. Si vero animum quo munusculum hoc tuae illustrissimae offertur celsitudini conspexeris, audeo asserere, auro et argento, purpura et byssо, lapidibus onychinis ac gemmis longe praestantius fore. Etenim si qua in re detur, vt propensi erga de mei animi facias periculum, nullam subire recusauero sententiam, si me vllo modo te inueneris fefellisse. Ne ergo munus hoc in se consideres, nec ad vniuersam tui musei supellectilem conferas: sed ad offerentis animum, quo id vere-

cunde porrigit, parumper oculos deflecte, ac munusculum hilari fronte suscipe: vt dum haec non ingrata tibi fuisse deprehendero, maiores ad huiusmodi studia vires assumam. Vale Praesulum decus eximium. Louanii anno a partu virgineo. 1543. sexto Idus Augusti.

* * *

Eiusdem admonitio de auctore horum commentariorum ex editione[a]) Louaniensi 1544. fol.

Studioso Lectori.

Quum hos commentarios ante aliquot menses[b]) in lucem ederemus, studiose Lector, nec certi quicquam haberemus, quod de autore diuinaremus, aliorum magis, quam nostrum secuti iudicium, praefati sumus, quibusdam videri autorem esse *Oecumenium*, quem in caetera noui testamenti breui a nobis latinum accipies. Quanquam (vt verum fatear) huius phrasis ab illo non parum[c]) mihi dissidere videbatur. Nunc vero eundem nacti autorem in Psalmos Dauidicos, et in

a) Hanc editionem, quam beneficio Heynii, Viri Perillustris, ex bibliotheca Vniuersitatis Goettingensis accepi, recenset Hamberger, im vierten Theile der zuverläßigen Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern. pag. 82. 83.

b) Anno 1543. sexto Idus Augusti, vt ex eius praefatione intelligitur.

c) Magnum esse discrimen acuminis, ordinis, consilii, graecitatisque inter Pseudo-Oecumenium et inter Euthymium, nemo in dubium vocabit, qui vtrumque legerit. Sed de Oecumenio quid sentirem, dixi alibi. Cum Euthymio nullo modo comparandus. Simillimus autem Euthymio est Pseudo-Theophylactus in epistolas Paullinas.

in Cantica, quae[d]) vna cum Psalmis canit ecclesia, iam secundo[e]) typis excusum, certissimo certius ausi fumus ferre iudicium, horum commentariorum autorem esse *Euthymium*[f]) *Zigabenum*. Neque enim ouum ouo fuit vnquam adeo simile, quam haec[g]) phrasis illi. Videas in vtroque gratam cum simili pietate breuitatem, succinctam Hebraismorum explanationem. Et quemadmodum ibi Psalterium, ita et hic singulorum Euangelistarum enarrationes simili ac peruenusta concludit[h]) δοξολογίᾳ inncta παραινέσει

d) Ista cantica in plerisque Codicibus τῶν ὁ. iunguntur Psalmis. Atque ita etiam reperi in duobus Codicibus Mosquensibus Psalmorum cum interpretatione Euthymii, nimirum in Cod. Bibl. SS. Synodi num. CXCVI. et CXCVII.

e) Ex hoc colligit Hambergerus, supra laudatus: daß einige Exemplare, aller Wahrscheinlichkeit nach, das Jahr 1543. auf dem Titel führen. Sed vocabulum *excusum* est ambiguum. Incertum enim, vtrum ad commentarios in Psalmos, an ad commentarios in euangelia sit referendum. Sed illud puto. Etenim Montefalconius in bibliotheca Coisliniana p. 58. memorat illorum commentariorum, ex interpretatione Philippi Sauli, editionem Veronae. in fol. ann. 1530. et Lutet in 8. ann. 1543. Priorem, si recte memini, vidi quondam in bibliotheca Amplissimi Senatus Lipsiensis. Hanc, vt videtur, notat Hambergerus, loco laudato, quanquam hic pro Lutetiae, scripsit Parisiis. Alterum argumentum est, quod in hac ipsa editione Euthymii, anni 1544. in indice scribitur: Liber hic neque Graece, neque Latine antea typis vnquam excusus est. Denique hic in fine huius admonitionis legitur: in his, quae nondum distracta erant etc. Est ergo haec, vt credo, editio princeps, mutato tantum indice.

f) Ita, pro Zigabenus.

g) Id ipse etiam testari possum, cum Codices Mosquenses Psalmorum tractauerim.

h) Sed hoc in pluribus Patrum commentariis reperitur.

συνέσει. Adde [i]) quod inter caetera enarrat et Mariae ac Zachariae cantica, quae habet Lucas primo capite: quorum et in hoc et in illo libro, verbis duntaxat pro varietate interpretum immutatis, eandem videbis interpretationem. Et vtrobique super eo verbo, Praeibis ante faciem domini parare vias eius. Quae sint, inquit, viae eius diximus tertio capite euangelii secundum Matthaeum, vbi habetur, Vox clamantis in deserto, Parate viam domini. Quum haec aliaque plurimaque certissima de hoc autore indicia haberemus, maluimus in his, quae nondum distracta erant, exemplaribus, studioso lectori id indicare, quam eum diutius suspensum tenere. Quare sicut illorum commentariorum in Psalmos, autorem nemo dubitat vere esse Euthymium Zigabenum, sic neque deinceps horum in euangelia commentariorum suspicetur quisquam alium esse autorem. Vale. Anno 1544. Nonis Februarii.

Eiusdem Praefatio.

Candido Lectori.

Ne quid in hoc autore euoluendo haesites, candide Lector, paucis de rebus te duximus praemonendum. Id igitur primum sit, quod in eo exemplari quod ad nostras manus peruenit, quaedam annotationes interdum ponebantur [k]) in marginibus: quas, quum nequaquam poenitendas censerem, non fuit animus penitus

i) His et similibus argumentis in primis efficitur, autorem horum commentariorum esse Euthymium.

k) Idem obseruauit Richardus Simonius in Euthymii Codicibus Parisinis, et nos in vtroque Mosquensi.

nitus abiicere, ne vel hoc commodo fraudareris. Verum ne huiusmodi annotationibus margines replerentur, nec esset spatium ponendis sacrae scripturae locis, quae passim ab autore citantur, eas in reliquae scripturae ordinem redegimus, atque post eius particulae textus enarrationem, ad quam ponebantur, locauimus: certis tamen quibusdam*) notulis, hinc quidem annotationem ipsam, illinc vero locum cui respondeant designantibus. Alias autem, quae duobus verbis capitum sententias demonstrabant, suis locis reliquimus. Quin et paucis in locis, vbi operae pretium visum est, nostras quoque annotatiunculas margini addidimus: praesertim quum literae dictio aliqua Hebraicam aut Chaldaicam habet originem, quae loca autor noster, vt qui Graecus tantum esset, aut omnino praetermiserat, aut infoeliciter tractauerat. In primo statim cuiusuis faciei initio nomen Euangelistae, vna cum capitis numero iuxta Latinorum enumerationem posuimus: supra ipsos autem paginae versus, maiusculis literis, numerum capitis iuxta Graecorum supputationem, quod eam solam autor noster toto opere prosequatur.

Loca vero e Bibliis citata, aut ea concernentia, in margine annotauimus, numeris iuxta Latinorum distinctionem capita designantibus, quod haec opinemur esse tibi notiora. Vbi autem locus quispiam citatus, non fuerit in margine expressus, ad eiusdem voluminis locum antea citatum recurrito: id enim de industria omisimus, ne idem caput eiusdem voluminis toties iteratis vicibus annotaremus. Ignosces etiam pro tua humanitate, candide Lector, quod voces quasdam non vitauerimus, a quibus nostro hoc foeliciori seculo abhorrent nonnulli: veluti sunt,

Salua-

*) Nimirum signo crucis, quod nos quoque imitati sumus.

Saluator, *Saluare*, *Compati*, *Compassio*, *Incompassibilitas*, *Dispensatio*, *Dispensatorie ac similes:* potissimum quum viderem doctissimos ac eloquentissimos Christianae religionis proceres ab his nequaquam abhorruisse, Tertullianum dico, Lactantium, Cyprianum, Hieronymum et Augustinum, qui etiam 13. de Trinit. cap. 10. ita loquitur: Nisi infirmitas esset, medicum necessarium non haberent, qui est Hebraïce *Iesus*, Graece *Soter*, nostra autem loquutione *Saluator:* quod verbum Latina lingua non habebat, sed habere poterat, sicut habuit quando voluit. Et merito haec dicit Augustinus. Quis enim dubitat, quin Cicero, si nostris fuisset temporibus, nostraeque fidei recepisset dogmata, plurimis vsus fuisset vocibus quibus non est vsus: quanquam et ipso verbo *Saluare* vsus est in L. Pisonem, et eius voce passiua. 2. de natura deorum. Quintilianus quoque libro 12. cap. 10. vsus est eodem verbo: quod etiam annotauerunt ante nos viri doctissimi. Quanquam recentiores typographicorum castigatores haec immutare ausi sint: siue id suo fecerint arbitrio, siue aliorum suasu, qui haec deprauata fuisse asserebant, quod rara essent inuentu. Ego tamen vulgo me nonnihil accommodare debui. Quia vero locum quemuis occurrentem idem autor, nullo praetermisso ita explanat, vt quaecunque circa eam materiam, aut idem Euangelista alio in loco, aut caeteri recensent, pariter edisserat, ad minima vsque singulorum interdum verba, vbi vero sese postmodum eadem res obtulerit, ad dictam interpretationem citato iuxta Graecorum supputationem capite transmittat: idcirco praestat antequam autoris verba aggrediamur praemittere ordinem ac numerum singulorum capitum modo quo apud Graecos distincta sunt, quem et nos vna cum autore in nostra versione seruabimus. Deinde quia in Graeco, in quod incidimus, exemplari, contextus Euangelii

non

non raro discrepat a nouorum testamentorum editione, quae passim Graecis excusa typis circumferuntur: quod vbi accidit, plerumque conforme est exemplar Graeci huius autoris editioni Bibliorum, quae Dominus Franciscus Ximenez Archiepiscopus olim Toletanus, ac S. R. E. Cardinalis, immensis sumptibus, laboribus ac vigiliis, maxima cum diligentia Compluti curauit nostris temporibus variis linguis excudenda: accitis vndique terrarum tum viris in linguarum cognitione doctissimis, tum exemplaribus castigatissimis ac vetustissimis: vel ab ipsa Leonis decimi Bibliotheca, vel a Venetorum senatu transmissis: aut aliunde, nulla expensarum seu laborum habita ratione conquisitis. Ne quis ergo Euangeliorum contextum nos temere immutasse existimet, loca discrepantia annotauimus: quanquam frequenter res sit exigui momenti, quae dissidium faciat. Vbi autem Complutense hoc citauerimus exemplar, Graecum intelliginus contextum non Latinum: nam in hoc nihil a vulgata editione immutatum est. Porro in quibus dissideat vulgata editio ab vniuersis Graecorum exemplaribus, ex aliorum tum versionibus tum annotationibus, facile cuiuis perspicuum erit. Praeterea ne quis protinus vulgatam, hac in parte damnet editionem, quod ea quae Graece per tempus praesens aut praeteritum efferuntur, habeat in futurum versa, sicut nonnulli frequenter fecisse videntur: animaduertendum est, Euangelistas et Apostolos, quum genere Hebraei essent, hac in re sicut et in aliis multis, Hebraïcum sequutos idioma, quo illi frequentissime pro praesenti, quod proprium non habent, aut pro futuro, efferunt praeteritum: vtque in vniversum dicam, tempus vnum pro alio Hebraei saepenumero collocant: quod etiam Euangelistae non raro fecerunt, nec solus Matthaeus, qui patria scripsit lingua, hoc est Hebraea, sed et caeteri, qui

Graece

Graece scripserunt. Quaedam ergo ex innumeris locis seorsim recensuimus, in quibus manifeste praesens, interdum etiam praeteritum pro futuro locatum est: quorum et nos quaedam exigente sententia, per futurum vertimus: alibi quoque id ex literae contextu aut ex ipsis commentariis planum erit: interdum vero ob autoris nostri enarrationem immutare non licuit. Est et alia peculiaris Hebraeorum phrasis, quam non raro aemulantur Euangelistae, qua pro epitheto siue nomine adiectiuo, addunt genitiuum substantiuum, dicentes: *Deus pacis*, *misericordiae*, *iustitiae*, *vltionis*: hoc est pacificus, misericors, iustus, vlciscens: *lex mortis*, id est mortifera: *filii inobedientiae*, inobedientes: *Iudex iniquitatis*, iniquus: *mammona iniquitatis*, iniquum: *vox clamantis*, clamans: fortassis et *merces iniquitatis*, iniqua. Sic Iudas dicitur *filius perditionis*, hoc est perditus, aliaque innumera. Id plerunque immutare non licuit propter autoris nostri scholia, quae literam per genitiuum interpretantur: interdum quoque non libuit, quod apud omnes iam olim alia recepta esset sententia.

Ad haec solent Hebraei hanc dictionem *Verbum* aut *Sermo* pro re vel facto ponere: quod in veteri quidem testamento frequentissimum est, vt quum dicitur, [Isaiae 39.] *Non fuit verbum quod non ostenderit eis Ezechias in domo sua*, vbi tamen paulo inferius subsequitur, *Non fuit res quam non ostenderim eis in thesauris meis*. Et alibi [2 Reg. 1.] quum ait Dauid puero, qui ex castris Israel se fugisse dicebat *Quod est verbum quod factum est? indica mihi*, et innumeris aliis in locis: Idem in nouo quoque testamento passim [Marci 1. Luc. 1. 2. 4.] vsu venit: vt quum leprosus curatus disseminasse dicitur *sermonem*: et frequentissime apud Lucam. *Non erit impossibile Deo omne verbum. Videamus hoc verbum*

quod

quod factum est. Quod est hoc verbum, quod cum autoritate ac potestate imperat spiritibus? et alibi frequenter. Quam tamen Hebraeorum phrasim autor noster plerunque non videtur animaduertisse, sicut nec praecedentem: quod Hebraïce non calleret, sed tantum Graece. Atque ob id quoque citans quippiam ex veteri testamento, semper iuxta septuaginta profert interpretes. Caeterum etsi cunctis manifestum sit me interpretem tantum agere, nihilque quod meum sit edere, siue illud approbandum sit, siue reprobandum: ne quis tamen hunc autorem minoris faciat, quod vno aut altero in loco a communi Latinorum Theologorum opinione dissentire videatur, quemadmodum et alii Graeci: nempe de die mensis quo Christus mysticam celebrauerit coenam, et de bonorum ac malorum retributione operum: vtrum statim a cuiusque morte fiat, an ad diem vsque postremi iudicii differatur, quemadmodum olim senserunt Graeci. De spiritu sancto quoque quod a solo patre procedat, etsi id nusquam dicat autor noster, idem tamen cum caeteris Graecis sensisse videtur, quum semel atque iterum dicat illum a patre procedere, nulla filii facta mentione. Et quanquam praedictis in locis, marginali annotatiuncula te praemunierimus, candide lector: ob duo tamen illa posteriora tibi perpendendum est, quod autor noster multis procul dubio annis tempora Concilii Florentini praecesserit: in quo Eugenius Pontifex quartus consentiente Imperatore Constantinopolitano, et loca tenentibus Patriarcharum, caeterisque Ecclesiam Orientalem repraesentantibus, anno dominicae Incarnationis 1439. pridie Nonas Iulii, sui pontificatus anno nono, literas sanctae dedit vnionis, quibus praedicti omnes sua nomina subscripserunt, haec inter caetera continentes.

Conuenientes Latini et Graeci in hac sacrosancta Oecumenica Synodo, magno studio inuicem visi sunt, vt inter alia etiam articulus ille de diuina spiritus sancti processione, summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex diuinis scripturis, pluriumque autoritatibus sanctorum doctorum Orientalium et Occidentalium: aliquibus quidem ex patre et filio, quibusdam vero ex patre per filium procedere dicentibus spiritum sanctum; et ad eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diuersis vocabulis: Graeci quidem asseruerunt quod id quod dicunt spiritum sanctum ex patre procedere, non hac mente proferrent, vt excludant filium, sed quia eis videbatur, vt aiunt, Latinos asserere spiritum sanctum ex patre filioque procedere, tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo quod spiritus sanctus ex patre procedat et filio: Latini vero affirmauerunt non se hac mente dicere spiritum sanctum ex filio procedere, vt excludant patrem, quin sit fons ac principium totius Deitatis, filii scilicet et spiritus sancti, aut quod id quod spiritus sanctus procedit ex filio, filius a patre non habeat, siue quod duo ponant principia seu duas spirationes, sed vt vnum tantum asserant esse principium vnicamque spirationem spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt: et quum ex his omnibus vnus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infra scriptam sanctam Deo amabilem eodem sensu eademque mente vnionem, vnanimiter concordarunt et consenserunt; in nomine igitur sanctae Trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, hoc sacro vniuersali approbante Florentino Concilio definimus, vt haec fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur: quod spiritus sanctus ex patre et filio aeternaliter est, et essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex patre simul et filio: et ex vtro-

que

que aeternaliter tanquam ab vno principio et vnica spiratione procedit. Declarantes quod id quod sancti Doctores et patres dicunt, ex patre per filium procedere spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc significetur filium quoque esse secundum Graecos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiae spiritus sancti sicut et patrem. Et quoniam omnia quae patris sunt, ipse pater vnigenito filio suo gignendo dedit, praeter esse patrem, hoc ipsum quod spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius a patre aeternaliter habet, a quo aeternaliter etiam genitus est. Definimus insuper explicationem illorum verborum, Filioque, *veritatis declarandae gratia et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam.* Et infra de operum retributione subiungit: *Illorumque animas qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae corporibus, in poenis purgatorii, prout superius dictum est, sunt purgatae, in coelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et vnum sicuti est, meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum, poenis tamen disparibus puniendas.* Porro de prima illa diuersitate diei quo Christus agnum paschalem ederit, et de eo quo pro nobis mortuus sit, longa semper fuit inter Graecos et Latinos contentio, dicentibus Graecis ipsum decimatertia luna agnum edisse paschalem, passum vero decimaquarta, vt veritas responderet figurae: et propter illud Ioannis, [Ioan. 18. 19.] *Et ipsi non introierunt in praetorium, ne contaminarentur, sed vt ederent pascha:* ac illud, *Erat autem parasceue paschae: et, Ibi ergo propter parasceuen Iudaeorum, quia prope erat monumentum, posuerunt*

Iesum. Siquidem illa paraſceue nihil aliud erat, quam dies praeparationis, quo ſe praeparabant Iudaei ad edendum agnum paſchalem. Latini vero aſſerunt eum decimaquarta luna agnum quidem ediſſe paſchalem, ſicut et caeteros Iudaeos: quia vt habet etiam Graecus Chryſoſtomus, ad mortem vsque ſemper ſeruauit legem: paſſum vero aiunt decimaquinta luna, propter alios tres Euangeliſtas, [Matth. 26. Marci 14. Lucae 22.] qui adſtruunt fuiſſe primum diem Azymorum, quo Chriſtus poſtremam coenam cum diſcipulis celebrauit. Et hi autem et illi repugnantem ſcripturam obtorto collo trahere quodammodo videntur ad ſuum ſenſum. Quapropter operae pretium facturus videor, ſi in tui gratiam, beneuole Lector, hoc loco dilucide annotauero, quae varia lectione magnisque ſudoribus hac de re in compendium redegi. Primum itaque notandum eſt, quod naturalis dies apud Hebraeos incipit ab occaſu ſolis, et deſinit in eiusdem occaſum dici ſequentis, iuxta illud, [Gen. 1.] Factum eſt veſpere et mane dies vnus. Menſis vero a coniunctione media Luminarium: et durat triginta diebus, duodecim horis, et duabus tertiis vnius horae cum tribus minutis, quae ſupputatio inuariabiliter conformis eſt cum Ptolemaeo aliisque aſtronomis ſecundum medium curſum Lunae. Annus autem exordium ſumit a Neomenia ſiue ſolis ac lunae coitione proxima aequinoctio vernali, ſecundum medium curſum ſolis et lunae. [Leuit. 23. Num. 28. et 29.] Praeterea omnia feſta Hebraeorum, quae a Moſaica lege habentur, praeter Sabbathum, ſuam numerationem ac variationem per diuerſos hebdomadae dies, ſumunt a primo die praedictae Neomeniae, a quo iuxta legem omnia ſua feſta numerant Hebraei: puta decimoquinto die eiusdem primi menſis feſtum erat Azymorum, et pridie eius diei, id eſt decimaquarta luna ad veſperam, edebatur

tur agnus paschalis: A festo autem Azymorum transactis septem hebdomadis, sequenti die, nempe quinquagesimo, festum erat Primitiuorum siue Pentecostes: Post sex vero menses lunares ab eadem prima Neomenia, id est post centum septuagintaseptem dies, sequenti die erat festum Tubarum, nempe in Neomenia proxima aequinoctio autumnali. Decimo inde die festum expiationis celeberrimum. Decimoquinto eiusdem mensis die, festum scenopegiae siue tabernaculorum. Et ab hoc festo, die octauo, id est post septem eiusdem festi dies, occurrebat vltimum eorum festum, nempe coetus vel collectae siue retentionis: quod solum designabat fidelium in Sancta Ecclesia congregationem, ac retentionem siue perseuerantiam, quod factum est post veteris legis finitas figuras ac ceremonias. Deinde animaduertendum est quod quando iuxta vernale aequinoctium, coniunctio luminarium secundum medium cursum occurrebat post decimamoctauam diei horam, quia iam peractae erant plus quam tres quartae partes diei, et declinabat magis ad diem sequentem, ideo seruabatur quoque dio sequenti, et ab hoc numerabantur omnia praedicta festa.

Praeterea si dicta prima Neomenia occurrebat secundo, quarto, vel sexto hebdomadae die seruanda, reiiciebatur in diem sequentem. Nam si secundo hebdomadae die fuisset seruata, tunc festum Expiationis, quod erat celeberrimum, occurrisset die sexto celebrandum: quodsi sexto die seruaretur dicta prima Neomenia siue primus anni eorum dies, tunc dictum Expiationis festum die primo, quem nos vocamus dominicum, occurrisset ab eis celebrandum: quorum vtrumque admodum graue censebatur et valde onerosum toti populo, eo quod duobus continuis diebus naturalibus, nempe festo Expiationis et Sabbatho, nullo modo liceret parare cibos, aut sepelire

mortuos: corpora autem mortua, aut cocta olera non possent in tertium seruari diem, praesertim in calidis regionibus. Quodsi sexto die seruaretur praedicta Neomenia siue primum nouilunium, tunc septimus dies festi Scenopegiae siue Tabernaculorum occurrisset die Sabbathi. In hoc autem septimo die multa laetitiae signa ostendebant, quae die Sabbathi facere non licuisset, septies circumeundo altare cum palmarum frondibus, in memoriam captae Iericho primae ciuitatis, quam in terra promissionis filii Israel huiusmodi septenaria circuitione ceperant, in hoc praeterea die lectio quoque illa Psalmistae [Psal. 117.] publice decantabatur: *Obsecro Domine salua quaeso: obsecro Domine prospere age: benedictus qui venit in nomine Domini.* Nam et hanc constitutionem scimus quoque in vsu fuisse Israelitis, quum adhuc in captiuitate essent Babylonica. Siquidem ex Thargum Esther colligimus quod eo die secabant frondes palmarum, atque decerpebant Citrea poma, abscindebant Rosmarinum, et faciebant sibi הושענא Hosana: legebantque in libris suis et orabant, laetabantur et hilares erant in הושענא Hosana, saltabant et exiliebant sicut hoedi. Vnde videre licet vt hoc quoque docendi gratia addamus vocabulum Hebraeum תושיעה נא Hosiana vulgi more apud Hebraeos etiam ante Christum natum fuisse corruptum aut illos vsurpasse ipsum more Chaldaïco, et deinde abusos fuisse pro solemnitate palmarum, in qua cum ramis ceremoniae fiebant. Et ita nato postmodum Christo, quum vellet populus eum honorare, et cum triumpho Ierosolyma deducere, ignorantes compleuerunt prophetiam Dauidicam, occasione sumpta ex furculis ab oliuis decerptis et in viam stratis, clamantes Hosana, id quod clamare consueuerant in solemnitate Ramorum. His itaque praemissis animaduertendum est, quod anno quo passus est Christus occurrit prima

prima Neomenia, siue coniunctio luminarium proxima aequinoctio vernali secundum medium cursum solis et lunae iuxta veram et exactam supputationem peritissimorum Hebraeorum, die quinto hebdomadae post decimamnonam diei horam, cum aliquot minutis: et ita iuxta praedicta erat sequenti die seruanda. Sed quia sexto die, vt dictum est, nunquam seruabatur, idcirco Iudaei eo anno seruabant primum illud nouilunium die Sabbathi: et ita decimusquintus dies eiusdem mensis, quo occurrebat festum Azymorum, iuxta Iudaeorum obseruantiam etiam erat dies Sabbathi: ideoque propter duorum festorum concursum, de illo dicit Ioannes, [Ioan. 19] quod *erat magnus dies ille Sabbathi*, vt etiam ad ea verba habet autor noster. Christus vero seruauit quidem Neomeniam sexto hebdomadae die: quum enim post decimam nonam horam occurrisset quinti diei, rationabiliter vt dictum est, magis pertinere videbatur ad diem sequentem. Verum a sexto die ad Sabbathum cum Iudaeis transferre noluit. Nam hoc propter festa septimo mense futura faciebant Iudaei, vt praedictum est: Christus autem nouerat, quòd per suam passionem quae instabat, cessaret obligatio sequentium illorum festorum, sicut et caetera legis ceremonialia. Propter hoc itaque, et etiam quia sequenti die moriturus erat Christus, typicum quidem agnum vera et legitima decimaquarta luna, quae fuit die quinto, comedit; quartadecima vero luna iuxta veterem Hebraeorum numerationem etiam legitima, in cuius vespera Iudaei typicum agnum erant immolaturi, ipse verus agnus fuit immolatus: et ita veritas respondit figurae. Horum autem causam, vt verisimile est, solum indicauerat patrifamilias in cuius aedibus pascha edebat, et ipsis duodecim discipulis, quorum [Luc. 22.] Petrus et Ioannes ex iussu Christi necessaria parauerant, nempe lactucas agrestes et baculos: nam

agnus ipse decimo die mensis parabatur: panes quoque azymi, vt verisimile est, [Exod. 12.] aliquot ante diebus, iuxta familiarum magnitudinem parati erant; itaque nullus ex hoc passus est offendiculum, neque ob id coram iudice potuit accusari. Quin et Tertullianus Latinus autor, proximus apostolorum temporibus, de die passionis Christi ita loquitur in Apologetico aduersus Iudaeos. Quae passio intra tempora septuaginta hebdomadarum perfecta est, sub Tiberio Caesare, Coss. Rubellio Gemino et Rufo Gemino, mense Martio, temporibus Paschae, die octauo calendarum Aprilium, die primo Azymorum, quo agnum vt occiderent ad vesperam, a Mose fuerat praeceptum. Neque enim ob id dici potest primo die Azymorum mortuus, iuxta praedicta Tertulliani verba, quod ea nocte captus fuerit. Siquidem omnium testimonio in cruce et non in comprehensione fuit nostra redemptio. Et procul dubio diuina id actum est prouidentia, quod eo anno duplex decimaquarta luna occurrebat, vt diuersis respectibus, et hinc veri agni immolatio typico responderet, et illinc Christus ad finem vsque vitae legem seruaret, vt habet etiam Graecus Chrysostomus, ac typicum agnum vera et legitima decimaquarta luna ederet, sicut eum edisse dicit Hieronymus. Et de hac decimaquarta luna, iuxta Christi numerationem loquuntur indubie Matthaeus, Marcus, et Lucas, quum aiunt fuisse primum diem Azymorum. Nam quum hi tres euangelistae magnam facerent huius coenae mentionem, et consecrationis Eucharistiae, ostenderunt Christum etiam in hoc legem obseruasse, nempe iuxta veram ipsius supputationem, vt praediximus: [Ioan. 13.] Ioannes vero qui de coena, tanquam ab aliis latius tractata, vnico verbo absoluit dicendo, Coena facta, aliam iuxta veterem Iudaeorum obseruantiam decimamquartam lunam considerauit: ad

exclu-

excludendum errorem, qui nonnullis oriri potuisset ex aliis Euangelistis, nempe quod veritas non respon-deret figurae in veri agni immolatione: et ideo dicit [Ioan. 19. 18.] quod die quo mortuus est Christus erat parasceue Paschae, et quod non introierunt in praetorium ne contaminarentur, sed vt ederent pascha: vbi dictio Pascha nequaquam pro azymis capi potest, vt quidam volunt, tum quod nusquam alibi ita capiatur in scripturis, tum quod ad edenda azyma nusquam dicatur requiri, neque verisimile sit esse necesse, vt mundi sint, quum poena mortis intentata, septem integris diebus naturalibus praeciperetur eis vt azyma ederent, [Exod. 12.] et non fermentatum panem et tamen illam immunditiam leuissimas ob causas contrahebant. Quod autem aiunt nonnulli, Iudaeos praecedenti die occupatos circa capiendum Christum, neglexisse agnum edere paschalem, et quod idcirco nocte sequenti illum essent comesturi, non fit verisimile. Siquidem etiam illi qui legitimo tenebantur impedimento decimoquarto die primi mensis, non poterant sequenti die pro lubito agnum edere paschalem, sed sequentis mensis die similiter decimoquarto ad vesperam, vt habetur Numeri 10. Itaque die passionis Christi quum nondum inchoata esset solemnitas Paschalis aut Azymorum, iuxta veterem Iudaeorum obseruantiam, licebat eis vsque ad solis occasum iudicialia exercere, accusare, testes adhibere et examinare, sententiam ferre, Simonem cogere vt crucem tolleret, sepelire, aromata praeparare, aliaque plurima agere, quae Iudaei nequaquam fecissent, si decimamquintam lunam et ita festum Paschae et Azymorum eo die celebrassent, quum facta sua per legem Mosaicam iustificare niterentur, dicentes: *Nos legem habemus*, etc. et maxime Ioseph ab Arimathea vir bonus ac iustus et Nicodemus qui Dominum sepelierunt, qui propter parasceuen Iu-

daeorum, quia prope erat monumentum, ibi posuerunt Iesum, ait Ioan. 19. capite. Circa quae verba habet Augustinus: Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne aduesperasceret, quum iam aliquid tale non liceret propter parasceuen quam coenam puram Iudaei Latine vsitatius apud nos vocant. Neque enim aut hi, aut piae illae mulieres adhuc cognouerant cessare in Christi morte legalia. Demum, vt epilogo concludamus, Christus suum pascha iuxta legis Mosaicae tenorem celebrauit, Iudaei autem die sequenti iuxta patrum traditiones: quippe qui legale praeceptum de Paschae obseruatione hac sua traditione corruperunt, quam refert Historiographus eorum Sedar Olam: cuius traditionis, reliclis compendii gratia Hebraicis haec sunt verba: sic statuerunt magistri nostri iudices Sanhedrin magni nominis in seculo. In domo sanctuarii secunda quum extructa esset et consummata, tunc apparuit solium igneum perfectissimum, super quod sedebat rex mundi sublimis valde stans inter porticum: et acceperunt coronam, appenderuntque sigillum reconditum, et sanxerunt, ordinauerunrque statutum perpetuum: et traditum est in manu Rabbi Eliezer, qui reliquis omnibus maior erat: et is ordinauit diem sortium non obseruari secundo, quarto, septimo hebdomadae die: neque Pascha secundo, quarto, sexto: neque diem Retentionis tertio, quinto, septimo: neque principium anni secundo, quarto, sexto: neque diem Expiationis primo, tertio, sexto in aeternum. Haec, si cui placeat, latius videre poterit in Paulo Burgensi super Matthaeum cap. 26. et in libro quem edidit Paulus Midelburgensis Episcopus Sempronianus de celebratione Paschae. Nihil ergo eorum quae noster habet autor tibi nocumento esse poterit, pie Lector, si his te praemuniri curaueris antidotis. Lege itaque secure, quae non sine maximo fructu leges.

Eius-

Eiusdem.

Loca quaedam in quibus noſtrum exemplar alio modo habet quam ea quae vulgo circumferuntur Graeca exemplaria.

* * *

Ex Matthaeo.

Matth. 2, 11.[a]) Et intrantes domum (viderunt) puerum. Habet enim εἶδον non εὗρον inuenerunt. Facit nobiscum exemplar Complutenſe.

3, 11. Ipſe autem baptizabit vos in ſpiritu ſancto. Non addit καὶ πυρὶ et igni. Concordat etiam Complutenſis editio.

6, 18. Ne videaris hominibus ieiunare, etc. Poſt verba illa Reddet tibi, non additur, ἐν τῷ φανερῷ, in propatulo. Habet conformiter et exemplar Complutenſe, et vulgata editio. Quanquam et in noſtro et in Complutenſi exemplari antea ſit additum, quum de eleemoſyna fieret ſermo.

7, 12. (Ita) enim eſt lex et prophetae. Siquidem habet οὕτως, ita, vel ſic, non οὗτος, hic. Pari modo legit Complut. exemplar.

7, 14. (Quam) anguſta eſt porta et ſtricta via quae ducit ad vitam. Habet enim τί, non ὅτι, quod vel quoniam. Pari modo legunt et Complutenſe exemplar et editio vulgata.

8, 11. Multi ab oriente et occidente venient et accumbent (in ſinibus) Abraham. Habet enim ἐν τοῖς κόλποις, in ſinibus, non μετὰ cum. Nobis-

a) Loca quatuor euangeliſtarum ab Hentenio minus definite notata in vſum lectorum accuratius indicaui.

biscum legisse [b]) Chrysostomum manifestum est ex homilia ipsius 27. super Matthaeum.

8, 15. Surrexit et ministrabat (ei) Nam habet αὐτῷ singulariter, non αὐτοῖς eis. Nobiscum facit Complutense exemplar, et vulgata editio in quibusdam veteribus exemplaribus.

10, 1. Accersitis 12. discipulis suis, dedit eis potestatem (aduersus) spiritus immundos. Nec in nostro nec in Complutensi exemplari exprimitur praepositio κατὰ aduersus. Et ita quoque legisse videtur qui vulgarem dedit editionem: ait enim: Dedit eis potestatem spirituum immundorum. Addidimus tamen, exigente id sententia.

10, 3. Iacobus Alphaei filius et (Lebaeus) Nam habet vbique Λεββαῖος simplici β. Et ita semper habet vulgata editio.

11, 16. Similis est pueris sedentibus in (foro) Habet enim ἀγορᾷ singulariter, non ἀγοραῖς foris. Nobiscum faciunt et exemplar Complutense et vulgata editio. Similiter infra (v. 21.) in dictione Bethsaida, non Bethsaidan.

12, 8. Dominus est„ sabbathi filius hominis. Non enim additur καὶ et. Sic et Complutense exemplar.

13, 32. Maius est (omnibus) oleribus, siue maximum inter omnia olera. Additur enim πάντων omnium. Et ita habet et vulgata editio et exemplar Complutense.

14, 34. (Gennesaret) semper habet in fine τ tenue, et duplex νν. Chananaea vero capite sequenti, (v. 22.) et alias saepius, semper habet in initio

b) Chrysost. T. VII. p. 209. C. εἰς τοὺς κόλπους. Idem ibid. p. 315. C. μετά. Et p. 361. D. εἰς τοὺς κόλπους. Per incogitantiam haec finxit Chrysostomus ex Luc. 16, 23. vt ex primo Chrysostomi loco intelligitur.

tio χ asperatum. Facit in vtroque nobiscum exemplar Complutense.

16, 20. Tunc praecepit discipulis suis, vt nemini dicerent, quod ipse esset Christus. Non additur nomen ἰησοῦς. Et ita liquet Origenem[c]) legisse in suis homiliis.

18, 8. Abscinde (ea). Habet enim αὐτὰ pluraliter, non αὐτὸν singulariter. Concordat etiam exemplar Complut.

18, 19. Rursum (amen) dico vobis, quod si duo ex vobis, etc. Nam additur ἀμὴν etiam in Complut. exemplari.

18, 29. Procidens ergo (seruus) ad pedes eius. Habet enim[d]) δοῦλος, non σύνδουλος αὐτοῦ conseruus eius, quanquam vere conseruus erat. Et infra, eodem versu, Et„ soluam tibi: non additur πάντα omnia. Et in hoc posteriore concordat nobiscum exemplar Complut.

21, 1. Et similiter Luc. 19, 29. Bethsphage, scribitur[e]) interposito σ. Concordat vbique exemplar Complut.

21, 7. Et (sedit super ea) videlicet vestimenta. Habet enim singulariter ἐκάθισεν sedit, et αὐτῶν pluraliter. Eodem modo exemplar Complut. quoad sensum, licet verbum habeat compositum ἐπεκάθισεν,[f]) non autem vt alia exemplaria ἐπεκάθισαν ἐπάνω[g]) αὐτῆς collocarunt super illam, puta asinam.

21, 14.

c) Tom. III. p. 532. A.

d) σύνδουλος habet vterque meus Euthymii.

e) Scribis scilicet Graecis notum erat σφαγή.

f) ἐπεκάθισεν vterque meus.

g) αὐτῆς Erasmus importauit contra Codices. Secunda tamen eius editio recte habet ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν.

21, 14. Et acceſſerunt ad eum claudi et caeci. Nam hoc ordine legit exemplar etiam Complutenſe: non vt alia exemplaria diuerſo ordine, caeci et claudi.

22, 4. Ecce prandium meum (paratum eſt.) Siquidem habet ἡτοίμασταί tertia perſona paſſiua, non ἡτοίμασα paraui.

22, 35. Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor„ tentans eum. Non enim additur τὶς [h]) quispiam, ante Tentans. Faciunt nobiscum et exemplar Complutenſe et vulgata editio.

23, 7. Et vocari ab hominibus (Rabbi Rabbi) geminata [i]) dictione. Nec eſt ῥαββεὶ per diphthongum, ſed ῥαββί. Facit per omnia nobiscum editio Complutenſis.

23. 13. 14. Vae vobis Scribae et Phariſaei hypocritae, quia deuoratis domos viduarum. . Et poſt hanc deplorationem, ſequitur illa, qua dicit: Vae vobis Scribae et Phariſaei hypocritae, quia clauditis regnum coelorum. Hoc etiam ordine legit exemplar Complutenſe.

24, 45. Quisnam eſt fidelis ſeruus et prudens, quem praefecit Dominus (ſuus) Additur enim αὐτοῦ. [k]) Similiter infra: (v. 49.) Et coeperit percutere conſeruos (ſuos) Siquidem hoc etiam in loco addebatur αὐτοῦ. Faciunt nobiscum in priori quidem exemplar Complutenſe; in poſteriori vero, editio vulgata.

25, 2.

h) Erasmus ſcilicet poſt νομικὸς habet τὶς.

i) Erasmus enim in gratiam Latinae Vulgatae ſemel omiſit ῥαββί. ῥαββεὶ, per ει, in plerisque locis apud Theophylactum etiam legitur.

k) Erasmus nimirum omittit αὐτοῦ in editione ſecunda et tertia, quae nunc ad manus erant ſolae. Omiſſum ab Erasmo αὐτοῦ et Millii et Weſtenii latuit diligentiam

25, 2. Quinque autem ex eis erant prudentes, et quinque fatuae. Hoc ordine qui naturalior eſt, et iuxta praecepta rhetorices, habet etiam editio Complutenſis. Et ſimiliter infra: (v. 4.) Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus (ſuis.) Addit etiam nobiscum praedicta editio αὐτῶν ſuis.

26, 18. Ite in ciuitatem ad quendam, et dicite ei, Tempus meum prope eſt. Non habet ὁ διδάσκαλος λέγει, Magiſter dicit: neque vllam facit eius mentionem in commentariis. Habet tamen illud in Marco et Luca, ſicut et caetera exemplaria. Et quia hoc etiam loco id habet editio Complutenſis; vereor ne id *l*) librarii vitio ſit omiſſum.

26, 40. Et ait Petro: Sic? Non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Et haec diſtinctio magis quadrat: alioqui enim nihil eſt quod ſoli Petro loquutus ſit. Exemplar etiam Complutenſe addit *m*) hypoſtigma poſt dictionem οὕτως ſic.

27, 42. Deſcendat nunc de cruce et credemus (in eum.) Neque enim ſimpliciter habet αὐτῷ ei, ſed ἐπ' αὐτῷ. Pari modo legit et exemplar Complutenſe.

27, 54. Centurio autem et qui cum eo erant ſeruantes Ieſum, quum vidiſſent, quae fiebant, etc. Nihil hic dicitur de terrae motu: neque enim addebatur τὸν σεισμὸν καὶ, terraemotum, et. Nec tamen *n*) id librarii vitio omiſſum videtur: nam

l) Recte iudicat Hentenius Habet enim vterque meus.
m) Forte hypoſtigmen. Graece eſt ὑποσιγμήν.
n) Vtroque loco vterque meus omittunt iſta verba. Euthymio videtur hoc loco impoſuiſſe Chryſoſt. T. VII. p. 826. e. qui haec ſilentio praetermittit ac Lucam pro Matthaeo explicat. Habent haec Codices meliores omnes atque etiam Origenes T. IV. p. 298. E.

nam Ioannis cap. 8. v. 28. ſuper eo verbo: Quum exaltaueritis filium hominis, etc. haec verba in eundem citat modum.

28, 19. Euntes„ docete omnes Gentes. Non additur o) οὖν ergo, poſt dictionem euntes. Pari quoque modo legit exemplar Complutenſe.

Ex Marco.

1, 16. Vidit Simonem et Andream fratrem ipſius (Simonis.) Additur namque τοῦ σίμωνος, etiam in exemplari Complutenſi.

1, 35. Abiit„ in deſertum locum. In noſtro exemplari non exprimebatur nomen ἰησοῦς. Facit autem nobiscum hoc in loco vulgata editio.

3, 34. Quumque circumſpexiſſet„ in circuitu circum ſedentes. Non addit p) μαθητὰς diſcipulos, et ita generalius loquitur. Faciunt nobiscum et exemplar Complutenſe et vulgata editio.

4, 21. Num lucerna (venit) vt ſubter modium ponatur? Nam habet ἔρχεται, non q) καίεται accenditur.

o) Latinorum alii νῦν nunc, alii οὖν ergo intulerunt. Vtrumque recte omittunt Tertullianus, Irenaeus, Cyprianus, vt notat Sabatierius ad hunc locum. Ex Codicibus omnibus, quos ego examinaui, habet ſolus Moſquenſis e. vocabulum οὖν, qui eſt cum commentario et catena interpres ergo aliquis hic denuo incipiebat interpretationem. Ergo vinciendae orationis cauſſa addebat οὖν. Pro eo alii legerunt νῦν.

p) Erasmus nempe in editione ſecunda etc. poſt περὶ αὐτὸν habet μαθητάς.

q) Scilicet in non nullis Codicibus Latinis legitur *accenditur*, pro *venit*. Hic fraus interpolatorum elucet. Nam alii id reddiderunt καίεται, alii, in his Codex Cantabrigienſis, omnium infimus, ἅπτεται. Audacter nunc ita de Cod. Cantabr. ſeu Wetſtenii D. loqui poſſum. Mox enim in lucem iſtud monſtrum protrahetur.

ditur. Et hic quoque nobiscum faciunt et exemplar Complutense et vulgata editio.

5, 11. Erat autem ibi iuxta (montem) grex magnus porcorum. Siquidem habet *πρὸς τῷ ὄρει*, non pluraliter *τὰ ὄρη* montes. Similiter et hic pari modo legunt duae praedictae editiones.

6, 18. Non licet tibi habere vxorem (Philippi) fratris tui; additur enim *φιλίππου*.

6, 32. Et (egressi sunt) navigio in desertum locum. Siquidem habet pluraliter *ἀπῆλθον*, non *ἀπῆλθεν* abiit. Hic etiam concordant exemplar Complutense et vulgata editio, quod etiam magis quadrat cum praecedentibus et sequentibus.

6, 37. Egressi (emamus) ducentis denariis panes. Siquidem *ἀγοράσομεν* habet indicandi modo, et non *ἀγοράσωμεν* emamus, per subiunctiuum.

6, 44. Erant autem qui manducauerant (ipsos panes) Additur enim *τοὺς ἄρτους*. Facit nobiscum exemplar Complutense.

7, 26. Erat autem mulier Graeca (Syra Phoenicissa) genere; non Graeca Syrophoenissa per compositionem. Pari modo legit et Complutense exemplar.

9, 6. Non enim sciebat (quid dicturus esset). Habet enim *λαλήσει*, per indicatiuum, et non *λαλήσῃ*, per subiunctiuum. Facit nobiscum Complut. editio; nec eadem est vtrobique sententia, vt patet ex huius dicti interpretatione Matth. 17, 4.

10, 43. Sed quicumque, voluerit fieri magnus inter vos. Non enim additur *ὑμῶν* post Quicumque. Faciunt nobiscum exemplar Complut. et vulg. editio. Id autem non rectum est, quod neque in fine dictorum verborum habet vulgata editio Inter vos, aut In vobis.

11, 32. At (dicamus) Ab hominibus: vt subaudiatur, non. Neque enim additur *ἐὰν* si, vt possit

legi, At si dixerimus. Neque adeo commode potest aptari sequentibus. Facit nobiscum exemplar Complut.

12, 29. Audi Israël Dominus Deus (vester) Dominus vnus est. Siquidem non habet ἡμῶν noster, sed ὑμῶν vester. Et infra vers. 30. non habet, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου et ex tota virtute tua, quod tamen librarii r) vitio factum arbitror, vt in illo loco annotauimus. Item infra v. 31. Et secundum simile est (illi). Nam habet αὐτῇ, non αὕτη hoc: vt legi possit, Et secundum simile hoc est. Nobiscum legisse videtur, qui vulgatam dedit editionem.

12, 36. Ipse enim Dauid dixit per spiritum sanctum: (Dicit) Dominus Domino meo, non s) εἶπεν dixit. Et in scholiis facit etiam huius mentionem: et ita habet exemplar Complut.

14, 32. Sedete hic dum, orabo. Non enim habet ἀπελθὼν digressus, ante Orabo. Concordant nobiscum et Complutense exemplar et vulgata editio.

15, 28. Loco eius, quod alii legunt, Et impleta est scriptura quae dicit: Et cum iniquis deputatus est, nihil habet. Nec librarii t) incuria omissum arbitror: alioqui citasset vtique in scholiis vbi id scriptura dicat, quemadmodum in similibus facere solet. Nescio an a studioso quopiam prophetam citante

r) Recte monuit. Seruat enim ista vterque meus.

s) Nimirum pro secundo huius versus εἶπεν habet λέγει.

t) Abest in vtroque meo. Ad Matth. 27, 38. laudat quidem Euthymius haec, sed ex Iesaia. Eo tamen in interpretatione Marci lectores remittit. Ex Lectionariis hanc corruptionem ortam esse docui, quae haec in altera lectione omittunt, cum tamen in altera habeant.

citante id primum margini sit additum, deinde tempore procedente, literae sit admixtum.

15, 29. (Vah) qui destruis templum Dei. Habet namque οὐὰ, non οὐαὶ vae. Faciunt nobiscum Complutense exemplar, vulgataque editio.

16, 11. Loco eius, quod in aliis Latinis editionibus ex Graecis dicitur: Et illi audito quod viueret et visus esset ab ea, non crediderunt: nihil habet[v]) nostrum exemplar. Nec mirum, si hoc quispiam addiderit: quum totum hoc de resurrectione caput adiectitium esse plerique Graecorum asserant, vt habet noster autor: idemque inter Latinos diuus Hieronymus in epistolis refert plerosque dicere. Et praeterea secundo aduersus Pelagianos hoc ait de exprobrata incredulitate cordisque duritie.

Ex Luca.

2, 33. Et erant Ioseph et mater eius admirantes, etc. Non habet enim ὁ πατὴρ, sed ὁ Ἰωσήφ. Facit nobiscum Complut. exemplar, imo et vulgata editio, saltem in veteribus quibusdam exemplaribus. Similiter infra vers. 43. Et non cognouit Ioseph, et mater eius: assentiente etiam hic Complutensi exemplari, quum alii habeant, καὶ οὐκ ἔγνωσαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ, et non cognouerunt parentes eius.

v) Hunc defectum apud solum Euthymium animaduerti. Neque Birchius, nouissimus editor, hunc defectum ex Codice notauit. Alter etiam, vir diligentissimus, nullum hic ex Codd. Vindobonensibus defectum notauit. Immo contra ex Codd. indicauit ἠπίστησαν pro vitiosa vnius Codicis lectione ἠπίστησαν. Aliquid humani passus est aut ipse Euthymius, aut scribae eius.

3, 23. Et ipſe Ieſus erat ferme annorum triginta incedens, Non incipiens. Habet namque ἐρχόμενος, x) non ἀρχόμενος, quod etiam manifeſtum eſt ex autoris ſcholiis.

Ibid. Qui fuit Eli, Notandum in noſtro exemplari ἠλεί, lenem habere ſpiritum. Praeterea et ἠλίας, quotiescunque apud Euangeliſtas legitur. Idque conformius eſt linguae Hebraicae in qua Elias ab Aleph litera ſumit exordium: hoc autem elementum, vt communiter dicitur, nullam ſecum trahit aſpirationem. Quanquam vt verum fatear, neque Elias, ſed Eliiahu ſcribendum eſſet, ſi recte Hebraeos velimus imitari: ſicut et Ieſahiahu aut Ieſaëiahu non Eſaias aut Heſaias ſiue Iſaias.

3, 24. Qui fuit (Matthan) non Mathat, vt ex communibus habetur Graecis exemplaribus. In pleriſque etiam huius genealogiae nominibus, et ſimiliter eius, quam deſcribit Matthaeus, variatur apud autorem noſtrum orthographia a lectione communium Graecorum exemplarium, frequenter quoque et a Germana Hebraeorum lectione. Quapropter primum erat animus horum orthographiam nominum ad verum Hebraeorum fontem reducere: poſtmodum vero rem propius inſpectanti, et quod haec non ab Hebraeis, ſed a Graecis traducerem perpendenti, ſatius viſum eſt non adeo multa in litera Euangelii immutare, ne quid interdum haereret lector, incertus de quo fieret ſermo. Nec tamen Hebraïcam horum nominum orthographiam penitus relinquere volui.

x) Hoc eſt vitium manifeſtum ſcribae. Neuter meorum ita habet. Interpretatio illius loci eſt etiam pro ἀρχόμενος. Nam ἔρχομαι non conſtruitur cum genitiuo.

volui, ne quid a me ſtudioſus lector deſideraret, ſed in hunc locum redegi. Breuiter itaque vtriusque Euangeliſtae generationis ſeriem recta orthographia retexam. Liber, inquit Matthaeus, generationis Ieſu Chriſti filii Dauid, filii Abraham: Abraham genuit Iishac, Iishac autem genuit Iaacob, Iaacob autem genuit Iehudam et fratres eius, Iehudas autem genuit Pharez et Zarah de Thamar, Pharez autem genuit Hesron, Hesron autem genuit Haram, Haram autem genuit Amminadab, Amminadab autem genuit Nahaſon, Nahaſon autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Boaz de Rahab, Boaz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Iiſai, Iiſai autem genuit Dauid regem, Dauid autem rex genuit Solomonem ex ea quae fuit Uriae, Solomon autem genuit Rechabeam, Rechabeam autem genuit Abiam, Abiam autem genuit Ioſaphat, Ioſaphat autem genuit Iehoram, Iehoram autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Iotham, Iotham autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Hizkiahu, Hizkiahu autem genuit Manaſſen, Manaſſes autem genuit Amon, Amon autem genuit Ioſiahu, Ioſiahu autem genuit Iekoniam et fratres eius in transmigratione Babylonica. Et poſt transmigrationem Babylonicam Iechonias genuit Sealtiel, Sealtiel autem genuit Zorobbabel, Zorobbabel autem genuit Abihud, Abihud autem genuit Eliakim, Eliakim autem genuit Azor, Azor autem genuit Zadoc, Zadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Mathan, Mathan autem genuit Iaacob, Iaacob autem genuit Ioſeph virum Mariae de qua natus eſt Ieſuah qui vocatur Chriſtus. Lucas vero, Ipſe, inquit, Ieſus erat ferme annorum

rum triginta incedens, vt putabatur filius Ioseph qui fuit Eli, qui fuit Mathan, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianna, qui fuit Ioseph, qui fuit Matatheiae, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Ezel, qui fuit Naggae, qui fuit Mahat, qui fuit Matatheiae, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iehuda, qui fuit Iohannan, qui fuit Resa, qui fuit Zorobbabel, qui fuit Sealtiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmodam, qui fuit Er, qui fuit Iose, qui fuit Eliezer, qui fuit Ioram, qui fuit Matatha, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iehuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim, qui fuit Milcha, qui fuit Mainan, qui fuit Matatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iisai, qui fuit Obed, qui fuit Boaz, qui fuit Salmon, qui fuit Nahason, qui fuit Amminadab, qui fuit Haram, qui fuit Hesron, qui fuit Pharez, qui fuit Iehudae, qui fuit Iaacob, qui fuit Iishac, qui fuit Abraham, qui fuit Nachor, qui fuit Serug, qui fuit Ragu, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sala, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noah, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Mahalaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

5, 19. Quumque non inueniſſent, qua illum inferrent. Non exprimitur praepositio *διὰ* per. Facit nobiscum Complut. editio.

5, 27. Vidit publicanum nomine (Leuin) Habet enim *λευὶν*. Et statim infra v. 29. Et fecit ei conuiuium magnum (Leuis) *λευὶς*, non per diphthongum in posteriori syllaba?) *λευεὶν* et *λευεὶς*. Facit

?) Erasmus *ei* edidit, vt supra *ἐκββεῖ*.

Facit nobiscum etiam exemplar Complutense. Possunt autem hi casus in Latinam quoque linguam transformari, quemadmodum a nominibus Emphasis, Protasis, Epitasis, ac similibus.

5, 30. Et murmurabant scribae (qui inter eos erant) Additur namque αὐτῶν. Sic et exemplar Complutense.

6, 18. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Non enim repetit coniunctionem καὶ et, ante verbum Curabantur. Facit nobiscum vulgata editio.

6, 20. Et ipse eleuatis oculis suis in discipulos (suos). Nam repetitur αὐτοῦ suos. Faciunt nobiscum et Complutensis et vulgata editio: quanquam haec ad dictionem Oculis, non adiungit reciprocum suis, idque male.

6, 23. Ecce enim merces vestra multa est in (coelo) Non ἐν τοῖς οὐρανοῖς, in coelis pluraliter. Facit nobiscum Complutense exemplar.

6, 26. Vae, quum laudauerint vos, homines. Non enim additur ὑμῶν vobis, post interiectionem Vae. Et in hoc facit nobiscum praeter exemplar Complut. etiam vulgata editio. In eo autem quod non addit autor noster πάντες z) omnes, ante

z) Chrysost. T. VII. p. 192. A. vehementer vrget τὸ πάντες. Ὁ δὲ λουκᾶς, enim inquit, καὶ ἐπιτεταμένως καὶ μετὰ πλείονος αὐτὸν παραμυθίας τοῦτο εἰρηκέναι φησίν. οὐ γὰρ δὴ μόνον τοὺς κακῶς διὰ τὸν θεὸν ἀκούοντας μακαρίζει· ἀλλὰ καὶ τοὺς παρὰ ΠΑΝΤΩΝ καλῶς ἀκούοντας ταλανίζει. οὐαὶ γὰρ ΥΜΙΝ φησιν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι ΠΑΝΤΕΣ οἱ ἄνθρωποι. καίτοι καὶ τοὺς ἀποστόλους καλῶς ἔλεγον· ἀλλ' οὐ ΠΑΝΤΕΣ· διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ὅταν ΠΑΝΤΕΣ. οὐδὲ γὰρ δυνατὸν τοὺς ἐν ἀρετῇ ζῶντας παρὰ ΠΑΝΤΩΝ ἀκούειν καλῶς. Et T. VIII. 483. A. οὐαὶ ΥΜΙΝ, ὅταν καλῶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρω-

Homines, facit nobiscum Complut. editio, et melius correſpondet contrariae beatitudini.

6, 37. (Et) nolite iudicare. Siquidem praeponitur καὶ et, in exemplari quoque Complutenſi.

6, 40. Perfectus autem, erit ſicut magiſter ſuus. Non enim habet πᾶς[a]) omnis, ante Erit.

7, 7. Loco eorum quae apud alios habentur (Propter quod et me ipſum non ſum dignum arbitratus vt venirem ad te) nihil habet autor noſter. Sed neque in Matthaeo, Euangeliſtarum dicta concilians, horum facit mentionem. Non videtur ergo librarii negligentia praetermiſſum. In hoc enim capite ad haec contextus verba, Non enim ſum idoneus, etc. loco ſcholiorum ponit verba quae ſequuntur: Haec etiam dixit Matthaeus: et declarata ſunt[b]) praedicto capite. Quod ſi iudicaſſet hoc loco interponendum, Propter quod et me ipſum, etc. nequaquam dixiſſet omnia

θρωποι. Sed Chryſoſtomus multa homiletice magis, quam critice dicit. Ὑμῖν omittit, ſed πάντες in textu ſeruat Theophylact p. 344. A. Sed huius interpretatio vix videtur admittere πάντες. Vide ibid. C. Φρίξωμεν, ἀδελφοί, πῶς τὸ οὐαὶ ἔχωσιν οἱ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαινούμενοι, δεῖ μὲν γὰρ καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαινεῖσθαι, ἀλλὰ πρότερον ἀπὸ θεοῦ. Si πάντων probaſſet, haud dubie ſcripſiſſet, ἀλλ' οὐ παρὰ πάντων. Ita certe Chryſoſtomus argumentatur. Hoc autem in confeſſo eſt, Euthymium et Theophylactum, accedentibus probatioribus Codicibus, ſemper valere contra Chryſoſtomum. Ex Chryſoſtomo ergo ὑμῖν et πάντες illatum ſcholiis et catenis, ac deinde etiam contextui.

a) πᾶς habet vterque meus.

b) Euolue infra in interpretatione Matth. 8, 13. καὶ ἰάθη. Conſtitit hic locus ceterorum Codicum auctoritate. Quid? quod nec Birchii Cod. Vat. 1209. in gratiam Latinorum haec omittit?

omnia a Matthaeo esse dicta, et in eo declarata, quum ibi nulla fiat horum mentio.

7, 28. Dico enim vobis: In his qui e mulieribus nati sunt, maior Ioanne Baptista nemo est. Non addit προφήτης, nec tamen videtur per negligentiam omissum, ob eandem causam, quam superiori annotatiuncula retulimus.

8, 5. Et volucres coeli (etiam) comederunt illud. Additur enim c) rursum καὶ et.

9, 43. Omnibus vero admirantibus supra his quae faciebat (Iesus) Additur enim nomen Ἰησοῦς, etiam in exemplari Complut.

9, 55. Conuersus autem, increpauit illos. Non enim additur nomen Ἰησοῦς, neque in exemplari Complut. neque in vulgata editione. Deinde quod sequitur in omnibus versionibus, et in Graeca etiam editione Complutensi puta: Et ait illis: Nescitis cuius spiritus estis vos. Filius enim hominis non venit ad perdendum animas hominum, sed ad saluandum: quanquam nos addidimus: vereor d) ne non sit librarii incuria omissum: maxime quum in scholiis nullam faciat horum mentionem.

9, 57. Sequar te quocunque ieris (Domine) Additur enim κύριε, etiam in Complutensi.

10, 22. (Et conuersus ad discipulos dixit) Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Siquidem e) adduntur etiam in exemplari Complut. haec verba. καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε, Et conuersus ad discipulos dixit.

c) Neuter meorum agnoscit καί.

d) Copiose de hoc loco disputaui in mea noui Testamenti editione ad h. l. p. 223. seqq.

e) De hoc etiam loco ibi dixi pag. 240.

10, 23. Beati oculi qui vident quae„ videtis. Neque enim in autore noſtro, neque in exemplari Complut. exprimitur ὑμεῖς vos. Video et hoc, et alia quaedam huiusmodi minutula eſſe, et quae fortaſſis alicui annotatione indigna videbuntur: nolui tamen *f*) praetermittere, ne quisquam negligentia aut temeritate relicta putet ſeu immutata.

10, 39. Quae etiam aſſidens ad pedes Ieſu audiebat (ſermones) illius. Habet enim etiam exemplar Complutenſe τῶν λόγων pluraliter.

11, 53. Coeperunt (ſcribae) et phariſaei grauiter inſiſtere. Non enim habet νομικοὶ legis periti, ſed γραμματεῖς ſcribae. Et ſtatim infra eodem verſu, non habet ἀποστομίζειν captioſe interrogare: neque cum aliis ἐπιστομίζειν os obſtruere, ſed ἀποστοματίζειν, hoc eſt, ab ore interrogare. Quid hoc autem ſibi velit, vide in huius loci enarratione.

12, 18. Et illuc congregabo omnia quae nata ſunt mihi. Neque *g*) enim additur καὶ τὰ ἀγαθά μου et bona mea.

13, 15. (Hypocritae) vnusquisque veſtrum ſabbatho non ſoluit, etc. Habet enim pluraliter ὑποκριταί. Concordant et exemplar Complutenſe et vulgata editio.

13, 35.

f) Recte feciſti Henteni. Nam vel ex tuis animaduerſionibus apparent hallucinationes Erasmi, hominis leuis, negligentis, temerarii et perfidi. Pleraque enim, quae memoraſti, per illum ad Vulgatam Latinam ſunt ficta. Quanta fide et diligentia in poſtremis editionibus ſuis Complutenſem tractarit, nemo Criticus ignorat. Quomodo ergo tractauerit Codices? Nam etſi nec Complutenſis a Criticis idoneis curata eſt, tamen habet multas probas lectiones ab Erasmo neglectas.

g) Seruat vterque meus.

13, 35. Ecce relinquitur vobis domus vestra„ Non exprimitur ἔρημος deserta, quod ex enarratione patet librarii vitio factum non esse.

14, 15. Beatus qui (prandium) sumit in regno Dei. Neque enim habet ἄρτον panem, sed ἄριστον prandium. Concordat etiam exemplar Complutense.

14, 21. Et reuersus seruus (ille) renunciauit, etc. Nam additur ἐκεῖνος ille, etiam in exemplari Complutensi.

15, 26. Et accersito vno de seruis„ Non additur αὐτοῦ suis,[h]) nec in exemplari Complutensi, nec in editione vulgata.

17, 4. Et septies in die conuersus fuerit„ dicens, Poenitet me. Non habet ἐπὶ σε ad te. Concordat editio Complutensis.

17, 21. Neque dicent Ecce hic„ ecce illic. Non[i]) habet ἤ aut: sicut etiam infra versu 23. vbi eadem repetuntur verba, in nullo habetur exemplari. Conformiter legit et Complutensis editio.

17, 32. Memores„ estote vxoris Lot. Non habetur δὲ autem, nec in exemplari Complutensi, nec in veteri translatione. Et similiter in fine capitis versu vltimo: Ibi congregabuntur„ aquilae, non additur καὶ et, nec in editione Complutensi.[k])

18, 3.

h) αὐτοῦ Erasmus intulit, pro quo tamen silent codices, a Birchio examinati omnes. Miror.

i) Primo loco vterque meus omittit, secundo vterque seruat.

k) Mirabuntur non nulli, ab Hentenio non notatum esse defectum versus integri 36. quem praetermittunt Codices mei Euthymii. Sed is Erasmi editionem comparauit, quae ista appendice caret. Igitur etiam infra in interpretatione huius loci hunc totum versum omisit Hentenius. Scilicet in Bibliotheca Patrum maxima

18, 3. Vidua autem„ erat in ciuitate illa. Non habet τὶς quaedam, nec id habet Complut. editio, neque Chryſoſt. in priori de orando Deum homilia, vbi praeſens citatur locus.

19, 4. Aſcendit in (caprificum) In noſtro et in Complutenſi exemplari habetur tertia ſyllaba per ω: ne nobis Stunica[l]) obiiciat ob id praue verſum eſſe Caprificum, quod per ο micron ſcribatur: Attamen Complut. habet penultimam per ἐψιλὸν, quum eandem habeat noſtrum exemplar per αι diphthongum[m]) συκωμοραῖαν.

19, 15. Iuſſit vocari ad ſe ſeruos illos„ Non additur[n]) οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον, quibus dederat pecuniam, quod tamen addidimus, ſicut[o]) quibusdam aliis in locis idem fecimus, quod in aliis exemplaribus et etiam in Complut. editione habeatur: et tamen vereor, ne id librarii incuria factum non ſit, maxime quod in commentariis[p]) nullam horum faciat mentionem.

20, 5. Si dixerimus, E caelo, dicet: Quare„ non credidiſtis illi? Non additur οὖν ergo, nec id habet exemplar Complut.

20, 9.

maxima Lugdunenſi T. XIX p. 652. columna a. littera A. Bonus Beza hac appendice nos locupletauit et ex eo editores textus recepti.

l) Stunica nobilis fuit aduerſarius Erasmi et Fabri Stapulenſis. Forte ergo hic reprehenderat Fabrum.

m) Vterque meus συκωμοραίαν. Atque ita habent etiam Codices Moſquenſes h. et v. qui ſunt in orthographia accuratiſſimi.

n) Mei cum reliquis Codd. iſta ſeruant.

o) Sine admonitione in locis ſingulis id fieri non debebat. Hoc modo multis in locis corruptus eſt Chryſoſtomus a Sauilio et reliquis editoribus, et alii ſcriptores plures ab aliis pluribus.

p) Hoc argumentum non valet. Multa talia, quae intellectum habent facilem, praetermittunt in ſcholiis.

20, 9. Homo, plantauit vineam. Non additur q) τὶς quidam. Et similiter infra vers. 19. Et timuerunt, Non additur τὸν λαὸν populum. Concordat vtrobique Complutensis editio.

20, 20. Vt caperent eius (sermonem) Habet r) namque λόγον patrio casu: non λόγῳ, vt dicatur, in vel ex sermone. Concordat etiam exemplar Complutense.

21, 16. Trademini autem a parentibus et cognatis, amicis et fratribus. Hoc etiam ordine legit Complut. editio, vt Fratres vltimo ponantur loco.

22, 30. Vt edatis ac bibatis super mensam meam, Non additur s) ἐν τῇ βασιλείᾳ μου in regno meo. Neque in enarratione fit vlla huius mentio.

22, 35. Quando misi vos sine loculis et pera, Non additur καὶ ὑποδημάτων et calceamentis: nec vlla fit huius mentio in commentariis. Arguit t) autem adiectitium esse, quod infra versu 36. quum dicitur: sed nunc qui habet loculos, tollat, similiter et peram, illud in nullo addatur exemplari.

22, 47. Et appropinquauit Iesu vt oscularetur eum, Additur statim consequenter, etiam in Complutensi exemplari, τοῦτο γὰρ σημεῖον δεδώκει αὐτοῖς, ὃν ἂν φιλήσω αὐτός ἐστι, Hoc enim signum

q) Alter meorum omittit, alter habet.

r) Mei λόγου. Erasmus se volutat inter λόγον et λόγῳ.

s) Dixi de hoc loco copiose in mea N. Testamenti editione.

t) Arguta est omissio. Primo, quod continuo nulla fit mentio calceamentorum. Sed intelligi poterat ex superioribus. Deinde, quod non credibile videbatur sine calceamentis missos esse.

signum dederat illis: Quemcunque osculatus fuero, ipse est.

23, 2. Hunc inuenimus peruertentem gentem (nostram) Nam[u]) in nostro exemplari addebatur ἡμῶν, sicut et vulgata habet editio.

In fine Euangelii[x]) non additur ἀμήν, sicut nec in fine aliorum Euangeliistarum in vtto habetur exemplari.

Ex Ioanne.

1, 28. Haec in (Bethania) facta sunt. Non[y]) Βηθαβαρά. Conformis est et Complutensis editio et vulgata: quanquam autor dicat in scholiis verius legi Bethabara.

1, 30. Non repetuntur haec aut similia verba: οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον, ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνήρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν. ὅτι πρῶτός μου ἦν. Hic est de quo ego dicebam: Post me venturus est vir, qui ante me fuit, quia prior me erat. Eadem tamen propemodum verba paulo superius posita erant.

2, 22.

u) ἡμῶν addunt mei. Proximum καὶ autem, ante καλούντα, omittunt.

x) Scilicet interpretes, Chrysostomus et ceteri, loco ἀμήν, quod textus est, post suas explicationes de suo in fine addunt ἀμήν, atque ita terminant interpretationem.

y) In his et similibus Origenes antiquis Criticis expectorauit mentem, vt recentioribus, per libellum Hermeneutische Vorbereitung, Semlerus, qui dudum antea se ab Criticis ad Triumuiros A. A. A. F. F. transferre debuisset. Illud autem mihi de hoc loco mirabile visum est, quod nullus ex veteribus interpretibus Graecis infra Cap. X. vers. 22. huic locum lectoribus in memoriam reuocat. Scilicet conscii erant sibi, se temere secutos esse Origenem, relicta auctoritate Codicum. Ergo consultius putabant, abstinere se ab isto loco.

2, 22. Crediderunt sermoni (eius) Nam habet αὐτοῦ eius, non ᾧ εἶπεν ὁ ἰησοῦς, quem dixerat Iesus.

2, 24. Eo quod ipse nosset (omnia) Habet enim πάντα, [z]) non πάντας omnes. Consonat exemplar Complutense.

3. 22. Et ibi morabatur cum discipulis, ac (baptizabant) Siquidem pluraliter habet [a]) ἐβάπτιζον: quod ex scholiis manifestius apparet.

4, 31. Interea rogabant eum discipuli (eius) dicentes: Rabbi, comede. Additur enim αὐτοῦ, etiam in exemplari Complutensi.

6, 52.

z) Ex Chrysostomo hoc assumsit, qui in Codicibus Mosquensibus habet τὰ πάντα. Sed Montefalconius T. VIII. p. 137. C. edidit πάντα.

a) Etiam hoc ad Chrysostomum fictum. Habet quidem vulgatam lectionem T. VIII. p. 164. A. C. Sed ibidem addit D. καίτοι προϊὼν (Scilicet Cap. IV. v. 2.) φησιν ὁ εὐαγγελιστής, ὅτι ἰησοῦς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ ἐνταῦθα τοῦτο λέγει, ὅτι αὐτοὶ ΕΒΑΠΤΙΖΟΝ μόνοι. Origenes T. IV. p. 162. D. habet quidem ἐβάπτιζε, sed mox ibidem alia mutat versu 23. Cyrillus T. IV. p. 156. B. vbi hunc locum ex professo, vt aiunt, interpretatur, in contextu versum 22. et 23. ita habet: καὶ μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ ἰησοῦς εἰς τὴν ἰουδαίαν γῆν μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· ἦν δὲ καὶ ἰωάννης κ. τ. λ. Quae ergo Chrysostomus dubia reddiderat, ea prorsus omisit Cyrillus. Habet tamen ibid. E, plane vt Chrysostomus: βαπτίζει τοιγαροῦν ὁ χριστὸς διὰ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν. Tales Critici sunt isti tres τῆς οἰκουμένης φωστῆρες, cum locum data opera tractant. Chrysostomum, principem Graecorum Patrum omnium, excuso. Ad populum enim dixit. Sed Origenes et Cyrillus omni excusatione carent. Viri Docti autem, qui Origenem, Chrysostomum et Cyrillum diligenter legerunt, id dudum perspexerunt. In aliis euentum habet vaticinium Iesaiae VI, 9. 10.

6, 52. Quomodo poteſt hic nobis dare carnem, ad comedendum? Nullum[b]) Graecum exemplar, quod viderim, additum habet αὐτοῦ ſuam: quanquam verterit Erasmus, Carnem illam ſuam.

6, 70. Reſpondit eis, Num ego vos duodecim elegi? Non additur ἰησοῦς, neque in exemplari Complutenſi.

7, 1. Non enim (poterat) in Iudaea verſari. Non habet ἤθελεν volebat, ſed εἶχεν ἐξουσίαν, habebat poteſtatem ſiue poterat.

7, 12. Alii vero dicebant: Non, ſed ſeducit (mundum) Non habet ὄχλον turbam, ſed κόσμον mundum, quod etiam in ſcholiis declaratur.

7, 53. (Abiit) vnusquisque in domum ſuam. Non enim habet ἐπορεύθη profectus eſt, ſed ἀπῆλθεν. Infra ſtatim Cap. VIII, 2. (ſummo) vero diluculo iterum (venit) (Ieſus) in templum: Additur enim βαθέος ſummo vel profundo, et nomen ἰησοῦς: Nec habet παρεγένετο acceſſit, ſed ἦλθεν. Et infra verſ. 3. (Adducunt) mulierem. Non habet φέρουσι adferunt, ſed ἄγουσι. Nec additur πρὸς αὐτὸν ad eum. Infra verſ. eodem: ἐπὶ

b) Scripſit haec Hentenius anno 1543. Quot editiones Graecae tunc fuerint, notum eſt. Si ita locutus eſſet Hieronymus et Origenes, multi ſibi cogitarent ducentos Codices recenſionis Alexandrinae et Occidentalis. Sed hoc quoque Chryſoſtomus inuexit, qui in Codicibus Moſqq. ita habet: πῶς δύναταί σοῦναι ἡμῖν φαγεῖν οὗτος τὴν σάρκα αὐτοῦ. Vide T. VIII. p. 272. B. Cyrillus hic primum ad nauſeam vexat vocabulum πῶς, quod Chryſoſtomus paullulum tantum commouerat, deinde T. IV. p. 360. B. repetit: πῶς δύναταί οὗτος ἡμῖν δοῦναι τὴν σάρκα αὐτοῦ φαγεῖν; Origenis ad hunc locum nugae intercidérunt, ſed T. IV. p. 364. A. laudat: πῶς δύναταί ἡμῖν οὗτος δοῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν;

ἐπὶ μοιχείᾳ, in adulterio, non ἐν μοιχείᾳ. Item habet εἶπον dixerunt, non λέγουσι dicunt. Additur quoque in noſtro exemplari πειράζοντες tentantes. Nec habet αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη, haec mulier deprehenſa eſt, ſed ταύτην εὕρομεν, hanc inuenimus. Infra verſ. 5. Tu autem quid ais (de illa?) Additur enim περὶ αὐτῆς. Nec dicit infra verſ. 6. ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ, vt poſſent accuſare eum: ſed ἵνα ἔχωσι κατηγορίαν κατ' αὐτοῦ, vt haberent accuſationem aduerſus eum. Praeterea quum poſt pauca verba inter ſequentia verſu 9. dicitur: Initio facto a ſenioribus: Additur ἕως τῶν ἐσχάτων vsque ad poſtremos. Deinde verſu 10. vbi ſubditur: Quum autem erexiſſet ſe Ieſus. Neque hic, neque in vulgata editione additur conſequenter, καὶ μηδένα θεασάμενος, πλὴν τῆς γυναικὸς et neminem vidiſſet, praeter mulierem: quod tamen et in Complutenſi editione et in aliis Graecis habetur exemplaribus: ſed loco eius habet εἶδεν αὐτὴν vidit eam. In exemplari ergo Complutenſi plurima nobiscum faciunt contra alia exemplaria Graeca: quaedam vero cum aliis et non nobiscum. Quin et illud exemplar quaedam habet, quae neque nos habemus, neque alia exemplaria Graeca: vt cum dicitur verſ. 6. ſcribebat in terram, addit editio Complutenſis, μὴ προσποιούμενος diſſimulans. Et infra verſ. 9. vbi dicitur, At illi quum c) vidiſſent, addit illa, καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι et a conſcientia redarguerentur. Multa quoque alia hinc inde variantur, quae quia minutula ſunt, noluimus recenſere. Tanta itaque exemplariorum varie-

c) Haud dubie voluit ſcribere, audiſſent.

varietas, praeter alia, satis arguit hanc historiam ascititiam esse, quemadmodum cum pluribus aliis asserit autor noster.

8, 40. Qui veritatem loquutus sum vobis, quam audiui a (patre) Habet namque πατρὸς et non θεοῦ deo. Et infra versu 49. Sed honoro patrem. Non additur μου meum. Statimque in eodem versu: Et vos contumelia me (afficitis) Nam habet ἀτιμάζετε per praesens, non ἠτιμάσατε contumelia affecistis. Concordat nobiscum in hoc postremo exemplar Complutense.

8, 59. Iesus autem occultatus est, et exiuit de templo. Additur statim:, etiam in exemplari Complutensi: διελθὼν [d]) διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως pertransiens per medium illorum et ita praeteribat.

9, 8.

d) Propter Euthymium etiam hoc notandum, quod haec non uno loco iunctim recitat, sed per partes, interposita in singulis partibus interpretatione. Distinguit autem textum ita. Primo vers. 59. ἦραν οὖν ad ἐπ' αὐτόν. Secundo: ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη. Tertio: καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Quarto: διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, Quinto: καὶ παρῆγεν οὕτως. Sexto: καὶ παράγων ad γενεσῆς. Duplex hic oritur quaestio. Altera, quis ex editoribus N. Testamenti haec exclusit? Erasmus, homo temerarius et perfidus, qui haec in suis Graecis, nescio quibus, et inuenit et non inuenit. Nam in prima editione habet, in reliquis omisit. Compara eius ad hunc locum animaduersionem. Altera quaestio. Cur Hieronymus in vulgata Latina omisit? Scilicet hic quoque seruum pecus sequitur vestigium Origenem. Nec diligentiores fuerunt Chrysostomus et Cyrillus. Vulgo creduntur haec assuta esse ex Luc. 4, 30. Stulte! Suo tempore totam rem ad oculos demonstrabo. Haec adeo seruat Vaticanus 1209. apud Birchium.

9, 8. Vicini itaque, et qui viderant eum prius quod (caecus) esset. Habet enim τυφλὸς, non πτωχὸς e) mendicus. Consonat etiam exemplar Complutense.

10, 8. Omnes quotquot venerunt, fures sunt et latrones. Non additur πρὸ ἐμοῦ ante me, neque in exemplari Complutensi, neque in editione vulgata.

10, 39. Quaerebant (ergo) rursum apprehendere eum. Additur enim οὖν ergo, et in exemplari Complutensi, et in vulgata editione.

13, 9. Domine non tantum pedes, Non additur μου meos.

13, 25. Quum ergo ille recumberet (ita) super pectus Iesu. Additur enim οὕτως, quod etiam in scholiis autor declarat.

13, 30. Erat autem nox quando, exiuit; deinde subditur: Ait Iesus. Non enim additur οὖν ergo, ante verbum ἐξῆλθε exiuit, vt alium possit reddere sensum. Facit nobiscum exemplar Complutense.

14, 1. Ne turbetur cor vestrum. Ante haec verba non praemittitur, neque in nostro, neque in Complutensi exemplari id quod, habetur in vulgaribus Graecis exemplaribus f) καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ et ait discipulis suis.

e) Erasmus, impostor, non criticus, in vulgata reperiebat mendicus. Ex Lexico ergo suo reddebat πτωχός. Inepte. Reddere debebat προσαίτης. Ita enim Chrysostomus, vnde haec est corruptio. Vide Tom. VIII. p. 333. A. Vnde autem προσαίτης inuectum? Per summam negligentiam et incogitantiam ex proximo προσκυνῶν.

f) Est initium lectionis ecclesiasticae, τῇ παρασκευῇ τῆς ε; ἑβδομάδος, quod homines somnolenti intulerunt in contextum.

14, 30. Venit enim princeps mundi. Non additur τούτου huius, neque in exemplari Complutenſi.

16, 3. Et haec facient, quia non nouerunt. Non additur ὑμῖν vobis, nec in editione Complutenſi.

16, 5. Et nemo interrogat me: Quo abis? Non praeponitur ante verbum Interrogat ἐξ ὑμῶν ex vobis.

16, 6. De iuſtitia autem, quia ad patrem (meum) abeo. Additur enim μου, etiam in editione Complutenſi.

16, 25. Haec per prouerbia (dico) vobis. Non enim habet *g*) λελάληκα loquutus ſum: ſed λέγω dico.

16, 33. In mundo preſſuram (habebitis) Nam habet ἔξετε *h*) futurum, non ἔχετε habetis. Pari modo legiſſe manifeſtum *i*) eſt eum, qui vulgatam dedit editionem.

17, 11. Pater ſancte ſerua eos per nomen tuum (quo donaſti mihi). Non enim habet οὓς quos, ſed ᾧ quo. Eodem etiam modo habet exemplar Complutenſe. Ex ſcholiis tamen legiſſe videtur autor

g) Diſſentiunt mei Euthymii Codices, qui λελάληκα ſeruant.

h) Chryſoſt. T. VIII. p. 468. A. negligit quidem verba textus, habet tamen ſuis verbis: ἕως ἂν ἦτε ἐν τῷ κόσμῳ, θλῖψιν ἕξετε. Eodem modo repetit alibi, vt in editione N. Teſtamenti docui. Cyrillus ante ſchola habet ἕξετε, ſed in interpretatione ἔχετε. Tom. IV. p. 944. A 945. A.

i) Minime vero. Nam interpres Latinus ſaepius praeſentia per futura reddit. Neque hoc ignoras, Henteni.

autor noſter ὁ, quod,[k]) puta Nomen accuſandi caſu.

18, 25. Negauit (ergo) ille et ait: Non ſum. Repetitur enim οὖν ergo. In hunc etiam modum legimus in editione Complutenſi.

28, 29. Exiuit itaque Pilatus ad eos, et ait. Non additur ἔξω[l]) foras. Ad hunc quoque modum inuenimus in exemplari Complutenſi.

19, 16. Acceperunt autem Ieſum et (duxerunt) (in praetorium) Primum itaque non habet ἀπήγαγον abduxerunt, ſed ἤγαγον duxerunt. Et in hoc concordat exemplar Complutenſe. Addebatur praeterea in noſtro exemplari εἰς τὸ πραιτώριον.

19, 35. Et ille ſcit quod vera dicat (ſed) vt„ vos credatis. Nam habet ἀλλὰ, ſed. Nec habet καὶ et, ante vos. Exemplar quidem Complutenſe non habet coniunctionem καὶ, ſed nec habet ἀλλά.

19, 38. Et permiſit Pilatus„ Statimque additur ἦλθεν[m]) οὖν, καὶ ἦρε τὸ σῶμα τοῦ ἰησοῦ. Venit ergo, et tulit corpus Ieſu. Concordant et exemplar Complutenſe et vulgata editio.

20, 29. Quia vidiſti me„ credidiſti. Non additur θωμᾶ, nec in editione Complutenſi.

k) ὁ ponit in interpretatione ideo, quod non repetiit, ἐν τῷ ὀνόματί σου, ad quod refertur in textu ᾧ. Quorſum ergo referendum fuiſſet ᾧ; Forte ad δέδωκας;

l) Incerta ſedes huius vocabuli ſatis arguit, id aliunde introductum eſſe. Nam meus Moſquenſis Codex S. qui Cyrilli ſcholia etiam habet, addit id ante πρός. Ita Cyrill. T. IV. p. 1034. B. Alius Codex 11. cum ſcholiis habet poſt αὐτούς.

m) Haec nimirum omittit Erasmus. Vnus meorum q. eundem ſaltum fecit ab ἦλθεν ad ἦλθε. Vterque autem Euthymii cum reliquis iſta ſeruant.

21, 1. Postea manifestauit se iterum Iesus (discipulis) ad mare Tiberiadis. Additur enim μαθητα῀ις n) discipulis. Concordat in hoc et exemplar Complutense et editio vulgata.

21, 15. Simon (Iona) diligis me plus his? Habet namque ἰωνα῀, non ἰωαννα῀: et ita rursum bina vice subsequitur. Similiter etiam habet exemplar Complutense.

Eiusdem Hentenii.

In his quae sequuntur multisque aliis in locis Euangelistae phrasin imitati Hebraicam, posuerunt praesens, interdum etiam et praeteritum pro futuro.

* * *

Matth. 11, 3. et Lucae 7, 19. 20. occurrit in primis illud maxime vulgatum: Tu es ille (qui venit) an alium expectamus? Vbi ponitur ἐρχόμενος veniens, pro eo quod est, qui venturus est, aut potius, qui venturus erat. Et eodem modo Io. 6, 14. Hic est vere propheta (veniens) in mundum, id est, qui venturus erat. Rursum Matth. 17, 11. Elias quidem (venit) primum: ἔρχεται pro Venturus est ponitur. Et sane id in hoc verbo ἔρχομαι frequentissimum est.

Matth. 10, 20. Non enim vos (estis) (illi qui loquuntur) sed spiritus patris vestri (qui loquitur) in vobis: vbi praesens ἐστὲ pro Eritis sumitur: et λαλοῦντες pro eo quod est, Qui loquentur: et

n) Praeter μαθητα῀ις vnus meorum Codicum Euthymii addit αὐτοῦ.

et λαλοῦν, pro Qui loquetur. Eadem etiam habentur Marc. 13, 11.

Matth. 22, 30. In resurrectione neque (contrahunt matrimonium) neque (nuptui traduntur) sed quasi Angeli Dei in coelo (sunt.) Verbum γαμοῦσι, quod ex sequentibus verbis, quae manifeste praesentia sunt, etiam iudicatur esse praesens, pro futuro Contrahent accipitur: et ἐκγαμίζονται pro Nuptui tradentur: similiter εἰσὶ pro Erunt. Pari quoque modo habentur verba haec Luc. 20, 35. 36. Marc. 12, 25.

Matth. 17, 20. Si (habeatis) fidem sicut granum sinapis. Ἔχητε pro futuro Habueritis sumitur.

Matth. 26, 11. Pauperes enim semper habetis vobiscum, me vero non semper (habetis) Hoc in loco praesens ἔχετε pro futuro Habebitis capitur. Et eodem modo Io. 12, 8.

Matth. 28, 7. Ecce (praecedit) vos in Galilaeam. Προάγει pro futuro Praecedet accipitur. Similiter etiam habet Marcus 16, 7.

Marc. 3, 29. Quicunque blasphemauerit aduersus spiritum sanctum, (non habet) remissionem in aeternum, sed reus (est) aeterni iudicii. Ἔχει pro Habebit accipitur, et ἐστιν pro Erit.

Marc. 9, 12. Elias quum prius venerit (restituit) omnia. Hoc in loco ἀποκαθιστᾷ verbum praesens sumitur pro futuro Restituet. Cap. 9, 31. Filius hominis (traditur) in manus hominum. Similiter hoc in loco παραδίδοται verbum praesens Accipitur pro futuro Tradetur.

Marc. 11, 24. Quaecunque orantes petitis, credite quod (accipitis) et erunt vobis. Λαμβάνετε pro Accipietis.

Luc. 13, 35. Ecce (relinquitur) vobis domus vestra. Ἀφίεται pro futuro Relinquetur.

Io. 6, 28. Quid (facimus) vt operemur opera Dei? ποιοῦμεν pro Faciemus.

Io. 7, 27. Christus quum venerit, nemo cognoscit vnde (sit) ἐστι pro futuro Erit.

Io. 7, 33. 34. Vado ad eum qui misit me: quaeretis me et non inuenietis: et vbi ego (sum) eo vos non (potestis) venire. Εἰμὶ pro Ero: et δύνασθε pro futuro Poteritis accipiuntur.

Io. 8, 31. Si vos manseritis in sermone meo, veri discipuli mei (estis) ἐστὲ pro Eritis sumitur.

Io. 8, 46. Quis ex vobis (arguit) me de peccato? ἐλέγχει pro Arguet accipitur.

Io. 13, 8. Si non lauero te, non (habes) partem mecum. Ἔχεις habes pro Habebis.

Io. 14, 17. Vos autem (cognoscitis) eum, quia apud vos (manet.) Γινώσκετε pro Cognoscetis: et μένει pro Manebit. Et hoc sicut et alia propemodum omnia, literae series ipsa declarat.

Io. 14, 19. Adhuc modicum, et mundus iam me non (videbit) vos autem (videbitis) me. Hic sane quanquam a) autor quidam non parui nominis dicat θεωρεῖ et θεωρεῖτε praesentis esse temporis: sunt tamen etiam iuxta canones Graecae grammatices futura secunda. Similiter Cap. 15, 26. 27. quum dicitur: Ille testimonium perhibebit de me, et vos (testes eritis.) Etiam ait idem autor μαρτυρεῖτε praesens esse indicantis, vt significet Testes estis, aut estote, quemadmodum etiam hoc loco vertit. Attamen multo commodius dicetur esse futurum secundum: praesertim quum Act. Cap. 1, 8. eadem ferme verba referens Lucas, dicat: Accipietis virtutem superueniente spiritu sancto in vos, et eritis mihi testes.

Vbi

a) Et hic et paullo post videtur intelligere Erasmum quem vide in interpretatione et in notis.

Vbi aperte per futurum habet Graeca litera ἔσεσθε, facta etiam primum superuenientis spiritus sancti mentione, sicut etiam hoc loco. Praeterea quum eodem capite 16, 10. dicitur: Ad patrem vado, et posthac non (videbitis) me. Et post pauca vers. 16. Pusillo tempore et non (videbitis) me: asserit idem *b*) vtroque horum locorum Euangelistam abusum tempore praesenti pro futuro. Nos autem opinamur, quod proprie futurum secundum posuerit. Quod inde facile est colligere, quod statim sequatur futurum ὄψεσθε videbitis. Scimus tamen quosdam grammaticos futura secunda a verbis circumflexis in totum auferre: qui tamen fateri coguntur praesens indicatiui passim pro futuro locari, quod vix fieri solet. Idem autor verbum *c*) ἀφέωνται frequenter vertit Remittuntur, quum sit non solum Atticum praeteritum, sed et Ionicum et Doricum, per ablationem ι vocalis subiunctiuae, et pleonasmum ω. Nam quod dicat interpretem fortassis legisse ἀφέονται, vt sit praesens ab ἔω et ἔομαι, non fit verisimile, quum hoc barytonum verbum apud solos poëtas reperiatur.

Io. 15, 6. Nisi quis in me manserit (eiectus est) foras sicut palmes, et (exaruit) et (colligunt) eos, et in ignem (coniiciunt) et (ardent.) Hoc loco duo praeterita et tria praesentia pro futuris posita sunt: nempe ἐβλήθη pro Eiicietur, ἐξηράνθη pro Exarescet, συνάγουσιν pro Colligent, βάλλουσι pro Coniicient et καίεται pro Ardebit.

b) Erasmus in notis.

c) Matth. 9, 2. 5. Marc. 2, 5. 9. Luc. 7, 47. 48. Vide in primis Erasmum ad Marc. 2, 9.

Io. 15, 8. In hoc (glorificatus est) pater meus (vt fructum copiosum adferatis.) Ἐδοξάσθη pro futuro Glorificabitur, et ἵνα φέρητε pro eo, quod est, Si attuleritis. Hoc itaque loco et praeteritum et praesens pro futuro ponuntur.

Io. 16, 26. Et non (dico) vobis quod ego rogabo patrem pro vobis: ipse enim pater (amat) vos. Λέγω pro Dicam et φιλεῖ pro Amabit, quod tamen, si solum esset, futurum secundum esse posset. Vide huius loci enarrationem.

Io. 17, 11. Et iam non (sum) in mundo, et hi in mundo (sunt.) Εἰμὶ pro Ero sumitur, et εἰσὶ pro Erunt.

Ioannis Millii examen Codicis Euthymii [d]) *Barocciani. Ex Prolegomenis eius in N. T. a ſſ. 1073—1079.*

Et iam quidem ab insigni illo Commentariorum Chrysostomi [e]) defloratore ad alium deuenimus, [f]) *Euthymium* dico *Zigabenum*; qui sub initium fere Seculi duodecimi, e Patrum variorum, sed Chrysostomi

d) De eodem loquitur ibid. §. 1462.

e) Ita Theophylactum Bulgariae Episcopum appellat. Videtur autem hoc vocabulum ex contaminato barbarae Latinitatis marsupio Diui Hieronymi protraxisse. Honestiori et Latiniori vti poterat. Aliud est Graecum ἀπανθίζειν, aliud Latinum deflorare.

f) Tanquam ex palatio excelso fessi fatigatique ad tugurium humile.

ſtomi potiſſimum Commentariis, *Catenam*[g]) quandam contexuit in Euangelia. In qua certe, vt hoc obiter notem, peculiare[h]) omnino illud, quod allegationes ſeu citationes Euangelici textus perpetuo factae ſint ſecundum Titulos, qui ad oram Euangeliorum ſignati ſunt, ſiue maiora Κεφάλαια. Huius haud dum[i]) Graece editae Exemplar nacti ſumus inter Codices *Baroccianos*, probum ac propemodum integrum; vnde videre liceat, qualis textus *Euthymio* fuerit ad manum, cum iſta ſcriberet. Erat autem iſte, qualis

g) Catena, Doctiſſime Milli, appellatur collectio locorum ex variis ſcriptis Patrum, qui aliquo modo partes ſingulas litterarum ſacrarum oratione attigerunt, ſine continuo nexu collatorum. Non ſine cauſſa addidi *ſine nexu*, quanquam catena quaelibet nexum habere debet. Sed illud in iſtis catenis non habet locum. In Euthymio autem nexus eſt, quod ex pluribus partibus opus peretuum fecit. Commentarium ergo, non Catenam exhibet. Hoc diſcrimen eſt inter Catenam et Commentarium, ex vſu recentiorum Graecorum vocabuli σειρᾶς.

h) Non peculiare aut inuſitatum, ſed obtinet iſta capitum deſcriptio in plerisque Codicibus Graecis, quod te latere non poterat. Nullam aliam enim Graeci agnoſcunt praeter hanc et canones Euſebii. Vtraque eſt in Codice Alexandrino.

i) Viros doctos aliquos affirmaſſe, hos commentarios Graece iam editos eſſe, ſupra notatum eſt a Fabricio. Sed in noua Caſei editione hic error correctus eſt. Vide Tom. II. p. 199. edit. Baſil. 1745. fol. Sed Elias du Pin in noua bibliotheca auctorum eccleſiaſticorum Tom. IX. Cap. XIV. p. 197. hunc commentarium Graece editum tradit Veronae 1530. quo anno nimirum ibidem prodiit commentarius in Pſalmos. Confuſus ergo eſt commentarius in Pſalmos cum hoc in Euangelia. Oudinus in commentario de ſcriptoribus eccleſiaſticis Tom. II. p. 981. alio modo errauit. Scribit enim: Commentaria in quatuor Euangelia edita Graece in folio Veronae anno 1630. (ergo centum annis poſt.) cum commentario in Pſalmos.

qualis exemplarium posterioris aeui ferme omnium, plurimis in locis[k]) interpolatus; ita tamen, vt in multis, vbi diuersus abit a libris excusis, germanam exhibeat lectionem.

* * *

E lectionibus interpolatis in primis ecce seqq.

Ἰορδάνῃ[l]) ποταμῷ, MAT. 3, 6. plurimi Codd. Syr. Copt. Aethiop.

Διαρπάσῃ pro διαρπάσει 12, 29. sic Chrysost.[m]) cauebat scriba, vt verbum hoc conueniret tempore cum praecedenti δήσῃ.

Βάρος[n]) τῆς γῆς 13, 5. irrepsit e marg.

Τὸ ἄριστόν μου[o]) ἡτοίμασαι 22, 4. sic etiam Codex vnus et alter. Interpolatori sc. quisquis ille, congruentius visum est de regis prandio, illud paratum esse dicere, quam se illud parasse.

Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· γενεὰ πον. 16, 4. ex vers. 2. huius capitis.

Οὕτως;

k) Multo tamen minus quam tuus Alexandrinus et Cantabrigiensis, infimus omnium.

l) Est haec lectio Codicum cum scholiis et catenis, quod ex Mosqq. Codd. d et 10. discitur. Contra sunt eiusdem generis Codices a. e. Ergo facile a Critico auctoritate reliquorum excluditur.

m) Chrysost. T. VII. p. 447. b. habet: καὶ τότε ΤΑ ΤΟΥ ΣΚΕΥΗ διαρπάσῃ, quod nec Wetstenius notauit. Ignorabant Graeci consuetudinem Hebraicam orationis ita vinciendae per particulam καί. Totum membrum abesse poterat. Si tamen addidissent Graeci, τότε δή, τότε δὲ aut τότε γάρ scripsissent.

n) Neuter ex meis Euthymii Codicibus id habet. Βάρος ne quidem Graecum est. Βάθος Graeci dicunt. Hinc βαθύγειος.

o) Ita duo Codices Mosquenses Chrysostomi.

Οὕτως; οὐκ ἰσχύσατε etc. 26, 40. sic p) et complures Codd. repetita interrogatione, quo magis ad Marcum (c. 14. v. 37.) accederetur.

Γολγοθᾶν. 27, 33. sic Codd. al. casu accusatiuo ad formam Graecorum.

Ἰδόντες τὰ γενόμενα. 27, 54. missο τὸν σεισμὸν, vt superfluo, ob supra dicta v. 51, 52.

Ἀγοράσομεν. MARC. 6, 37. sed editum recte, ob seq. δῶμεν· omniumque fere librorum q) auctoritate confirmatum est.

Ἐδόξαν φαντασίαν εἶναι, 6, 49. sic Codex Ephesinus. Sed φάντασμα reliquorum Codicum est, et Matthaei.

Ἔσω r) πάντων δοῦλος, 9, 35. sic Codd. aliq. Aethiop. ex Matthaeo.

Ὃ s) δὲ ὑμῖν λέγω, 13, 37. complures Codd. nempe ob simplex illud γρηγορεῖτε, quod sequitur, potius visum ὃ, quam ἃ. et sic interpretati sunt Vulg. Syr.

Ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν, 14, 9. inserto δὲ, vt apud Matthaeum, et in libris aliq. γὰρ, connexionis gratia.

Καὶ

p) Hoc in Euthymii Codicibus non animaduerti. Sed ita habent Codices Mosquenses Chrysostomi, etsi aliter ediderit Montefalconius. T. VII. p. 791. a. d. Theophylactus etiam pag. 164. e. 165. a. vnum signum interrogandi habet post ἐμοῦ.

q) Hoc argumentum hic valet. Non autem prius. Nec enim Marcus accurate Graece scribit. Poterat ergo praecedere futurum, et post καὶ sequi δῶμεν. Scilicet, vt καὶ esset pro Graeco ἵνα. Nisi Codices obstarent, apud Marcum probassem ἀγοράσομεν. Aliter enim Graece Xenophon, aliter Marcus scribit. Hoc illud dubium est in Crisi N. Testamenti, quod scriptores nec vbique Hebraizant, nec vbique Graecissant.

r) Sic vterque meus. Seruant tamen πάντων ἔσχατος παῖς.

s) Mei ἅ.

Καὶ εὐλογήσας. 14, 22. praefixo καὶ, ex Matthaeo.

Καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. 15, 28. versiculus hic praetermissus est apud MS. Euthymium. Sed adscriptum habemus ad oram Codicis a manu non nihil recentiore. Omittunt etiam [v]) Alexandrinus, aliique

t) Vnus tantum meorum addit καί.

v) Vitium Codicis Alexandrini arguunt additi canones Eusebii. Habet enim in editione Woidii ita: καὶ σὺν αὐτῷ σαυροῦσιν δύο λῃστάς. et in interiori margine notat sectionem minorem σιε. et canonem η. Rursus: ἕνα ἐκ δεξιῶν καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ. Et in interiori margine, sectio minor σις. canon ς. Atqui omnia ab καὶ σὺν αὐτῷ ad εὐωνύμων αὐτοῦ pertinent ad sectionem σις. et ad canonem α. Quatuor enim Euangelistae non solum narrant duos latrones cum Christo cruci esse affixos, sed etiam, Christum pependisse medium. Iam cum in illo Codice versus 29. sit sectio σιζ. vt ibi etiam notatur, culpa scribae excidit sectio σις. quae, quod a Marco et Luca tantum refertur, pertinet ad canonem η. Deprehenditur ergo, scribam illum a Καὶ ad Καὶ defeciisse. Addamus hic illos numeros cum correctione:

Alex.		Correctio.
σιδ.	—	σιδ.
α.	—	α.
σιε.	—	σιε.
η.*	—	α.
σις.	—	σις.
ς.	—	η.*
σιζ.	—	σιζ.
β.	—	ς.
σιη.	—	σιη.
β.	—	β.
σιϑ.	—	σιϑ.
β.	—	β.

Defecit ergo ab α. ad η. ac sit deinceps. Ergo Codex Alexandrinus, qui hunc versum omisit, defendit integri-

que Codd. aliq. Caeterum, praeterquam quod in libris plerisque locum habeat, mihi certe haud leue indicium eſt, etiam in Marci Autographo exſtitiſſe, quod eadem ipſa proferat ex occaſione Lucas, aſſiduus Marci ſectator. Ne dicam, quod ob idem initium huius verſus et ſeq. facile omitti poterat.

Τίνα δὲ ἐξ ὑμῶν LVC. 11, 11. illud ἐξ, vtcunque in Exemplaria plurima irrepſerit, non eſt huius Euangeliſtae, ſed Matthaei.

Τοὺς δούλους τούτους· ἵνα γνῶ etc. (miſſis mediis, οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον, credo, vt ſuperfluis) 19, 15.

Ἐάν τις ἀδελφὸς ἀποθάνῃ, 20, 28. et ita Cod. vnus et alter. Reliqui omnes et Editt. τινός· et ſic Marcus, quem ſequi amat hic Euangeliſta.

Καὶ παρεκάλει αὐτόν. 8, 32. Daemoniacus ſc. ex verſ. proxime praecedente.

Ὁ δὲ ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ. 8. 48. Codd. aliq. Goth. Syr. Ἰησοῦς Matthaei eſt.

Ὄχλοι ἐπεζήτουν. 4, 42. plurimi*) Codd. explicatius.

Το-

tegritatem huius verſus. Illud autem intelligitur, ſcribam Codicis Alexandrini hic data opera fefelliſſe. Cum enim ſemel omiſiſſet verſum 28. hunc errorem autem nollet corrigere, corrupit de induſtria canones, ſeruato tamen ſectionum ordine, ne defectus appareret. Cur autem nollet errorem ſuum corrigere, vel pertinacia hominis, vel negligentia, vel lucri ſtudium in cauſſa fuit. Credo poſtremum in culpa fuiſſe, ne perderet lucellum, ſi defectus aut additamentum in fronte aut in calce folii appareret. Alias enim neceſſitas nulla fuiſſet corrumpendi notas canonum. Sancta Thecla ergo aetate Apoſtolorum ſcribebat Codices mercede conducta, admodum perfidioſe. Vide, quae infra dixi, ad Luc. XXIII, 17.

*) Ob eam cauſſam probaui, etſi, vt elegantius, de Graecitate ſuſpectum erat.

Τὸ ἔθνος ἡμῶν. 23. 2. plurimi Codd. adiecto ἡμῶν, explicationis gratia.

Μαρία ἡ Ἰακώβου. 24, 10. complures Codd. explicatius.

Ὑπέδειξεν.[y]) 24. 40. singularis lectio.

Τί ἐμοὶ καὶ σοί[z]) σὺ. 10 ANN. 2, 4. Codd. multi: mutato σοὶ in σὺ, ab iis qui ignorabant sensum phraseos, apud Interpretes LXX. tritissimae.

Καὶ ἐβάπτιζον. 3, 22. plurale, ob id quod infra dictum, Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, cap. 4, v. 2.

Μαθηταὶ αὐτοῦ. 4, 31. libri aliq. αὐτοῦ scribarum est.

Πλανᾷ τὸν κόσμον. 7, 12. reclamante Codicum omnium fide.

Ὀρθρου πάλιν βαθέος ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς. 8. 1. explicatio ex[a]) Luc. 24, 1. sic multi Codd.

Εἶπον αὐτῷ, πειράζοντες. 8, 4. libri multi. Commentarius est, non textus, ex vers. 6.

Τί λέγεις περὶ αὐτῆς; 8, 5. Codd. plurimi. Addito περὶ αὐτῆς, explicationis gratia.

Ἀναβλέψας εἶπεν αὐτοῖς. 8, 7. Codd. al. clarius.

Εἶδεν αὐτὴν, καὶ εἶπε· γύναι etc. 8. 10. libri aliq. explicatius.

[a]Ἦν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός. 8, 40. Euthym. isque solus.[b])

Οὐ

y) Ita vnus meorum. Alter vulgatum. Vocabulum ἐπέδειξε, quod haud raro iactantiae notionem habebat, non nullis offensioni fuit. Ergo alii ex Io. 20, 20. ἔδειξε, subiecerunt: hic ὑπέδειξε subiecit. Corruptionem prodit Mosquensis f. qui rasura fustulit syllabam επ.

z) Mei seruant σοί. Nec aliter est in interpretatione.

a) Quomodo Millio Luc. 24, 1. hic in mentem venire potuerit, non video. Nimis longe repetitum.

b) Immo cum Origene et Chrysostomo, vt docui in mea editione.

Οὐ καλῶς ἐλέγομεν. 8, 48. Codd. aliq. explicatio, ex cap. 7. v. 20. huius Euangelii.

Καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς μαρίαν. 11, 5. sic Vulg. (in Editt.) Syr. addito μαρίαν, ex vers. 1.

Ἐκεῖνος [c]) οὗτος. 13, 25. Codd. complures. Simplex ἐκεῖνος, genuinum. Eius loco suffectum est ex marg. in Codd. aliq. οὗτος, ceu magis idoneum: in aliis adiunctum erat τῷ ἐκείνος· in aliis ad euitandam ταυτολογίαν, mutatum videmus οὗτος in οὕτως, vt hic apud Euthymium.

Ἤγαγον εἰς τὸ πραιτώριον. 19, 16. sic Codd. al. explicatio, ex Cap. proxime praecedentis v. 28. Et de locis interpolatis hactenus.

* * *

Ex genuinis, quae ab Editt. differunt, hactenus haud memoratis, non nullas hic reſtat, proferamus.

Καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν [d]) τῷ ἀγρῷ. MATTH. 13, 27. complures libri, vt et Epiphanii Codex. Particula σῷ, iniectitia videtur.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ πέτρος. 14, 28. plurimi Codd. et Vulg. medium αὐτῷ, quod in noſtris, iniectitium eſt.

Τὰ [e]) γενόμενα. 18, 31. Codd. aliq. et Vulg. [f]) vti videtur; quomodo legendum eſſe monet Lucas Brug.

c) Eodem modo οὕτως excluſerunt non nulli Cap. 4. vers. 6. Alii dederunt οὗτος. Sic. Vide Wetst. Birch.

d) Seruat vterque meus σῷ. Sed σῷ omittunt Codices Moſquenſes cum ſcholiis d 10. cuiusmodi Codices tractauit Euthymius.

e) γινόμενα voluit ſcribere Millius. Mei habent γενόμενα.

f) Ex exemplis, quae hic ſubiecit Millius, apparet, illum probas lectiones appellare eas, quas habet Vulgata Latina.

Brug. mutarunt aliqui ad marg. adeoque et in textu scribae in γενόμενα, ceu commodius.

Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. MARC. 2, 17. Codd. aliqui et Vulg. Syr.[g] Goth. Copt. Aethiop. Lucae est, quod sequitur in nostris, εἰς μετάνοιαν, et accessit tam apud hunc Euangelistam, quam Matthaeum, ex Lectionariis.

Ὁμοία αὐτῇ. 12, 31. sic libri probi aliq. et Vulg. Syr. Aethiop.

Ἐξ εὐωνύμων. 10, 40. complures Codd. et Vulg. Goth. absque addito μου, quod accessit ex Matthaeo.

Ἡ (pro quo in Edd. καὶ, ex Matth.) τῆς ὥρας. 13, 32. magna vis Codicum, et Vulg.

Ἑτοιμάσατε. 14, 15. Alex. et probatiores al. et quidem Exemplar Vulgati. Nec aliter Lucas, Marci sectator. Medium ἕτοιμον, quod in nostris, explicatio erat τοῦ, ἑτοιμάσατε, in margine posita, indeque translata a scriba quopiam in mediam paginam.

Καὶ μὴ εὑρόντες ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτόν. LVC. 5, 19. ita e Stephanianis plurimi, aliisque probatioribus, Alex. Cant. διὰ ποίας, quod in Excusis plerisque, est genuinae lectionis explicatio.

Πάντα τὰ γεννήματά μου. 12, 18. ita simpliciter Lin. et Cant. et Vulg. initio, vt videtur. Sequentia,[h]) καὶ τὰ ἀγαθά μου, adscripta primum

g) Hi omnes pro Vulgata Latina, sine melioribus Codicibus Graecis, nihil probant: cum melioribus Codicibus Graecis autem semper probant contra Vulgatam Latinam. Indicant enim fere plerumque recentiores corruptiones versionis Latinae. Per inductionem exemplorum id intelligitur.

h) Seruat vterque meus. Habet autem γενήματα, vt scribendum est. Γενήματα condantur in horreo: γεννήματα, eius generis, in stabulis seruantur.

mum ad marg. e versu proxime sequente, irrepsere mox in contextum, et Codices iam vniuersim occupant.

Ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐθεραπέυοντο. 6, 18. Alex. et Codd. al. Vulg. Aethiop. omnino recte. Καὶ postea insertum erat, ante ἐθεραπέυοντο, vt iam in Editis, ad tollendam obscuritatem, ne alias soli daemoniaci sanati viderentur, non item reliqui, qui huc curationis causa venerant.

Ἐπεσὴ φίλος. simpliciter. 11, 6. Codd. plurimi. Syr. et Vulg. initio. Μου iniectum erat haud dubie, ad implendum sensum: nemo particulam huiusmodi expunxerit.

Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. 13, 35. Codices optimi, magno consensu. Ἔρημος, quod accessit in nostris, ex Matthaeo adscriptum fuisse monent Lucas Brug. et Grotius.

Ἄτερ βαλαντίου καὶ πήρας, μὴ τινος ὑστερήσατε; 22, 35. Codd. alq omnino recte. Neque enim in proximis mentio fit, nisi sacculi et perae. Medium, καὶ ὑποδημάτων, quod in nostris, adscriptum primum in marg. a lectore aliquo, ex cap. 10. v. 4. huius Euangelii, scribae facile admiserunt in contextum.

Πρὸς αὐτὸν γυναῖκα. IOANN. 8, 3. Πρὸς [i]) αὐτὸν non agnoscunt complures libri; vti nec Vulg. Syr.

Μὴ τοὺς πόδας μόνον. 13, 9. sic libri aliq. et Cant. adeoque Vulg. initio. Μοῦ iniectitium est.

Sed de commentario hoc hactenus, omnium, quae quidem Graece extant, vt opinor, nouissimo.

i) πρὸς αὐτὸν omittunt mei Codices Euthymii.

Lectiones Variantes Vtriusque Codicis Mosquensis ad quatuor euangelia.

Constitueram quidem integrum contextum quatuor euangeliorum, vti in codicibus Euthymii Mosquensibus legitur, simul cum eius commentario edere. Bibliopola autem mihi auctor fuit, vt de lectionibus variantibus seorsim exponerem, textum autem breuiter tantum ante singula scholia notarem. Id quia sine damno lectorum fieri poterat, facile obtemperaui. Examinaueram autem Codices Mosquenses Euthymii bis, semel ad editionem Ioannis Gregorii Oxon. 1703. fol. semel ad Bengelii Tubingae 1734. 4. Hic autem, sicuti etiam in mea noui Testamenti editione feci, ad solam Gregorii editionem respicio. In gratiam lectorum tamen monendum videtur, Gregorium expressisse editionem Oxonienſem Ioannis Fellii 1675. 8. Fellii autem editionem repetitam esse ab Aug. Herm. Franckio Lipsiae 1702. 8. Ex multis autem exemplis didici, Wetstenium etiam, vel Fellii, vel Gregorii secutum esse editionem. Sunt autem istae editiones omnes, vt vulgo loquuntur, textus recepti, hoc est, nec Erasmum solum sequuntur, nec Bezam, sed mistum contextum habent ex maiori Stephaniana anni 1550. fol. et vltima Bezae 1598. fol. insertis non nullis lectionibus singularibus, de quibus tamen primus recepti textus editor lectores non admonuit. In vniuersum hoc moneo. Codex Euthymii B. in mea noui Testamenti editione I. est praestantior, deterior est A. quem in nouo Testamento N. appello.

Ad

Ad euangelium Matthaei.

Cap. I.

V. 1. 2. ἀβρααμ.] a) Ex consuetudine Graecorum, qui α ante βρ. spiritu aspero notare solent. Sic et vers. 17. et Cap. III, 9.

4. Ἀμιναδαμ bis. Partim, quod Graeci in fine non habent β. partim, quod μ. et β. in Codd. inde a Sec. IX. facile confunditur.

5. Ῥααβ. a.

6. Σολομῶνα.

10. Τὸν μανασσῆν.

Cap. II.

V. 9. Ἕως οὗ ἐλθών.

11. Εὗρον] εἶδον.

18. Ῥαμά.

22. Ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας] ἐπὶ abest.

Χρηματισθεὶς δὲ] δὲ abest. a.

Cap. III.

V. 6. Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ'.

8. Καρπὸν ἄξιον.

10. Καρπὸν καλὸν] καλὸν abest. b.

11. Καὶ πυρὶ absunt.

Cap. IV.

V. 5. Ἴησιν] ἔσησεν. b.

9. Προσκυνήσῃς με.

10. Ὕπαγε] ὀπίσω μου addit. a.

13. Περιθαλασσίαν, pro παραθαλασσίαν est vitium editionis Gregorii.

a) Quando vterque codex consentit, nullam notam addidi. Quando vnus variat, id notaui per a. aut b.

V. 16. Ἰδὲ φῶς.

18. Ὁ Ἰησοῦς absunt. Cyrillus quidem T. II. p. 29. E. Matthaeum appellans, haec addit. Attamen nec hoc pro argumento esse potest.

Cap. V.

V. 16. Πατέρα ἡμῶν. a.

Vitiosa sunt in a. vers. 20. εἰσέλθῃ. v. 23. προσφέρεις et ἔχει κατὰ, omisso τί.

27. Τοῖς ἀρχαίοις absunt.

Οὐ μοιχεύσεις] ὁ ἐμβλέπων. a. ex proximo versu.

28. Ὁ βλέπων γυναῖκα] ὁ ἐμβλέπων γυναῖκα. Sed a in marg notat γρ. καὶ ὁ βλέπων. Quoniam h. l. βλέπειν, est περιέργως καὶ ἐμπαθῶς προσβλέπειν, quo sensu non dicunt Graeci, Origenes et Chrysostomus, vt in mea editione docui, id permutarunt cum ἐμβλέπων, ἐμβλέψας et ἐπιβλέπειν.

Ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς] ἐπιθυμῆσαι αὐτήν. b.

29. Σκανδαλίζῃ. a.

Βληθῇ] βληθῆναι. a. Sic et vers. 30.

36. Μήτε ἐν] μηποτε ἐν. a.

44. Τοὺς μισοῦντας] τοῖς μισοῦσιν.

47. Τοὺς ἀδελφοὺς] τοὺς φίλους.

48. Ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς] ὁ οὐράνιος.

Cap. VI.

V. 2. Ἀμὴν γὰρ λέγω. b.

4. Αὐτὸς et ἐν τῷ φανερῷ absunt.

5. Ὅπως ἂν] ἂν abest.

16. Τὰ πρόσωπα] τὸ πρόσωπον. a.

18. Ἐν τῷ φανερῷ] omittunt.

23. Σκότος ἐστὶ] non comparet ἐστί. Mox vers. 24. μαμωνᾷ.

25. Καὶ

V. 25. Καὶ τί πίητε] ἢ τί πίητε. Mox ἐγδύσεσθε. b.

33. Ζητεῖτε] αἰτεῖτε et in marg. ζη. ab eadem manu. a. Adiecerat nempe scriba aliquanto post literam maiusculam A. Igitur etiam ι, in rasura litterae η scriptum. Αἰτεῖτε habet Chrysost. in duobus Codd. Mosqq. Hom. VIII. in epist. ad. Hebr.

Cap. VII.

V. 1. Ἵνα μὴ] κοὶ οὐ μή. b. Vulgatum in textu. Sed in marg. γρ. κοὶ οὐ μή. a.

2. Ἀντιμετρηθήσεται.] μετρηθήσεται. b.

9. Ἢ τίς ἐστιν ἐξ] ἔστιν abest. a.

10. Καὶ ἐὰν] ἢ κοὶ ἐάν. Mox vitiose, ἐπιδώσῃ. a.

11. Εἰ οὖν ὑμεῖς] ἐὰν οὖν ὑμεῖς. a.

12. Ὅσα ἂν] ὅσα ἐάν. b.

Οὕτος γάρ] οὕτως γάρ. a. b. Codices enim permulti, vt alibi monui, etiam ante consonam, οὕτως pro οὕτω scribunt. Hinc interdum temere ex οὕτως factum est οὗτος. Οὕτος hoc loco videtur inuectum per Chrysost. quem vide T. VII. p. 291. B. VIII. p 451. E. Forte iam Origenes intulerat, cuius interpretatio intercidit. In pluribus Codicibus reperietur οὕτως, si qui recte attenderint.

14. Ὅτι στενὴ] τί στενή. Id explicat Euthymius et Theophylact. p. 40. C. Apud Chrysost. T. XI. p. 492. F. editur quidem ὅτι, sed iste locus postulat τί. Vide, quae notaui ad 1 Thess. V, 8. in mea N. Testamenti editione. Apud Symmachum Ies. LII. 7. τί εὐπρεπεῖς κ. τ. λ.

15. Προσέχετε δὲ] δὲ abest.

24. Ἀνδρὶ φρονίμῳ] ἀνδρὶ omittit. a.

27. Προσέκοψαν] προσέπεσον. a. Varie vexatum est hoc vocabulum, quod Graeci non dicunt hoc

modo προσκόπτειν. Ergo alii habent προσέρρηξαν, alii προσέκρουσαν.

Cap. VIII.

V. 5. Εἰσελθόντι δὲ τῷ ἰησοῦ] εἰσελθόντι δὲ αὐτῷ. Τῷ ἰησοῦ est ex lectione ecclesiastica, κυριακῇ δ.

8. Εἰπὲ λόγον] εἰπὲ λόγῳ.

10. Τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ· ἀμήν.

11. Μετὰ ἀβραὰμ — οὐρανῶν] ἐν τοῖς κόλποις τοῦ ἀβραὰμ, ceteris omisit. Interpretatio etiam vulgatam lectionem tollit. Corruptio ex Chrysostomo, qui T. VII. p. 209. C. habet εἰς τοὺς κόλπους. Deceptus autem est loco simili, quem ibi tractat, Luc. 16, 22. 23. Iterum ita ibid. p. 361. D. Sed ibid. p. 315. C. tantum omittit, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

15. Διηκόνει αὐτῷ.

17. Διὰ τοῦ προφήτου ἡσαΐου.

25. Μαθηταὶ αὐτοῦ] αὐτεῦ abest.

34. Πόλις ἐξῆλθον. b.

Cap. IX.

V. 1. Καὶ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον] ὁ ἰησοῦς, post πλοῖον, addit a. id insertum habet, ante εἰς, ab eadem manu. b.

4. Καὶ ἰδὼν] ἰδὼν δὲ.

5. Σοι αἱ ἁμαρτίαι] σου αἱ ἁμαρτίαι.

9. Καὶ ἀναστὰς] ὁ δὲ ἀναστάς.

17. Καὶ ἀμφότερα] καὶ ἀμφότεροι.

18. Ἄρχων τὶς εἰσελθων.

33. Ὅτι οὐδέποτε] ὅτι abest.

36. Ἐκλελυμένοι] ἐσκυλμένοι. Mox, ὡς πρόβατα.

Cap. X.

Cap. X.

V. 1. Αὐτὰ ἐκβάλλειν, b. Mox v. 3. λεβᾶος, vno λ. vterque.

4. Ὁ ἰσκαριώτης] ὁ abeſt.

8. Νεκροὺς ἐγείρετε] abſunt. Quis hoc inuexit? Fortaſſe Origenes. Sed eius ad hunc locum interpretatio intercidit. Certe ergo Chryſoſtomus. Nam, etſi quidem nec in ſex Codicibus Moſquenſibus Chryſoſtomi inter contextum haec reperiuntur, tamen ex pluribus locis apparet, illum haec probaſſe. Habet ergo hunc locum Tom. VII. p. 370. B. D. vbi nihil in editione Montefalconii mutatur praeter λεπροὺς καθαίρετε. Sed in eadem homilia, vbi locum repetit p. 375. D. recenſet, τοὺς λεπροὺς, τοὺς καθαιρομένους — καὶ τοὺς ἐγειρομένους νεκρούς. Ibid. E. μὴ ζήτει νεκρὸν ἕνα ἰδεῖν ἐγειρόμενον. Item p. 376. C. νεκρῶν ἀνάστασιν — λεπρῶν κάθαρσιν. Haec omnia in eadem homilia, vbi hunc locum de induſtria tractat. Deinde in proxima homilia p. 378. D. rurſus iungit, λεπροὺς καθαίρειν, δαιμόνια ἐλαύνειν — νεκροὺς ἐγείροντες. Item Tom. VIII. p. 281. D. de Iuda proditore loquens, inquit: καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων ἦν τῶν πεμφθέντων νεκροὺς ἐγείρειν καὶ λεπροὺς καθαρίζειν. Denique diſerte p. 300. D. ὅτε δὲ ἔπεμπεν αὐτοὺς [τοὺς μαθητάς.] οὐκ εἶπεν, ἔδωκεν αὐτοῖς πνεῦμα ἅγιον· ἀλλ' ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν, λέγων· λεπροὺς καθαρίζετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε, νεκροὺς ἐγείρετε· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. Vnde autem haec Chryſoſtomus arripuit? Vt equidem credo ex loco ſimili Matth. XI, 5. vbi b) itidem λεπροὶ καθαρίζον-

b) Vide paullo inferius Matth. 19, 9. vbi Origenes et Chryſoſtomus ad Matth. 5, 32. in interpretatione tranſe-

ρίζονται, νεκροὶ ἐγείρονται. Sed hoc loco ista verba etiam suspecta reddit incerta sedes. Nam alii Codices, ante λεπροὺς καθαρίζετε, alii, post habent. Hic ergo cum ceteris probatis codicibus multum Euthymii et Theophylacti auctoritas valet contra Chrysostomum. Cyrillus etiam, qui modo ex Origine, modo ex Chrysostomo pendet, haec infert Tom. I. Glaphyr. p. 426. D. ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε, λεπροὺς καθαρίζετε, νεκροὺς ἐγείρετε. δωρεὰν κ. τ. λ. Item T. II. p. 862. C. ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε, νεκροὺς ἐγείρετε. Ac diserte Tom. I. part. I. p. 494. B. Καὶ μὴν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐπ' ἐξουσίας ἐδίδου τὴν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων εὐθύνειαν ὁ χριστὸς, ὥστε (v. 1.) ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. καὶ ΤΟ ἔτι τούτων ΥΠΕΡΤΕΡΟΥΝ, καὶ ΑΥΤΟΥ δύνασθαι καταθλεῖν [τοῦ addendum videtur.] ΘΑΝΑΤΟΥ, διεκελεύετο, θεοπρεπέστατα λέγων· ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε, νεκροὺς ἐγείρετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε. Ibid. p. 619. fin. ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, νεκροὺς ἐγείρετε, λεπροὺς καθαρίζετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε. T. VI. p. 34. C. contra Nestorium: ἀσθενεῖς θεραπεύετε, νεκροὺς ἐγείρετε, λεπροὺς καθαρίζετε κ. τ. λ.

10. Μηδὲ δύο χιτῶνας] μὴ, pro μηδέ. a.
14. Τῶν ποδῶν] ἐκ τῶν ποδῶν.
18. Ἡγεμόνας δὲ] δὲ abest. a.
19. Πῶς ἢ τί λαλήσητε] πῶς ἢ τί λαλήσετε.
21. Δὲ ἀδελφὸς] δὲ omittit. a.

24. Δι-

transeunt, neglecto loco, quem data opera interpretabantur. Atque ita multoties aberrant.

V. 24. Διδάσκαλον αὐτοῦ.
25 Οἰκειακούς.
27. Εἰς τὸ οὖς ἠκούσατε.
28. Καὶ μὴ φοβῆθε. Et mox, ἀποκτενόντων. Continuo, ψυχὴν οὐ δυναμένων.
29. Πατρὸς ἡμῶν. a. Statim autem vterque addit: τοῦ ἐν οὐρανοῖς.
36. Οἰκειακοί.

Cap. XI.

V. 2. Ὁ δὲ ἰωάννης ἀκούσας] ἀκούσας δὲ ὁ ἰωάννης. b. Ἀκούσας δὲ ἰωάννης. a.
4. Ἃ βλέπετε καὶ ἀκούετε.
8. Βασιλέων] βασιλείων.
12. Τοῦ βαπτιστοῦ omittunt.
16. Παιδαρίοις] παιδίοις. Mox ἀγορᾷ, pro ἀγοραῖς.
21. Βηθσαϊδά.

Cap. XII.

V. 3. Ὁ δὲ ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. Mox deest αὐτὸς, post ἐπείνασεν.
6. Τοῦ ἱεροῦ μεῖζόν ἐστιν.
8. Καὶ τοῦ σαββάτου] καὶ abest.
11. Τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν. Mox ἐμπέσει. a.
12. Διαφέρει ὁ ἄνθρωπος.
13. Ὑγιὴς] ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιής.
18. Εἰς ὃν] εἰς omittit. a.
20. Τὴν κρίσιν αὐτοῦ.
21. Καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.
22. Κωφὸς καὶ τυφλός. a.
28. Ἐν πνεύματι θεοῦ ἐγώ.
29. Τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσῃ.
31. Pro posteriori τοῖς ἀνθρώποις, est αὐτοῖς.
32. Καὶ ὃς ἐάν.
Ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι] ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.

35. Τῆς

V. 35. Τῆς καρδίας et τὰ, ante ἀγαθὰ, omittunt.
42. Σολομῶνος. bis eodem versu.
44. Ἐπιστρέψω] ὑποστρέψω. b. Mox, καὶ ἐλθὼν vterque.
45. Ἑτερα ἑπτά.
49. Αὐτοῦ, post χεῖρα, omittunt.
50. Αὐτός μου καὶ ἀδελφός.

Cap. XIII.

V. 3. Τοῦ σπεῖραι.
4. Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ.
14. Ἐπ' αὐτοῖς] ἐπ' abest. Mox ἀκούσητε et βλέψητε. a.
15. Συνιῶσι] συνῶσι. Mox ἰάσομαι. b.
23. Συνιὼν] συνιῶν. a.
26. Καρπὸν] καρπούς. b.
27. Ἔχει ζιζάνια.
28. Συλλέξομεν.
29. Ἅμα omittit. a. Mox vterque, αὐτοῖς καὶ τὸν σῖτον.
30. Συναυξάνεσθαι] οὖν συναυξάνεσθαι. Syllabae συν, et συν, alibi etiam sunt confusae. Primo ergo vitiose scribebatur, οὖν αὐξάνεσθαι, deinde reuocabatur, συναύξάνεσθαι seruato etiam οὖν. Hoc ex varietatibus ad h. l. discitur. Ex mea nimirum editione.

Αὐτὰ εἰς δέσμας] αὐτὰς εἰς δεσμάς. a. Αὐτὰ εἰς δεσμάς. b.

32. Μεῖζον πάντων τῶν λαχάνων.
33. Ἔκρυψεν.
40. Κατακαίεται] καίεται, quae est vera lectio. Sic. Io. 15, 6.
44. Ἐν ἀγρῷ.
52. Θησαυροῦ αὐτοῦ] αὐτοῦ abest. a.
55. Οὐχ ἡ μήτηρ.

Cap.

Cap. XIV.

V. 3. Ἐν τῇ φυλακῇ.
5. Ἐφοβεῖτο τὸν ὄχλον.
12. Τὸ σῶμα αὐτοῦ.
14. Ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς. Stephaniana maior, vt recte monet Wetst. pro edito ἐπ' αὐτοῖς, per errorem exhibuerat, ἐπ' αὐτοῦς. Id ergo Beza correxit, fecitque αὐτούς. Attamen ἐπ' αὐτοὺς non caret auctoritate. Ita enim Chrysost. T. VII. p. 504. D. consentientibus Codicibus Mosquensibus, praeter Codicem γ. qui bis habet ἐπ' αὐτοῖς. Scilicet semel loco laudato, semel ante homiliam. Hic enim Codex solus ante homiliam XLIX. versum 13. et 14. habet, cum reliqui tantum versum 13. exhibeant. Monui hac de re in editione noui Testamenti ad Matth. p. 480. Ἐπ' αὐτοὺς habent etiam Codices Mosqq. noui Testamenti e. l. Ac saepius quidem σπλαγχνίζεσθαι in nouo Testamento additum habet ἐπί τινα. Sed hic auctoritate Codicum probandum ἐπ' αὐτοῖς.
19. Καὶ λαβὼν] καὶ omittunt.
22. Αὐτοῦ, post μαθητὰς, deest.
27. Φοβεῖσθε] φοβῆσθε. a. Ita, sed supra scripto, ει. b.
28. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπεν αὐτῷ· κύριε. Ita vterque. Mox, κέλευσόν μοι. a.
36. Ἄψονται. a.

Cap. XV.

V. 4. Πατέρα σου] σου omittunt.
5. Ab ὑμεῖς δὲ ad ὠφεληθῇς vterque bis deinceps habet, sed ante diuersa scholia.
Ὃς ἂν] ὃς ἐάν.
14. Ἐμπεσοῦνται.

17. Ἐκ-

17. Ἐκβάλλετε. a.
25. Προσεκύνει] προσεκύνησεν.
27. Ἡ δὲ εἶπε] pro ἡ est littera maiuscula aurea, Ὁ, errore manifesto. Nam aliquanto post picta est illa littera, vt ceterae initiales. a. Mox deest ἐθίει. b.
31. Ἐδόξασαν] ἐδόξαζον.
32. Ἤδη ἡμέραι τρεῖς.
37. Περιττεύων.
39. Ἐνέβη] ita a. etiam b. sed hic supra notat alteram lectionem per impositum ἀ.

Cap. XVI.

V. 3. Πρωΐ] πρωΐας.
4. Ante γενεά, addunt: καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς. Hanc varietatem Millius etiam notauit e Cod. Barocciano. Non opus erat, vt id Hentenius etiam ex Codice Hispanienſi indicaret. Discitur enim ex commentario, illum sic legisse. Hanc appendicem excludendam esse, quilibet videt. Et apud Euthymium res facile expediri potest, modo haec iungantur praecedenti interpretationi, textus autem initium habeatur, γενεὰ πονηρά. Sed illud mirum, quod duo Colbertini id etiam habent et versio Aethiopica. Coniecturam de hoc loco proposui in editione noui Testamenti, quae firmatur loco simili Luc. 9, 56. ex iis, quae ex Codice d. indicaui.
11. Περὶ ἄρτων.
14. Ἠλίαν, spiritu leni. b. Ita idem supra 11, 14.
20. Ἰησοῦς ὁ χριστὸς] Ἰησοῦς omittunt.
28. Ἑστηκότων] ἑστώτων.

Cap. XVII.

V. 2. Ἐγένοντο λευκά. a.
3. Ὤφθησαν] ὤφθη. a. mox ἠλίας. b.

4. Μωσεῖ.

4. Μωσεῖ. Ita vterque. Paullo ante a. omittit ὁ, ante πέτρος. Mox ἡλίᾳ. b, ſpiritu leni, vt ſolet.
11. Ἠλίας. b. ante ἡλίας, addit ὅτι. a. Rurſus verſ. 12. ἡλίας. b. atque ita conſtanter hic Codex.
14. Γονυπετῶν αὐτόν.
20. Ἐὰν ἔχετε. a.
23. Ἐγερθήσεται] ἀναστήσεται.
24. Ἐλθόντων δὲ] καὶ ἐλθόντων.
27. Ἀναβάντα] ἀναβαίνοντα.

Cap. XVIII.

V. 4. Ταπεινώσει.
6. Ἐπὶ τὸν τράχηλον] εἰς τὸν τράχηλον.
12. Ἐνενηκονταεννέα. a. Ita ex raſura litterae ν, b. Ita iterum vterque verſ. 13.
15. Ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ.
Αὐτοῦ καὶ σοῦ. b.
16. Ἢ τριῶν abſunt. a.
19. Πάλιν ἀμὴν λέγω.
28. Ὅ, τι ὀφείλεις] εἴ τι ὀφείλεις.
29. Καὶ πάντα] πάντα omittunt.
31. Τῷ κυρίῳ ἑαυτῶν.

Cap. XIX.

V. 5. Τὸν πατέρα αὐτοῦ.
8. Ὅτι μωσῆς μέν.
9. Εἰ μὴ ἐπὶ] μὴ ἐπί. Μὴ, ſine εἰ, male habuit Origenem et Chryſoſtomum. Ergo vterque ex Matth. 5, 32. arripuit παρεκτός. Origenem vide T. III. p. 647. C. Chryſoſtomum T. VII. p. 622. B. Erasmus quidem inuexit εἰ. Attamen in ſcholiis Codd. Moſqq. ita ad hunc locum legitur: μὴ δίδους ἄδειαν λύειν τὸν γάμον, εἰ μὴ

μὴ μόνῳ (alii, μόνον.) τῷ καταλαβόντι πορνευομένην τὴν γυναῖκα. Ita Codd. quos appello a. d. e. Crisin didicit Erasmus ab Origene et Chrysostomo. Nam infra Jo. 13, 10. pro ἢ τοὺς πόδας, vterque intulit, εἰ μὴ τοὺς πόδας. Vide Orig. T. IV. p. 411. D. Chrysost. T. VIII. p. 416. a.

13. Περσηνέχθησαν.
16. Ποιήτω] ποιήσας, seruato etiam, ἵνα. a.
18. Deest vocabulum εἶπε. b.
19. Ὡς ἑαυτόν. a.
24. Πάλιν δὲ] δὲ abest. a.
Διελθεῖν] ἐξελθεῖν, vt mox. In scholiis tamen dissentiunt.
26. Δυνατά ἐστι] ἐστι abest.

Cap. XX.

V. 2. Συμφωνήσας δὲ] καὶ συμφωνήσας.
3. Περὶ τρίτην ὥραν.
4. Καὶ ἐκείνοις.
Ἀμπελῶνά μου. a.
12. Ὅτι οὗτοι] οὗτοι abest. a.
15. Ἢ ὁ ὀφθαλμός] εἰ ὁ ὀφθαλμός. Ita Chrysost. T. VII. p. 637. D. p. 638. C. Origenes totum locum negligit in interpretatione.
21. Εὐανύμων] εὐανύμων ὄυ. Mox, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου omittit. b.
22. Καὶ τὸ βάπτισμα] ἢ τὸ βάπτισμα. a.
24. Post ἠγανάκτησαν repetit οἱ δέκα. a.
26. Ab ἀλλ' ὃς ἐὰν ad vers. 27. ὑμῶν δοῦλος, culpa scribae in principio folii omissa sunt. a.
30. Υἱέ. b. Sic idem versu 31.

Cap. XXI.

V. 1. Ἤγγισεν. a. Mox βηθσφαγή. a. b.
2. Ὄνον δεδεμένον. b.

3. Ἀπο-

V. 3. Ἀποξέλλει.
7. Ἐπεκάθισεν.
8. Ἔτρωσαν ἐν τῇ ὁδῷ τὰ ἱμάτια αὐτῶν.
11. Ἰησοῦς insertum. a.
12. Τοὺς ἀγοράζοντας καὶ πωλοῦντας. b.
14. Χωλοὶ καὶ τυφλοί.
19. Ὁδοῦ αὐτοῦ, ἦλθεν. b.
22. Ὅσα ἐάν.
25. Οὖν abest. a.
28. Τί δὲ ὑμῖν] δὲ abest. a.
32. Ὁ Ἰωάννης.
35. Ἐδηραν. a.
46. Τοὺς ὄχλους] τὸν ὄχλον.

Cap. XXII.

V. 4. Ἡτοίμασαι.
7. Ἀκούσας δὲ etc.] καὶ ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος ὠργίσθη.
9. Ὅσους ἐάν. b.
13. Βάλετε εἰς.
16. Πρόσωπον ἀνθρώπου.
20. Καὶ ἐπιγραφή. b.
31. Ῥηθὲν ὑμῖν] ὑμῖν omittunt.
37. Εἶπεν αὐτῷ] ἔφη αὐτῷ.
39. Ὁμοία αὐτῇ] ὁμοία αὕτη. a.
46. Ἠδύνατο.

Cap. XXIII.

V. 3. Ὅσα ἐάν. b.
5. Πλατύνουσι γὰρ τὰ.
6. Ἐν τοῖς δείπνοις.
8. Γὰρ ὑμῶν ἐστιν.
10. Μὴ κληθῆτε a. Mox vterque, γάρ ἐστιν ὑμῶν.

Versus 14. legitur ante versum 13. Ergo versu. 14. non 13. post οὐαὶ reperitur δέ.

V. 15. Qui ex Chryſoſtomo argumentantur contra narrationem de adultera apud Ioannem, ii teneant, hic etiam Chryſoſtomum, poſt verſum 15. ſtatim transire ad verſum 23. Tom. VII. p. 708. B. C. Nec attingit vllo verbo hunc locum. Fortaſſe ideo ſilentio tranſiit, quod pugnare videbantur cum Matth. V.

18. Ὃς ἀν. b.

21. Κατοικοῦντι ἐν αὐτῷ. Interpres Latinus Origenis T. III. p. 841. D. qui habitat in ipſo. Sed ita accipi debet, confuſis per Hebraismum temporibus, etiamſi legatur κατοικήσαντι.

22. Οὐρανῷ] ναῷ. a.

23. Ταῦτα δὲ ἔδει. b. Mox vterque, τὴν δὲ κάμηλον.

25. Ἀκρασίας] ἀδικίας.

32. Ἐπληρώσατε. a.

36. Ὅτι ἦξε, et mox, πάντα ταῦτα.

37. Ἀποκτένουσα. a. ἀποκτένουσαι. b.

Cap. XXIV.

V. 1. Poſt ἱερεῦ legitur, ὡς θαυμασὰς, in quibus vocabulis proximum ſcholium terminatur. Puncti is ergo notantur, vt tollenda. b.

2. Ὧδε λίθος] λίθος ὧδε. a.
Ὃς οὐ μὴ] μὴ abeſt.

8. Ταῦτα δὲ πάντα. a.

9. Πάντων ἐθνῶν] ἐθνῶν abeſt.

17. Μὴ καταβάτω. Et mox, ἆραι τὰ ἐκ τῆς.

18. Τὸ ἱμάτιον.

20. Μηδὲ σαββάτω.

26. Ταμίοις. a.

30. Ἀνθρώπου μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. a.

31. Ἄκρων οὐρανοῦ. a.

32. Ἐκφυῇ.

33. Ταῦ-

V. 33. Ταῦτα πάντα.
34. Ταῦτα πάντα. a.
36. Καὶ ὥρας.
49. Τοὺς συνδούλους αὐτοῦ.
Ἐσθίει δὲ καὶ πίνῃ. a. ἐσθίῃ δὲ καὶ πίνῃ. b.

Cap. XXV.

V. 2. Καὶ αἱ πέντε] αἱ abeſt.
3. Λαμπάδας αὐτῶν.
15. Ἰδίαν] οἰκείαν. b.
21. Ἔφη δὲ αὐτῷ] δὲ abeſt.
27. Ἐλθὼν ἐγὼ] ἐγὼ omittit. a.
30. Ἐκβάλλετε] ἐκβάλετε. a. ἐμβάλετε. b.
44. Ἀποκριθήσονται αὐτῷ] αὐτῷ abeſt.

Cap. XXVI.

V. 4. Δόλῳ κρατήσωσι.
11. Τοὺς πτωχοὺς γὰρ πάντοτε ἔχετε.
17. Ἑτοιμάσομεν.
26. Τὸν ἄρτον] τὸν omittunt. Mox εὐχαριστήσας, loco εὐλογήσας.
28. Τοῦτο γάρ] γὰρ abeſt.
29. Γενήματος, vno ν.
33. Εἰ καὶ πάντες] καὶ abeſt. Mox, ἐγὼ δὲ οὐδέποτε. a.
35. Ἀπαρνήσωμαι. a.
Ὁμοίως δὲ καὶ πάντες.
37. Ἐκεῖ omittit. a.
38. Αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς.
48. Ὃν ἐάν. b.
50. Ἐπὶ τὸν ἰησοῦν.
52. Ἀπολοῦνται] ἀποθανοῦνται. Chryſoſtomi Codices, vt iam notaui ad hunc locum, in his duobus vocabulis variant. Ἀπολοῦνται exhibet etiam T. VIII. p. 491. B. Theophylactus in

textu et in interpretatione habet ἀποθανοῦνται. p. 167. A.

56. Οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ πάντες.

59. Θανατώσωσιν αὐτόν.

65. Nulla hic notatur varietas, ne ab eis quidem, qui ex Patribus lectiones variantes collegerunt. Sed tamen Cyrillus Tom. III. p. 496. A. habet περιέρρηξε τὴν ἐσθῆτα, et, λέγων· ἐβλασφήμησεν. Hanc Cyrilli animaduersionem catenarum fabri totam transtulerunt ad Act. XIV, 14. Vide Oecumen. Tom. I. p. 118. D.

67. Ἐράπισαν. a.

70. Ἔμπροσθεν αὐτῶν πάντων.

71. Τοῖς ἐκεῖ] αὐτοῖς· ἐκεῖ. vterque. Mox ναζαρηνοῦ. a.

74. Καταθεματίζειν.

75. Τοῦ Ἰησοῦ] τοῦ omittunt.

Cap. XXVII.

V. 6. Κορβανᾶν.

26. Φραγελώσας.

33. Γολγοθάν. Mox, ὅ ἐστι λεγόμενον.

35. Ἵνα πληρωθῇ ad ἐβαλον κλῆρον absunt.

41. Καὶ πρεσβυτέρων καὶ Φαρισαίων.

42. Πιστεύσομεν ἐπ' αὐτῷ. b. πιστεύσομεν ἐπ' αὐτῷ. a.

43. Νῦν omittunt.

44. Ὠνείδιζον αὐτόν.

46. Λιμὰ σαβακχθανί.

49. Εἶδωμεν. a.

In editione noui Testamenti iam notaui, Chrysostomum hic memorare Io. XIX, 34. Ita mox T. VII. p. 826. fin. pro Matthaei verbis explicat Luc. 23, 47. 48. Atque ita multoties aliorum infert euangelistarum verba. Hic autem eo minus miror, quod ista verba Ioannis legebantur olim in lectione ecclesiastica Matth. 27, 1 — 38. seqq.

seqq. Atque huius ecclesiasticae lectionis ipse Chrysostomus mentionem facit T. VII. p 818. C. Quod autem Montefalconius edidit ἤνειξεν, id est contra Codd. Mosquenses, qui habent ἔνυξεν. Ἔνυξε tamen ipse ex aliis Codd. notat.

53. Ἐξελθόντα.
54. Τὸν σεισμὸν καὶ omittunt.
59. Ἐνετύλιξεν αὐτῷ ἐν σινδόνι.
63. Ὁ πλάνος ἐκεῖνος.
64. Νυκτὸς abest. b.
65. Ἔφη δὲ αὐτοῖς] δὲ abest.

Cap. XXVIII.

V. 1. Θεωροῦσαι. b.
3. Αὐτοῦ λευκὸν] αὐτοῦ abest. a.
6. Ἠγέρθη γὰρ] γὰρ deest.
9. Ὁ ἰησοῦς] ὁ abest.
10. Κἀκεῖ] καὶ ἐκεῖ.
19. Πορευθέντες οὖν] οὖν omittunt.
20. Ἀμήν. abest.

Ad euangelium Marci.

Cap. I.

V. 5. Ἐξεπορεύοντο.
6. Δὲ ὁ ἰωάννης.
9. Ἦλθεν ὁ ἰησοῦς.
16. Τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τοῦ σίμωνος.
27. Συζητεῖν πρὸς ἑαυτούς.
29. Ἐξελθὼν ἦλθεν.
34. Ἤδεσαν αὐτόν.
35. Λίαν omittunt.
37. Σε ζητοῦσι.
38. Καὶ ἐκεῖ.

Cap. II.

V. 8. Οὕτως αὐτοὶ διαλογίζονται.
9. Ἀφέωνταί σου αἱ.
Versum 10. et 11. omittit a.
12. Ὅτι οὕτως οὐδέποτε.
14. Λευΐ. a.

Scribae infimi, vt ad hunc locum in editione noui Testamenti iam notaui, hunc locum corruperunt ex scholiis. Scholiastis autem imposuit Origenes. Is ergo contra Celsum Tom. I. p. 376. D. ita scribit: ἔσω δὲ καὶ ὁ λέβης τελώνης ἀκολουθήσας τῷ ἰησοῦ· ἀλλ' οὔτι γε τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἦν, εἰ μὴ κατά τινα τῶν ἀντιγράφων τοῦ κατὰ μάρκον εὐαγγελίου. Hic primo notandum, λέβης poni pro λευΐς. Nam de λεββαῖος seu λεβαῖος accipi nequit. Lebbaeus enim nullibi τελώνης appellatur, sed Leui. Iam quia Origenes dixerat, κατά τινα τῶν ἀντιγράφων τοῦ κατὰ μάρκον εὐαγγελίου, interpolatores inde colligebant, alicubi in euangelio Marci pro Leui aliter legi, ac nisi ita aliter legeretur, aliter corrigendum esse. Locus Origenis autem duobus Marci locis accommodari potest. Nam propter λέβης ὁ τελώνης ἀκολουθήσας referri potest ad Marc. II, 14. Propter additum autem, τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀποστόλων, trahi quoque possit ad Marc. III, 16—18. vbi est apostolorum catalogus. Probabile videbatur interpolatoribus, Origenem locutum esse de priori loco. Cum autem hic legeretur, τὸν τοῦ ἁλφαίου, infra autem Cap. 3, 18. idem additum reperirent Iacobi nomini, pro Leui corrigebant Iacobum. Nolo hic inquirere, quam fidem mereatur Origenes, cum ἀντίγραφά τινα memorat. Illud tantum moneo, eum, si primum locum respexit, parum attentum fuisse. Nec enim Marcus tantum narrat, Leuin accessisse Christo, sed Lucas etiam V, 27. seqq. fere

iisdem

iisdem verbis, quibus Marcus. Ad excusandum Origenem ergo nihil adferri potest, nisi, quod fortasse desperatissimus defensor eius dixerit, scilicet, Lucam quoque in libris omnibus Cap. V, v. 27. 28. bis corruptum, atque ibi etiam bis ἰάκωβον interponendum esse. Prior ergo Marci locus propter auctoritatem Lucae corrigi nequit. Videamus de posteriori Marci loco. Hic vero facillime corrumpi poterat, si scilicet III, 18. pro ματθαῖον aut ἰάκωβον [τὸν τοῦ ἁλφαίου] scriberetur λευΐν. Hoc vno modo constare poterat Origenis animaduersio. Hic autem, dum interpolatores metuunt auctoritatem Matthaei 10, 3. Luc. 6, 15. et Act. 1, 13. incidunt in Lucae laqueos, V, 27. 28. atque ipsi inuiti Origenem vel negligentiae, vel fraudis crimine irretiunt. Tale est mendacium. Ipsum se prodit. Origenis animaduersio, vt arbitror, tantum eo pertinebat, ne quis putaret Leuin quendam fuisse Apostolum. Id autem efficitur, si Leuis apud Marc. 2, 14. et Luc. 5, 27. pro diuersa persona habeatur, non pro Matthaeo Matth. 9, 9. Ἐκ περισσείας igitur Origenes, immemor Lucae, pro tempore, tanquam argumentum, addebat: κατά τινα τῶν ἀντιγράφων.

Quid autem efficitur, si hic Marc. II, 14. cum istis interpolatis Codicibus loco λευΐν legatur ἰάκωβον; Scilicet tunc tres portitores c) ac tres filios Alphaei

c) Atqui scholiastae ad hunc locum ne duos quidem nobis largiuntur portitores. Proponunt enim quaestionem hanc: Ἐρεῖ τις, ὅτι δύο ἦσαν ἐκ τῶν δώδεκα τελῶναι, ματθαῖος καὶ ἰάκωβος ὁ τοῦ ἁλφαίου, ὅπερ οὐκ ἔστιν. εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτός ἐστιν. Sed hoc prorsus stultum, nisi pro ἰάκωβος scribatur λευΐς. Si enim Matthaeus et Iacobus Alphaei est vna persona, Leuis autem nullus fuit Apostolus, vndecim tantum numerantur Apostoli. Hunc scholiastae locum ita etiam edidit Wetstenius ad h. l. sicuti nos ex quatuor Codicibus Mosqq. Photius apud Possinum ad h. l. liberalior est.

habebimus. Neceſſe ergo erit, vt aut de tribus perſonis tres euangeliſtae dixerint, aut Iacobus et Leui, aut Leui et Matthaeus pro vna perſona habeantur. In eandem ergo difficultatem reuoluimur. Adhuc enim tantum interrogatum eſt, vtrum Matthaeus et Leuis ſit eadem perſona, an duae? Nunc etiam quaerendum, vtrum Iacobus et Leui vna an duae ſint perſonae. Sed Leui ex decreto Origenis non fuit apoſtolus. Aut ergo nec Iacobus fuit apoſtolus, aut tres ferunrur portitores in euangelis, omnes filii Alphaei. Sed Origenes, vt ceterum locis aliis, ita hic quoque infatuauit ſcholiaſtas, quorum etiam ad hunc locum verba, quod diuerſorum auctorum interpretationes coniunxerunt, ita obſcura atque inter ſe repugnantia ſunt, vt nemo commodum eruere poſſit ſenſum. Scholia leguntur in mea noui Teſtamenti editione.

16. Hi-

eſt. Duos enim portitores inter duodecim numerat, Matthaeum et Iacobum. Vnde autem ei hoc innotuit? Sed totum ſcholium, vt editum eſt a Poſſino p. 50. abſurdum eſt. Vt autem hic omnino de Photio moneam. Ille quidem Photius, qui Bibliothecam ſcripſit, fuit, etſi multos habuit obtrectatores, vir copioſiſſimae doctrinae. Sed alter Photius, cuius in catenis longiſſima plerumque et ineptiſſima leguntur ſcholia, vel omnino nullus fuit, ac mentitus eſt nomen Photii, vel fuit monachus ignobilis et ineptiſſimus. Quibus non ad manus ſunt, ſicuti mihi, inedita multa iſtius Photii ſcholia, ii adeant Pſeudo-Oecumenium, ibique tot, quot ipſis placuerit, nomine Photii notata ſcholia legant. Profecto, vt praeuideo, meae accedent ſententiae. Omnia enim ex aliis hauſit, et aquam, et acetum, et vinum, ac flumine turbidae eloquentiae ſuae omnia ſentinae reddidit ſimillima. De Iacobo, quem portitorem facit Chryſoſtomus, vide infra notam 3. pag. 378. ad Matth. Forte Chryſoſtomus etiam Origenis animaduerſione deceptus eſt.

V. 16. Πίνῃ. a.
17. Εἰς μετάνοιαν. absunt.
18. Καὶ ἔρχονται ad νηστεύουσιν absunt. a.
19. Ὅσον χρόνον ad νηστεύειν. absunt. a.
23. Ἐν τοῖς σάββασι] ἐν abest. a.
26. Τοῦ ἀρχιερέως] τοῦ omittunt.
27. Καὶ ἔλεγεν] καὶ λέγει. a.

Cap. III.

V. 7. Ab καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων ad Ἰδουμαίας absunt. a.
12. Φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσι.
17. Τοῦ Ἰακώβου] αὐτοῦ. a.
27. Οὐ δύναται οὐδεὶς] οὐδεὶς δύναται. Αὐτοῦ διαρπάσῃ.
28. Ὅσας ἄν. Sed ὅσαις est error editionis Gregorii.
32. Καὶ οἱ ἀδελφοί σου καὶ αἱ ἀδελφαί σου.

Cap. IV.

V. 2. Καὶ ἐδίδασκεν ad πολλὰ absunt. a.
3. Τοῦ σπεῖραι.
4. Τοῦ οὐρανοῦ absunt.
8. Ter habent ἐν, loco ἕν.
9. Ἔλεγεν αὐτοῖς] αὐτοῖς abest.
18. Σπειρόμενοι οὗτοί εἰσιν] hoc posterius, οὗτοί εἰσιν, omittunt.
Ἀκούοντες] ἀκούσαντες.
20. Ter ἐν, loco ἕν.
21. Ἐπιτεθῇ] τεθῇ.
22. Ἐστί τι] τι omittunt.
24. Καὶ ἔλεγεν] καὶ λέγει. a.
27. Ἐγείρεται. a.
30. Παραβαλοῦμεν.
31. Κόκκῳ] κόκκον. b.
33. Πολλαῖς] abest. a.

38. Ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον. Hoc προσκεφάλαιον eripuit Marco et dedit Lucae Chryſoſt. VII. p. 333. D. Habet enim ita: καὶ ὁ μὲν ματθαῖος, ὅτι ἐκάθευδεν, εἶπεν ἁπλῶς· ὁ δὲ λουκᾶς, ὅτι ἐν προσκεφαλαίῳ φησίν. Vide Matth. 8, 24. Luc. 8, 23. Nos relinquamus Marco, vt alia, quae ei Chryſoſtomus et Origenes ſurripuerunt.

Cap. V.

V. 3. Μνημείοις] μνήμασι. Mox ἠδύνατο. a. αὐτὸν, ante ἠδύνατο. b.
11. Πρὸς τῷ ὄρει.
16. Καὶ διηγήσαντο] διηγήσαντο δέ.
18. Δαιμονισθεὶς] δαιμονιζόμενος.
19. Ἐπέτρεψε] πεποίηκε.
23. Ἐπιθῇς αὐτῇ] ἐπιθῇ αὐτῇ. b. ἐπιθῇ αὐτῷ. a.
26. Παρ' ἑαυτῆς] παρ' αὐτῇ.
40. Ἅπαντας] πάντας.
41. Ταλιθὰ κούμ. Chryſoſt. T. VIII. p. 139. B. Ταλιθᾶ, ἀνάστηθι. Elegans eſt lectio Cod. Cantabrig. ϛαββὶ θαβιτᾶ, quam Rabbi Scheker excogitauit.

Cap. VI.

V. 2. Ὅτι καὶ δυνάμεις] ὅτι abeſt.
3. Ἐσκανδαλίζοντο ἐπ' αὐτῷ.
9. Καὶ μὴ ἐνδύσησθε.
11. Ὅσοι ἐάν. a.
Ἢ γομόρροις] ἢ γομόροις. a. καὶ γομόροις, raſura ſublato altero ρ. b.
15. Ἢ ὡς] ἢ abeſt.
16. Ὁ ἡρώδης] ὁ omittunt.
17. Ἐν τῇ φυλακῇ] ἐν deeſt.
18. Γυναῖκα φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ.
20. Ἅγιον] ὅσιον. Mox ἀκούων, loco ἀκούσας.

22. Ὁ

V. 22. Ὃ ἐὰν θέλῃς] ἐὰν omittit. a.
27. Ἀποστείλας omittit. b.
29. Ἐν μνημείῳ.
30. Καὶ ὅσα] καὶ omittunt.
31. Καὶ ὑπάγοντες. Mox, εὐκαίρουν.
33. Ὑπάγοντας καὶ ἐπέγνωσαν αὐτοὺς πολλοί.
Ab καὶ πρεῖλθον ad συνῆλθον πρὸς αὐτὸν absunt. Omisit etiam Hentenius. Ergo nec hic videtur reperisse in suo Codice.
34. Ὁ ἰησοῦς εἶδεν.
37. Ἀγοράσομεν.
38. Ὑπάγετε καὶ] καὶ abest.
41. Εὐλόγησε] ἐμύησε. a.
44. Ὡσεὶ omittunt.
45. Βηθσαϊδά. b.
Ἀπολύσει.
49. Φάντασμα] φαντασίαν.
52. Αὐτῶν ἡ καρδία. a.
53. Γεννησαρέτ.

Cap. VII.

V. 2. Ἐσθίοντας ἄρτον.
4. Βαπτίσωνται] ῥαντίσωνται.
5. Οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι. a.
12. Bis in eodem versu abest αὐτοῦ.
19. Καθαρίζων. a.
24. Εἰς τὴν οἰκίαν] τὴν omittunt.
26. Σύρα Φοινίκισσα. Mox, ἐκβάλῃ.
32. Μογγιλάλον. Sic, binis γγ.

Cap. VIII.

V. 2. Ἡμέραι. a.
3. Νῆστις. b.
6. Ἄρτους καὶ εὐχαριστήσας.
7. Παραθῆναι. et vers. 9. ἀπέλυσαν. a.

V. 12. A vocabulis ἀμὴν λέγω ad verſ. 34. μαθηταῖς αὐτοῦ, εἶπεν, exciderunt cum interpretatione. b.

13. Εἰς πλοῖον. a.

19. Ὅτε τοὺς ἄρτους ἔκλασα τοὺς πέντε. a.

21. Καὶ ἔλεγεν] καὶ λέγει. a.

22. Βηθσαϊδά. a.

24. Ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας. a.

25. Ἐνέβλεψε] ἔβλεπε. a.

31. Καὶ τῶν ἀρχιερέων. Mox, καὶ τῶν γραμματέων.

34. Ὅστις θέλει. a.

35. Ἀπολέσει τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.

Cap. IX.

V. 2. Τὸν, ante Ἰάκωβον et Ἰωάννην, omittunt.

3. Ἐγένοντο. a. Mox κναφεύς. a.

6. Τί λαλήσει. Chryſoſtomus T. VII. p. 569. B. Ὁ μὲν Μάρκος, ὅτι οὐ γὰρ ᾔδει, τί λαλήσει, ἔκφοβοι (notatur etiam, ἔμφοβοι) γὰρ ἐγένοντο· ὁ δὲ Λουκᾶς μετὰ τὸ εἰπεῖν, τρεῖς σκηνὰς ποιήσωμεν, ἐπήγαγε· μὴ εἰδὼς, ὃ λέγει. Luc. 9, 33.

9. Διηγήσονται. a. Mox, εἰ μὴ ὅτε vterque.

20. Ἰδὲν αὐτόν. b.

23. Πιστεῦσαι] abeſt. a.

24. Πιστεύω — ἀπιστία. Haec nominatim Lucae tribuit Chryſoſt. T. VIII. p. 204. C. vbi tamen non reperiuntur.

34. Διελέχθησαν] διελογίζοντο a non nullis notatur. Vnde? Ex Chryſoſt. T. VII. p. 587. B. εἰ δὲ ὁ Μάρκος φησὶν, ὅτι οὐκ ἠρώτησαν, ἀλλ' ἐν ἑαυτοῖς διελογίζοντο. Vulgarum etiam nominatim Marco tribuit Orig. T. III. p. 596. C.

35. Ἔσω πάντων.
Πάντων διάκονος] πάντων δοῦλος.

38. Ὁ

V. 38. Ὁ ἰωάννης] ὁ omittunt.
Ἐν τῷ ὀνόματι] ἐν abeſt. b.
40. Καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν.
41. Ποτίσει. a. Mox τῷ omittit. b.
Τὸν μισθὸν αὐτοῦ] αὐτοῦ abeſt. a.
42. Καὶ ὃς ἂν] ἂν omittit. a. Καὶ ὃς ἐάν. b.
43. Εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον omittunt.
47. Ὁ ὀφθαλμὸς] ὁ abeſt. a. Mox habet, ἔκβαλον αὐτόν. b.
48. Σκώληξ αὐτῶν] αὐτῶν deeſt. b.
50. Εἰρηνέυετε] εἰρηνεύσατε.

Cap. X.

V. 2. Οἱ Φαρισαῖοι] οἱ omittunt.
Ἐπηρώτησαν] ἐπηρώτων. a.
12. Ἀπολύσει. a.
14. Καὶ μὴ] καὶ abeſt.
16. Εὐλόγει.
19. Μὴ φονεύσῃς, μὴ μοιχεύσῃς.
21. Τοῖς πτωχοῖς] τοῖς omittunt.
24. Ἐπὶ χρήμασιν.
25. Διελθεῖν] εἰσελθεῖν.
27. Παρὰ τῷ θεῷ prius] τῷ abeſt.
28. Καὶ ἤρξατο] καὶ abeſt.
29. Ἀποκριθεὶς δὲ] deeſt δέ. b.
Καὶ ἕνεκεν τοῦ εὐαγγελίου.
31. Καὶ ἔσχατοι.
33. Καὶ γραμματεῦσι.
39. Ὁ δὲ ἰησοῦς] ἰησοῦς omittunt.
40. Εὐωνύμων μου] μου abeſt.
43. Ὑμῶν διάκονος.
44 Καὶ ὃς ἐάν.
46. Ὄχλου ὄντος ἱκανοῦ. Mox, βαρτιμαῖος.
47. Δαυὶδ hoc loco totidem litteris habet. b.
51. Ῥαββουνί.
52. Ἠκολούθησε.

Cap. XI.

Cap. XI.

V. 1. Βηθσφαγή.
3. Ἀποξέλλει.
4. Τὸν πῶλον] τὸν abeſt.
7. Ἐπέβαλλον. b.
23. ἀλλὰ πιστευη. a.
24. Αἰτῆσθε.
29. Καὶ ἐγώ.
31. Διατί οὖν] οὖν abeſt. a.
32. Ἀλλ' εἴπωμεν.
33. Hunc verſum bis deinceps habet atque eandem etiam interpretationem. b.

Cap. XII.

V. 1. Καὶ ᾠκοδόμησε πύργον] haec deleta ſunt. In raſura adhuc apparet, καὶ περιέθηκε φραγμόν. a.
2. Ἀποξέλλει. a.
3. Ἔδηραν. a.
5. Δέροντες] ἔδειραν. b. ἔδηραν. a.
Ἀποκτείνοντες] ἀπέκτειναν.
20. Ἕπτὰ οὖν] οὖν omittunt.
21. Καὶ ὁ δεύτερος ad σπέρμα abſunt. a.
23. Ἐν τῇ οὖν] οὖν abeſt. b. Mox idem, εἶχον αὐτήν.
25. Γαμίσκονται] ἐκγαμίσκονται.
26. Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραάμ.
27. Θεὸς ζώντων] Θεὸς abeſt.
28. Πρώτη πάντων. Mox, verſ. 29. ὅτι πρώτη πάντων ἐντολή. Statim, ὁ Θεὸς ὑμῶν. Ita vterque.
31. Ὁμοία αὐτῇ.
32. Εἶπας] εἶπες.
33. Καὶ θυσιῶν.
35. Ἐστιν υἱὸς τοῦ Δαυίδ. a.

36. Ἐν

V. 36. Ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Mox, λέγει ὁ κύριος.
37. Ὁ πολὺς] ὁ abeſt. a.
43. Πλεῖον πάντων] πλεῖον τούτων. b.

Cap. XIII.

V. 2. Καὶ ὁ ἰησοῦς] ὁ δὲ ἰησοῦς.
4. Ταῦτα πάντα.
7. Θροῆσθε.
11. Τί λαλήσετε.
14. Ἐξὼς ἐν τόπῳ, ὅπου οὐ θεῖ. a.
21. Μὴ πιστεύετε.
23. Ὑμῖν ἅπαντα. b.
28. Ἐκφυῇ.
30. Ταῦτα πάντα.
31. Παρελεύσεται. b.
32. Καὶ τῆς ὥρας] ἢ ὥρας.
33. Γὰρ, ante ποτε, abeſt.

Cap. XIV.

V. 1. Ἐζήτησαν. b. Mox idem verſ. 2. μήτε, pro μήποτε.
3. Τὸν ἀλάβαστρον. b. Dicitur ὁ et τὸ, vt conſtat ex Ariſtophane. Monuit hac de re Euſtath. ad Iliad. γ. p. 946. verſ. 53. edit. Rom.
5. Τοῖς πτωχοῖς] τοῖς abeſt. a.
6. Εἰς ἐμὲ] ἐν ἐμοί. b.
8. Ὃ εἶχεν] ὃ ἔσχεν. Mox, τὸ σῶμά μου.
9. Ἀμὴν δὲ λέγω. Mox, ὅπου ἐάν.
10. Ὁ, ante ἰούδας, omittunt.
12. Ἑτοιμάσομεν.
15. Ἀνώγεων. Mox omittunt ἕτοιμον.
17. Ab initio huius verſus ad Cap. 14. verſum 54. πρὸς τὸ φῶς exciderunt cum interpretatione. b.
19. Εἷς παρείς. a.
22. Καὶ εὐλογήσας. a.

23. Τὸ

V. 23. Τὸ, ante ποτήριον, abeſt. a.
25. Ἀμὴν δὲ λέγω. a. Mox idem, γενήματος.
27. Obiter nunc noto defectum, quem notaui in editione noui Teſtamenti, ita etiam potuiſſe accidere. Scriptum erat:
Ὅτι πάντες σκανδαλισθήσεσθε
Ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ.
Ὅτι γέγραπται etc.
Saltus ergo fiebat. Omiſſa certe in multis Codicibus verſum efficiunt. Alii deinde rurſus addiderunt, ἐν ἐμοί.
30. Ὅτι σὺ σήμερον. a.
32. Ἕως προσεύξομαι. a.
33. Τὸν, ante πέτρον et ἀκκωβον, omittit. a.
34. Καὶ λέγειν. a.
35. Καὶ προσελθών. a.
38. Πνεῦμα abeſt. a.
40. Εὗρεν αὐτοὺς πάλιν αὐτοὺς καθεύδοντας. a.
41. Τὸ, ante λοιπὸν, omittit. a.
45. Λέγει αὐτῷ. Ergo bis αὐτῷ. a.
51. Ἠκολούθησεν. a.
56. Poſt κατ' αὐτοῦ addit: λέγοντες, Ὅτι ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέγοντος. a. Mox idem, αὐτῶν οὐκ ἦσαν.
58. Ὅτι ἠκούσαμεν αὐτοῦ. Vterque. A verſu 55. enim incipit b.
60. Εἰς μέσον.
65. Ἔβαλον, altero λ. ſupra ſcripto. a.
68. Ἐξῆλθεν ἔξω] ἔξω abeſt.
72. Τὸ ῥῆμα, ὃ εἶπεν.

Cap. XV.

V. 15. Τὸν βαραββᾶν omittit. a.
17. Αὐτὸν πλέξαντες στέφανον ἀκάνθινον. a.
18. Χαῖρε ὁ βασιλεύς.
20. Καὶ ἄγουσιν αὐτόν.

22. Ἐπὶ

V. 22. Ἐπὶ γολγοθάν.
24. Διαμερίζονται.
28. Hunc totum versum omittunt.
30. Καὶ κατάβηθι.
31. Δὲ, post ὁμοίως, omittunt.
34. Λιμὰ σαβαχθανί.
Prius μου, post θεὸς, abest.
40. Ἦν καὶ μαρία] καὶ abest.
42. Προσάββατον] πρὸς σάββατον. a.
46. Ἐνείλησε] ἐνείλισε. Sed in hoc nec grammatica constat ratio. Istud Thucyd. Polyb. Heliodor. Synes. et alii habent.
Ἐπὶ τῇ θύρᾳ. a.
47. Μαρία ἡ τοῦ ἰωσῆ.

Cap. XVI.

V. 1. Ἡ ἰακώβου.
Ἀλείψωσι τὸν ἰησοῦν.
6. Ἐκθαμβῆσθε.
7. Τῷ πέτρῳ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. a.
8. Ταχὺ abest.
9. Πρώτῃ σαββάτων. De vltima huius euangelii parte copiose egi in mea N. Test. editione ad Marcum pag. 266. seqq. Nunc tantum addo, laudari etiam ab Nestorio contra Orthodoxos versum 20. hoc modo: ἐξελθόντες γάρ, φησι, διεκήρυσσον τὸν λόγον πανταχοῦ, τοῦ κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος, διὰ τῶν ἐπακολουθησάντων σημείων. Vide Cyrill. contra Nestorium Tom. VI. p. 46. B. Cyrillus autem ibidem D eandem sententiam suis verbis ita repetit: τῇ δὲ παρ' αὐτοῦ δυναστείᾳ χρώμενοι, διεκηρύττοντο καὶ εἰργάζοντο τὰς θεοσημείας οἱ θεσπέσιοι μαθηταί.

V. 11. Hic totus versus abest.
13. Οὐδὲ ἐν ἐκείνοις ἐπίστευσαν. a.
14. Ὕστερον δὲ ἀνακειμένοις. a.
18. Αὐτοὺς βλάψῃ.

Ad euangelium Lucae.

Cap. I.

V. 1. Ἐν ἡμῖν] ἐν abest. a.
10. Ἦν τοῦ λαοῦ.
15. Τοῦ κυρίου] τοῦ abest.
17. Ἐν δυνάμει ἠλιοῦ. Forma scilicet Hebraica, pro qua apud LXX. etiam est ἐλιού.
22. Αὐτοῖς λαλῆσαι. b.
28. Μετὰ σοῦ. Nam κατὰ σοῦ est vitium edit. Gregor.
32. Οὗτος γὰρ ἦσαι. b.
33. Ἐπὶ τον οἶκον] εἶκεν abest. a. in margine habet. b.
36. Ἐν γήρει αὐτῆς. Ita Ps. 91, 15. et alibi.
37. Παρὰ τῷ θεῷ] παρὰ omittunt.
42. Μεγάλη ἡ ἐλισάβετ καὶ εἶπεν. a.
44. Ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν ἀγαλλιάσει.
50. Εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.
55. Τῷ ἀβραάμ. Constanter, vt monui.
80. Ἐν τοῖς ἐρήμοις. a.

Cap. II.

V. 12. Ἐν φάτνῃ.
20. Ὑπέστρεψαν.
21. Τὸ παιδίον] αὐτόν. b. Mox, αὐτὸ ἐν τῇ κοιλίᾳ. a.
22. Μωϋσέως.
25. Πνεῦμα ἦν ἅγιον.

28. Ἐδέ-

V. 28. Ἐδέξατο αὐτόν. a.
37. Καὶ αὐτὴ χήρα. Solus Alter, quod miror, in Codicibus Vindobonenſibus ita inuenit.
40. Ἦν ἐπ᾽ αὐτῷ.
46. Καὶ ἀκούοντα] καὶ abeſt.

Cap. III.

V. 1. Ἰτουραίας. a. Mox, ἀβιληνῆς. Vterque.
2. Ἐπ᾽ ἀρχιερέως.
Τὸν ζαχαρίου. b.
10. Ἐπηρώτησαν. a.
18. Εὐηγγελίζετο τῷ λαῷ.
19. Φιλίππου omittunt.
22. Ἐν σοὶ] ἐν ᾧ. a.
23. Ἡλεί.
24. Ματθὰτ] ματθάν.
25. Ἀμὼς] ἀμμώς. b. Continuo idem, ναούμ.
26. Μαάθ] ναάθ. Mox σεμεεί. Item ἰώδα.
27. Ἰωαννᾶν.
29. Ματθὰτ] ματθάν. b.
30. Ἰωνὰν] ἰωαννάν. b.
31. Ναθὰν] νάθαν.
34. Θαρρά.
35. Ζαρούχ] σερούχ.
Ἐβὴρ] ἔβερ.
Σαλὰ] σαλάν. b.

Cap. IV.

V. 2. Ἔφαγεν οὐδὲν] οὐδὲν abeſt a.
4. Ὁ, ante ἰησοῦς, omittunt.
17. Λέγει αὐτῷ — πρόβατά μου omittunt.
21. Τῷ ἰησοῦ abeſt. a.
25. Ἄλλα πολλὰ] πολλὰ omittit. a.
Ἀμὴν omittunt.

Roberti Holmes

Theologiae Doctoris et Profeſſoris in Academia Oxonienſi Viri Celeberrimi

Breuis notitia

Duorum Codicum Euthymii, qui Oxonii inter Baroccianos Codd. ſeruantur, ex eius ad me litteris Sept. V. 1791. datis.

I. Chartaceus,*) in 4to. foliis 269, continuate ſine columnis ſcriptus, cum lineis circiter 33. in quaque pagina. Character eſt minutiſſimus, et in quibusdam locis ſcriptio periit. Continet Commentarium in quatuor Euangelia. Ad finem Commentarii in Iohannem deſunt aliqua. Singulis Euangeliis praeponitur Elenchus κεφαλαίων. Auctorum citatorum nomina margini non ſunt adſcripta.

*) De hoc expoſuit Millius in Prolegg. ad N. T. §. 1073. 1462.

II. Membranaceus,*) in 12mo. scriptus continuate characlere valde minuto. Habet in margine ad latus, infra, supra, commentarium scriptum characlere incredibiliter minuto. Scripsit Vir quidam Doctus in fine Codicis haec: „Incipit Cod. hic Act. I. Omnia ab initio ad comma 13. capitis XI. recenti ac pessima manu descripta habet." Actus Apostolorum excipiunt epistolae Iacobi, Petr. I. II. Ioh. I. II. III. Iudae, Pauli ad Rom. Cor. I. II. Galat. Ephes. Philipp. etc. Desunt tria vltima capita Apocalypseos.

*) De hoc idem dixit ibid. §. 1433. et Wetstenius in Prolegg. ad N. T. Tom. II. pag. 13. num. 28.

In principio huius voluminis haec deinceps leguntur.

1) Praefatio editoris. In ea exponitur a) de Euthymii commentario in quatuor euangelia. p. 1. b) de Codicibus Mosquensibus Panopliae dogmaticae. p. 9. c) de Codicibus Mosquensibus commentarii in Psalmos. p. 25. d) de aliis Euthymiis, quorum fit mentio in Codicibus Mosqq. p. 36.

2) Richardi Simonii, Summi Viri, iudicium et relatio de commentario Euthymii Zigabeni ac de duobus eius Codicibus regiis Parisinis. p. 38.

3) Fabricii, Labbei, Ernesti et Noesseltii, Summorum Virorum, iudicia de eodem commentario. p. 56.

4) Ioannis Hentenii, Doctissimi Viri, epistola dedicatoria. p. 36.

5) Eiusdem admonitio ad lectorem. p. 74.

6) Eiusdem praefatio. p. 76.

7) Eiusdem de locis quibusdam euangeliorum, in quibus dissentit Hispanienſis Codex Euthymii ab editis. p. 91.

8) Eiusdem de phrasibus Hebraicis in quatuor euangeliis. p. 118.

9) Ioannis Millii examen Codicis Euthymii Barocciani. p. 122.

10) Variantes lectiones Codicum Mosquenſium Euthymii ad quatuor euangelia. p. 132. ſeqq.

11) Notitia duorum Codd. Oxonienſium Euthymii p. 205.

Poſt euangelium Ioannis haec leguntur.

a) Ioannis Hentenii animaduerſiones ad commentarium Euthymii. p. 670.

b) Editoris emendationes verſionis Latinae. p. 681.

c) Index locorum litterarum ſacrarum ab Euthymio extra ordinem laudatorum. p. 716.

ΤΟ

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

CAPITA
EVANGELII MATTHAEI.

1. De Magis.
2. De pueris interfectis.
3. Primus Ioannes praedicauit regnum coelorum.
4. De doctrina Christi.
5. De beatitudinibus.
6. De leproso.
7. De centurione.
8. De socru Petri.
9. De his, qui curati sunt a variis morbis.
10. De eo, cui non permisit, vt sequereꝛur.
11. De increpatione aquarum.
12. De duobus daemoniacis.
13. De paralytico.
14. De Matthaeo publicano.
15. De filia Archisynagogi.
16. De muliere sanguinis profluuio laborante.
17. De duobus caecis.
18. De daemoniaco muto.
19. De Apostolorum electione.
20. De discipulis a Ioanne missis.
21. De eo, qui manum habebat aridam.

22. De

1) Hanc capitum descriptionem per totum opus sequitur ac saepius laudat Euthymius.

2) In his Mρ. Marcum: Λευ. Lucam: Ιω. Ioannem notat, qui eadem narrant. Adiecti autem numeri Graeci respiciunt ad hanc diuisionem capitum, quae singulis Euangelistis in principio est addita.

ΤΟΥ
ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ
ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

α. περὶ τῶν μάγων. (In editionibus vulgatis Cap. II, v. 1.)
β. περὶ τῶν ἀναιρεθέντων παίδων. (II, 16.)
γ. πρῶτος ἰωάννης ἐκήρυξε βασιλείαν οὐρανῶν. (III, 1.)
δ. περὶ τῆς διδασκαλίας τοῦ σωτῆρος. (IV, 17.)
ε. περὶ τῶν μακαρισμῶν. (V, 1.) Λου. [2] ις.
ς. περὶ τοῦ λεπροῦ. (VIII, 1.) Μρ. δ. Λου. ιβ.
ζ. περὶ τοῦ ἑκατοντάρχου. (VIII, 5.) Ιω. ς.
η. περὶ τῆς πενθερᾶς πέτρ. (VIII, 14.) Μρ. β. Λου. θ.
θ. περὶ τῶν ἰαθέντων ἀπὸ ποικίλων νόσων. (VIII, 16.) Μρ. γ. Λου. ι.
ι. περὶ τοῦ μὴ ἐπιτρεπομένου ἀπολουθεῖν. (VIII, 19.) Λου. λγ.
ια. περὶ πῆς ἐπιτιμήσεως τῶν ὑδάτων. (VIII, 23.) Μρ. ι. Λου. κγ.
ιβ. περὶ τῶν δύο δαιμονιζομένων. (VIII, 28.) Μρ. ια. Λου. κδ.
ιγ. περὶ τοῦ παραλυτικοῦ. (IX, 2.) Μρ. ε. Λου. ιγ. Ιω. ζ.
ιδ. περὶ ματθαίου τοῦ τελώνου. (IX, 9.) Μρ. ς. Λου. ιδ.
ιε. περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου. (IX, 28.) Μρ. ιβ. Λου. κε.
ις. περὶ τῆς αἱμορῤῥούσης. (IX, 20.) Μρ. ιγ. Λου. κς.
ιζ. περὶ τῶν δύο τυφλῶν. (IX, 27.)
ιη. περὶ τοῦ δαιμονιζομένου κωφοῦ. (IX, 32.)
ιθ. περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς. (X, 1.) Μρ. η. καὶ ιδ. Λου. ις. καὶ κζ.
κ. περὶ τῶν ἀποσταλέντων παρὰ ἰωάννε. (X[1], 2.) Λου. κ.
κα. περὶ τοῦ ξηρὰν ἔχοντος τὴν χεῖρα. (XII, 10.) Μρ. ζ. Λου. ις.

22. De daemoniaco caeco et muto.
23. De requirentibus signum.
24. De parabolis.
25. De Herode Tetrarcha, qui Ioannem interemit.
26. De quinque panibus.
27. De ambulatione Christi super mare.
28. De transgressione praecepti dei.
29. De Phoenicissa seu Cananaea.
30. De turbis sanatis.
31. De septem panibus.
32. De fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum.
33. De interrogatione apud Caesaream.
34. De transformatione Christi.
35. De lunatico.
36. De exigentibus didrachma.
37. De dicentibus, quis maior.
38. De centum ouibus.
39. De eo, qui debebat decem millia talentorum.
40. De interrogatione, an liceret diuortium facere cum vxore.
41. De diuite interrogante Iesum.
42. De mercede conductis operariis.
43. De filiis Zebedaei.
44. De duobus caecis.
45. De asina et pullo.
46. De caecis et claudis.
47. De ficu, quae exaruit.
48. De principibus sacerdotum et senioribus dominum interrogantibus.
49. De duobus filiis parabola.
50. De vinea parabola.

κβ. περὶ τοῦ δαιμονιζομένου τυφλοῦ καὶ κωφοῦ. (XII, 22.) Λουκ. λθ.
κγ. περὶ τῶν αὐτούντων σημεῖον. (XII, 38.) Λουκ. μα.
κδ. περὶ τῶν παραβολῶν. (XIII, 2.) Μρ. θ. Λουκ. κβ. καὶ μθ.
κε. περὶ Ἰωάννου καὶ Ἡρώδου. (XIV, 1.) Μρ. ιε.
κς. περὶ τῶν πέντε ἄρτων. (XIV, 15.) Μρ. ις. Λουκ. ιη. Ἰω. η.
κζ. περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου. (XIV, 22.) Μρ. ιζ. Ἰω. θ.
κη. περὶ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς τοῦ θεοῦ. (XV, 1.) Μρ. ιη.
κθ. περὶ τῆς χαναναίας. (XV, 21.) Μρ. ιθ.
λ. περὶ τῶν θεραπευθέντων ὄχλων. (XV, 30.)
λα. περὶ τῶν ἑπτὰ ἄρτων. (XV, 32.) Μρ. κα.
λβ. περὶ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων. (XVI, 5.) Μρ. κβ. Λουκ. μδ.
λγ. περὶ τῆς ἐν καισαρείᾳ ἐπερωτήσεως. (XVI, 13.) Μρ. κδ. Λουκ. κθ.
λδ. περὶ τῆς μεταμορφώσεως τοῦ χριστοῦ. (XVII, 1.) Μρ. κε. Λουκ. λ.
λε. περὶ τοῦ σεληνιαζομένου. (XVII, 14.) Μρ. κς. Λουκ. λα.
λς. περὶ τῶν αὐτούντων τὰ δίδραχμα. (XVII, 24.)
λζ. περὶ τῶν λεγόντων, τίς μείζων. (XVIII, 1.) Μρ. κζ. Λουκ. λβ.
λη. περὶ τῶν ἑκατὸν πρόβατων. (XVIII, 12.)
λθ. περὶ τῶ ὀφείλοντος τὰ μύρια τάλαντα. (XVIII, 23.)
μ. περὶ τῶν ἐπερωτησάντων, εἰ ἔξεστιν ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα. (XIX, 3.) Μρ. κη.
μα. περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν ἰησοῦν πλουσίου. (XIX, 16.) Μρ. κθ. Λουκ. ξγ.
μβ. περὶ τῶν μισθουμένων ἐργατῶν. (XX, 1.)
μγ. περὶ τῶν υἱῶν ζεβεδαίου. (XX, 20.) Μρ. λ.
μδ. περὶ τῶν δύο τυφλῶν. (XX, 29.) Μρ. λα. Λουκ. ξδ.
με. περὶ τῆς ὄνου καὶ τοῦ πώλου. (XXI, 1.) Μρ. λβ. Λουκ. ξη. Ἰω. ιδ.
μς. περὶ τῶν τυφλῶν καὶ χωλῶν. (XXI, 14.)
μζ. περὶ τῆς ξηρανθείσης συκῆς. (XXI, 18.) Μρ. λγ.
μη. περὶ τῶν ἐπερωτησάντων τὸν κύριον ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων. (XXI, 23.) Μρ. λε. Λουκ. ξθ.
μθ. περὶ τῶν δύο υἱῶν παραβολή. (XXI, 28.)
ν. περὶ τοῦ ἀμπελῶνος παραβολή. (XXI, 33.) Μρ. λς. Λουκ. ϛ.

51. De vocatis ad nuptias.
52. De quaerentibus occasione census.
53. De Sadducaeis.
54. De legisdoctore.
55. De interrogatione ad Pharisaeos.
56. De deploratione scribarum et Pharisaeorum.
57. De consummatione.
58. De die et hora.
59. De decem virginibus.
60. De talentis.
61. De aduentu Christi.
62. De ea, quae vnxit dominum vnguento.
63. Interrogatio de praeparatione Paschae.
64. De caena mystica.
65. De traditione Iesu.
66. De negatione Petri.
67. De Iudae poenitentia.
68. De petitione corporis domini.

να. περὶ τῶν καλουμένων εἰς τὸν γάμον. (XXII, 1.) Λου. ϛδ.

νβ. περὶ τοῦ κήνσου. (XXII, 15.) Μρ. κϛ. Λου. οα.

νγ. περὶ τῶν σαδδουκαίων. (XX, 23.) Μρ. λη. Λου. οβ.

νδ. περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος νομικοῦ. (XXII, 34.) Μρ. λϑ. Λου. λε.

νε. περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐπερωτήσεως πρὸς τοὺς Φαρισαίους. (XXII, 41.) Μρ. μ. Λου. οϛ.

νϛ. περὶ τοῦ τελωνισμοῦ τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων. (XXIII, 13.) Λου. μϛ.

νζ. περὶ τῆς συντελείας. (XXIV, 3.) Μρ. μβ. Λου. οε.

νη. περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας. (XXIV, 36.) Μρ. μϛ.

νϑ. περὶ τῶν δέκα παρϑένων. (XXV, 1.)

ξ. περὶ τῶν τὰ τάλαντα λαβόντων. (XXV, 14.)

ξα. περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ χρισοῦ. (XXV, 31.)

ξβ. περὶ τῆς ἀλειψάσης τὸν κύριον μύρῳ. (XXVI, 6.) Μρ. μδ. Λου. κα. Ἰω. ιβ.

ξγ. περὶ τῆς ἑτοιμασίας τοῦ πάσχα. (XXVI, 17.) Μρ. με. Λου. οϛ.

ξδ. περὶ δείπνου μυστικοῦ. (XXVI, 26.) Μρ. μϛ. Λου. οϛ.

ξε. περὶ τῆς παραδόσεως τοῦ ἰησοῦ. (XXVI, 46.) Μρ. μϛ.

ξϛ. περὶ τῆς ἀρνήσεως τοῦ πέτρου. (XXVI, 69.) Μρ. μζ. Λου. οη.

ξζ. περὶ τῆς ἰούδα μεταμελείας. (XXVII, 3.)

ξη. περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ σώματος τοῦ ἰησοῦ. (XXVII, 57.) Μρ. μη. Λου. πβ. Ἰω. ιη.

Euangelii secundum Matthaeum enarratio diligenter ab Euthymio collecta, qui maxime quidem ex interpretatione sancti Patris nostri Ioannis Chrysostomi, praeterea et e diuersis aliis Patribus quaedam in medium attulit, et hanc explanationem in vnum collegit.

Primum quidem res fuisset maxime commoda, si literarum nobis non esset opus auxilio, sed talem viueremus vitam, vt corda nostra vice librorum nobis essent: et quemadmodum hi atramento, ita illa spiritu inscriberentur. Verum quia iam hanc repulimus gratiam, vtinam vel secundum amplexi fuissemus remedium, et literis ad id, quod opus erat, vsi fuissemus. His namque, qui sub veteri fuere testamento, puta Noë, Abraham, eiusque posteris, ipsi praeterea Iob ac Mosi, non per literas, sed per seipsum loquutus est Deus, nempe qui mentes eorum puras reperit. Postquam autem in ipsum vitiorum barathrum cecidit vniuersus Hebraeorum populus, tum eis tabulae ac literae reliquae fuerunt, vt per has praeteritorum occurreret memoriae. Similiter autem et his, qui sub nouo fuere testamento, quisque

Ἑρμηνεία τοῦ κατὰ ματθαῖον εὐαγγελίου, φιλοπόνως ἐρανισθεῖσα, μάλισα μὲν ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου, ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ διαφόρων ἄλλων πατέρων, συνεισενεγκόντος τινὰ καὶ τοῦ ταύτην ἐρανισαμένου. ἀμήν.[1])

Πρῶτον μὲν ἀγαθὸν ἦν, μὴ δεῖσθαι ἡμᾶς τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας, ἀλλ' οὕτω παρεῖχεθαι βίον καθαρὸν, ὥστε τὰς ἡμετέρας καρδίας ἀντὶ βιβλίων γίνεσθαι, καὶ καθάπερ ταῦτα διὰ μέλανος, οὕτω ταύτας διὰ πνεύματος ἐγγεγράφθαι. ἐπεὶ δὲ ταύτην διεκρουσάμεθα τὴν χάριν, φέρε, κἂν τὸν δεύτερον ἀσπασώμεθα πλοῦν, καὶ τοῖς γράμμασιν εἰς δέον χρησώμεθα. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐν τῇ παλαιᾷ, τῷ νῶε καὶ τῷ ἀβραὰμ καὶ τοῖς ἐγγόνοις τοῖς ἐνείνου, καὶ τῷ ἰωβ, καὶ τῷ μωϋσῇ, οὐ διὰ γραμμάτων ὁ θεὸς, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ διελέγετο, καθιερὰν εὑρίσκων αὐτῶν τὴν διάνοιαν. ἐπεὶ δὲ εἰς αὐτὸν τὸν τῆς κακίας ἐνέπεσε πυθμένα πᾶς ὁ τῶν ἑβραίων δῆμος τότε λοιπὸν πλάκες, καὶ γράμματα, καὶ ἡ διὰ τούτων ὑπόμνησις. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν τῇ καινῇ

1) Loco huius indicis in Codice B. est spacium vacuum.

que videre poterit idem accidisse. Neque enim Apostolis tradidit Deus quicquam scriptum, sed literarum loco, spiritus sancti gratiam se eis daturum repromisit, *Ille*, inquit, vobis *suggeret omnia*. Vt autem discas longe id melius fuisse, audi, quid per Prophetam dicat: *Statuam eis testamentum nouum, dans leges meas in mentem eorum, et in corde scribam eas, eruntque omnes edocti a Deo*. Ipse quoque Paulus hanc indicans excellentiam, dicit acceptam esse legem non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. Vbi vero temporis progressu naufragium fecerunt: quidam sane dogmatum causa, alii vero vita ac moribus: rursum memoria opus fuit, quae a literis subministrari solet. Cogita ergo quantum fuerit malum, qui adeo pure viuere debuerimus, vt literis non indigeremus, sed pro libris praeberemus corda spiritui; postquam honorem illum perdidimus, ac nos ipsos in hanc constituimus necessitatem, vt ne altero quidem vtamur pharmaco, sed quasi frustra ac in vanum iacentes despiciamus literas. Id ergo ne fiat, age sane, his quae scripta sunt animum aduertamus, ac diligentius cuiusque vires scrutemur, vt et rectorum dogmatum diuitias, tanquam thesaurum, effodere liceat, et sanctae conuersationis exempla colligere.

Quam ob causam obsecro, quum duodecim fuerint Apostoli, soli ex eis duo, Matthaeus videlicet et Ioannes, Euangelia conscripsere? Siquidem reliqui duo, discipuli potius ac sectatores erant: Marcus quidem Petri, Lucas vero Pauli. Id ea causa actum est, quia nihil gloriae causa

[2]) ὅτι πολὺ τοῦτο ἄμεινον, omisso ἦν. A. Sed illo modo habet Chrysostom. Tom. VII. p. 2. edit. Montefalconii.

καινῇ τοῦτο συμβὰν ἴδοι τις ἄν. οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀποστόλοις ἔδωκέ τι γραπτὸν ὁ Θεὸς· ἀλλ' ἀντὶ γραμμάτων τὴν τοῦ πνεύματος αὐτοῖς ἐπηγγείλατο δώσειν χάριν. ἐκεῖνος γὰρ ὑμᾶς [a]) ἀναμνήσει, φησὶ, πάντα. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτο πολὺ [2]) ἄμεινον ἦν, ἄκουσον, διὰ τοῦ προφήτου τί φησι· διαθήσομαι [b]) ὑμῖν διαθήκην καινὴν, δίδους νόμους μου εἰς διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας γράψω αὐτούς. καὶ, ἔσονται [c]) πάντες διδακτοὶ Θεοῦ. καὶ ὁ παῦλος δὲ, ταύτην ἐνδεικνύμενος τὴν ὑπεροχὴν, ἔλεγεν [d]) εἰλημμένην νόμον, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. ἐπεὶ δὲ χρόνου προϊόντος ἐξώκειλαν, οἱ μὲν δογμάτων ἕνεκεν, οἱ δὲ βίου καὶ τρόπου, ἐδέησε πάλιν τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων ὑπομνήσεως. ἐννόησον οὖν, ἡλίκον ἐσὶ κακὸν, τοὺς οὕτω καθαρῶς ὀφείλοντας ζῆν, ὡς μὴ δεῖσθαι γραμμάτων, ἀλλ' ἀντὶ βιβλίων παρέχειν τὰς καρδίας τῷ πνεύματι, ἐπειδὴ τὴν τιμὴν ἀπωλέσαμεν ἐκείνην, καὶ κατέσημεν εἰς τὴν τέτων χρείαν, μηδὲ τῷ δευτέρῳ κεχρῆσθαι φαρμάκῳ, ἀλλ' εἰκῇ καὶ μάτην περιορᾶν κείμενα τὰ γράμματα. ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, φέρε, προσέχωμεν [3]) τοῖς γεγραμμένοις, καὶ φιλοπονώτερον ἐξετάζωμεν τὴν ἑκάστου δύναμιν. ὥστε καὶ πλοῦτον ὀρθῶν δογμάτων ἐντεῦθεν ἀποθησαυρίζειν, καὶ συλλέγειν πολιτείας ὑγιοῦς ὑποδείγματα.

a) Io. 14, 26.
b) Ierem. 38, 31. 33. secundum LXX. qui vbique hic laudantur.
c) Ies. 54, 13.
d) 2 Cor. 3, 3.

Διατὶ δὲ, δώδεκα τῶν ἀποστόλων ὄντων, δύο μόνοι γράφουσιν ἐξ αὐτῶν εὐαγγέλια, ματθαῖος καὶ ἰωάννης; οἱ γὰρ ἕτεροι δύο ἀκόλουθοι μᾶλλον ἦσαν· μάρκος μὲν, πέτρου· παύλου δὲ, λουκᾶς. διότι οὐδὲν ἐποίουν πρὸς φιλοτιμίαν, ἀλλὰ πάντα

[3] μετὰ ἀκριβείας addit l. l. Chrysost.

causa faciebant, sed omnia exigente necessitate. Matthaeum enim, qui ex Iudaeis crediderant, obsecrauerunt, vt scriptam relinqueret ipsis euangelii historiam, quam prius eos verbo docuerat. Similiter et Marcum, qui in Aegypto edocti fuerant. Lucas autem causam addit, cur euangelium conscripserit, dicens ad Theophilum, se hoc propter ipsius certitudinem facere. Ait enim: *Vt agnoscas eorum, de quibus imbutus fueras, certitudinem.* Ioannes vero horum nactus euangelia, vidensque tres versatos in eo maxime sermone, quo saluatoris incarnationem demonstrarent, et propterea dogmata, quae diuinitatem eius tangebant, silentio praeterierant: ideo, Christo ipsum ad scribendum euangelium instigante, accessit. Vnde etiam protinus ab initio de his differit: nam ob haec librum omnem confecit. Admirare autem, quod quum neque vno tempore, neque loco eodem scripserint, neque res inter se communicauerint, tamen quasi ex vno ore quatuor loquuntur, in his praecipue dogmatibus, quae fidei firmitatem ac statum spectant: velvti, quod Deus factus sit homo, quod sit e virgine natus, quod admiranda operatus sit, quod salutis praecepta dederit, quod crucifixus sit ac sepultus, quod resurrexerit, et in coelum assumptus sit, quodque omnes sit iudicaturus, quod vnigenitus sit filius et eiusdem substantiae, similisque potentiae ac honoris cum patre, caeteraque huiusmodi. Quod si aliquantum in his, quae necessaria non sunt, dissoni videntur, haec ipsa, quae apparet, dissonantia, maxima sit veritatis demonstratio, et eos omni liberat suspicione.

Si

πάντα πρὸς χρείαν. τὸν μὲν γὰρ ματθαῖον οἱ ἐξ ἰουδαίων πιστεύσαντες παρεκάλεσαν ἐγγραφον αὐτοῖς ἀφεῖναι τὴν τοῦ κηρύγματος ἱστορίαν, ἣν πρότερον διὰ γλώττης αὐτοὺς ἐδίδαξε· τὸν δὲ μάρκον ὁμοίως οἱ ἐν αἰγύπτῳ μαθητευθέντες αὐτῷ. καὶ ὁ λουκᾶς δὲ τέθεικε τὴν αἰτίαν τῆς γραφῆς τοῦ εὐαγγελίου, ἀπολογησάμενος πρὸς τὸν θεόφιλον, ὅτι δι' ἀσφάλειαν αὐτοῦ τοῦτο συνέγραψε. φησὶ γάρ· ἵνα ε) ἐπιγνῷς, περὶ ὧν κατηχήθης λόγων, τὴν ἀσφάλειαν· ὁ δὲ ἰωάννης ἐντυχὼν τοῖς τούτων εὐαγγελίοις, καὶ ἰδὼν, ὅτι καὶ οἱ τρεῖς τῷ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ σωτῆρος ἐνδιέτριψαν μάλιστα λόγῳ, καὶ λοιπὸν ἔμελλον ἀποσιωπηθῆναι τὰ περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ δόγματα, τοῦ χριστοῦ κινήσαντος αὐτὸν, ἦλθεν ἐπὶ τὴν τοῦ εὐαγγελίου συγγραφήν. διὸ καὶ ἐκ προοιμίων περὶ αὐτῶν διαλέγεται. διὰ ταῦτα γὰρ καὶ τὸ πᾶν βιβλίον συνέθηκε. σὺ δὲ θαύμασον, πῶς μήτε κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τὰ εὐαγγέλια συγγράψαντες, μήτε κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, μήτε κοινολογησάμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὅμως, ὥσπερ ἀφ' ἑνὸς στόματος, εἰ τέσσαρες φθέγγονται, ἔν γε τοῖς καιρίοις καὶ συνεκτικοῖς τῆς πίστεως δόγμασι, καὶ πολλὴν ἐπιδείκνυνται περὶ ταῦτα τὴν συμφωνίαν, οἷον, ὅτι ὁ θεὸς γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ὅτι ἐκ παρθένου γεγέννηται, καὶ ὅτι θαύματα πεποίηκε, καὶ ὅτι σωτηριώδεις δέδωκεν ἐντολὰς, καὶ ὅτι ἐσταυρώθη, καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἀνέστη, καὶ ὅτι ἀνῆλθε, καὶ ὅτι μέλλει κρίνειν πάντας, καὶ ὅτι μονογενὴς ἐστιν υἱὸς, καὶ ὅτι ὁμοούσιος καὶ ὁμοδύναμος καὶ ὁμότιμος τῷ πατρὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. εἰ δέ τι καὶ περὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα διαφωνεῖν ἔδοξαν, μᾶλλον ἡ δοκοῦσα αὕτη διαφωνία, μείζη γίνεται τῆς ἀληθείας ἀπόδειξις, καὶ πάσης αὐτοὺς ὑποψίας ἀπαλλάττει. εἰ γὰρ πάντα μέ-

ε) Luc. 1, 4.

χρι

Si enim in omnibus ad tempus vsque, locum, ac verba conformes fuissent, nullus animum inducere potuisset, quin inter se conuenissent, vt ex communi pacto scriberent, quae scripserunt. Dissonantiam autem nunc dicimus, non contrarietatem; neque enim contrarii fuerunt, etiam in his, quae contingentia erant, sed ea diuersimode loquuti sunt. In quibusdam enim, tunc, inquit ille, miraculum operatus est; hic autem, alio tempore. Item, hic quidem, tali loco, ille vero, tali. Rursum hic, talem habuit orationem, ille autem, talem, de quibus suis dicemus locis, manifeste demonstrantes, quod omnino non fuerint contrarii. Aliud siquidem est contrario modo loqui, aliud diuerso modo loqui.

Primus autem scripsit Matthaeus, quod nunc prae manibus est euangelium, post octo annos Christi in coelum assumpti. Scripsit autem illud ad eos, qui ex Iudaeis crediderant, vt praediximus; hebraica vsus lingua ac contextura, postea vero in nostram linguam traductum est.

†† Ioannes autem, vt perhibent, ex Hebraico Graecum fecit. Marcus vero (scripsit) decimo post assumtionem anno, a Petro doctus: Lucas autem, post annos quindecim: Ioannes denique, qui maxime Theologiam (Christi) tractat, anno trigesimo secundo.

Euangelium secundum Matthaeum.

In Euangeliorum inscriptionibus, Euangelistae narrationem posuerunt, quod etiam testatur Lucas, dicens: Quoniam complures aggressi sunt, con-

4) τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο, ἢ καὶ ἄλλως καὶ ἄλλως διηγεῖσθαι. Sic ἀλλοιοσχήμων. Diog. Laërt. in Epicuro p. 409. ἀλλοιο-

χρι καιροῦ καὶ τόπου καὶ ῥημάτων συνεφώνησαν, οὐδεὶς ἂν ἐπίστευσεν, ὅτι μὴ, συνελθόντες ἀλλήλοις, ἀπὸ κοινῆς συνθήκης ἔγραψαν, ἅπερ ἔγραψαν. διαφωνίαν δὲ νῦν φαμὲν, οὐ τὴν ἐναντιοφωνίαν· οὐδὲ γὰρ ἠναντιώθησαν ἀλλήλοις μέχρι καὶ τοῦ τυχόντος· ἀλλὰ τὴν [4]) ἀλλοιοφωνίαν. ἔν τισι γὰρ ὁ μὲν, τόδε τὸ θαῦμα τέθεικεν, ὁ δὲ, τόδε· καὶ ὁ μὲν, τόνδε τὸν τόπον, ὁ δὲ, τόνδε· καὶ ὁ μὲν, τήνδε τὴν λέξιν, ὁ δὲ, τήνδε, περὶ ὧν ἐροῦμεν ἐν τοῖς προσήκουσι τόποις, καὶ προδήλως ἀποδείξομεν, ὅτι οὐδ' ὅλως ἠναντιώθησαν. ἄλλο γάρ ἐστιν ἐναντίως εἰπεῖν, καὶ ἄλλο ἑτέρως εἰπεῖν.

Ἔγραψε δὲ πρῶτος ὁ ματθαῖος τὸ προκείμενον εὐαγγέλιον, μετὰ ὀκτὼ ἔτη τῆς τοῦ σωτῆρος ἀναλήψεως. ἔγραψε δὲ τοῦτο πρὸς τοὺς ἐξ ἰουδαίων πιστεύσαντας, ὡς προέφημεν, ἑβραϊκῇ συνθήκῃ χρησάμενος· ὕστερον δὲ μεθηρμηνεύθη πρὸς τὴν ἡμετέραν διάλεκτον.

[Μετέφρασε [5]) δὲ τοῦτο ἰωάννης ἀπὸ τῆς ἑβραΐδος γλώττης εἰς τὴν ἑλληνίδα, ὡς λέγουσι. μάρκος δὲ, μετὰ δέκα ἔτη τῆς ἀναλήψεως, παρὰ τοῦ πέτρε διδαχθείς· λεκᾶς δὲ, μετὰ πεντεκαίδεκα· ἰωάννης δὲ ὁ θεολογικώτατος, μετὰ τριάκοντα δύο.]

Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον.

Ἐν ταῖς ἐπιγραφαῖς εὐαγγέλιον οἱ εὐαγγελισταὶ τὴν διήγησιν ὠνόμασαν. καὶ μαρτυρεῖ λουκᾶς εἰρηκώς, ἐπειδήπερ [f]) πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνα- f) Luc. 1, 1.

ἀλλοιοτροπεῖται. Galen. in Gloſſis. p. 61. Mox eſt, ἑτέρως εἰπεῖν.

5) Incluſa in margine habet. A. Omiſerat Hentenius.

contexere narrationem earum certissimae fidei rerum, quae in nobis completae sunt. Hanc autem narrationem, Euangelium vocauerunt, quod bona hominibus nuntiet, puta, Deum hominem factum, hominem vero diuinum, daemonum dissolutionem, peccatorum remissionem, regenerationem, adoptionem, et regni coelorum haereditatem. Euangelistae vero dicuntur, non solum hi quatuor, verum etiam omnes simul Apostoli; de quibus pariter antea loquutus est Isaias: quam pulchri, inquiens, pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Verum hi quatuor proprie Euangelistae vocati sunt, quasi qui per scripturam omnia narrauerunt ac prodiderunt, caeteri vero omnes, tanquam qui hoc ipsum sine scriptura fecerunt.

CAP. I. v. 1. *Liber Generationis Iesu Christi.*

Per generationem intelligit hic Ioannes Chrysostomus, natiuitatem. Dictio siquidem γένεσις, quum sit generalis, etiam hoc significat. Quidam autem dicunt, quod ex quo Christus supernaturaliter natus ex virgine, naturalem renouauit natiuitatem, reliquum est, vt etiam Euangelista naturale natiuitatis vocabulum renouauerit, generationem ipsam vocans.

† Iesus autem nomen Hebraicum est; significat autem saluatorem. Ipse enim ait: saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Ne autem fallaris in nomine varia significante cum Iesus audis: Siquidem et alius fuit Iesus: id circo non

† Tom. VII. p. 20. C. p. 21. A.

ἀνατάξαθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων. εὐαγγέλιον δὲ ταύτην κεκλήκασι, διότι ἀγαθὰ μηνύει τοῖς ἀνθρώποις, οἷον, θεοῦ ἐναντρώπησιν, ἀνθρώπου θέωσιν, δαιμόνων κατάλυσιν, ἁμαρτημάτων λύσιν, ἀναγέννησιν, υἱοθεσίαν καὶ κληρονομίαν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. εὐαγγελισαὶ δὲ εἰσιν, οὐχ οἱ τέσσαρες οὗτοι μόνον, ἀλλὰ σύμπαντες οἱ ἀπόστολοι, περὶ ὧν κοινῇ προανεφώνησεν ἡσαΐας, ε) ὡς ὡραῖοι, g) Ies. 52, 7.
λέγων, οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά; ἀλλ' οἱ τέσσαρες μὲν ἰδίως εὐαγγελισαὶ κέκληνται, ὡς ἐγγράφως περὶ πάντων διηγησάμενοι καὶ ἰσορήσαντες· οἱ δ' ἄλλοι πάντες, ὡς ἀγράφως τοῦτο ποιήσαντες.

CAP. I. v. 1. Βίβλος γενέσεως ἰησοῦ χριστοῦ.

Γένεσιν 6) ἐνταῦθα, τὴν γέννησιν ἐνόησεν ὁ χρυσόστομος ἰωάννης. ἡ γὰρ γένεσις καθολικὴ λέξις οὖσα, σημαίνει καὶ ταύτην. τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἐπειδὴ ὁ χριστὸς ὑπερφυῶς γεννηθεὶς ἐκ παρθένου, τὴν κατὰ φύσιν γέννησιν ἐκαινοτόμησε, λοιπὸν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐκαινοτόμησε τὸ κατὰ φύσιν ὄνομα τῆς γεννήσεως, γένεσιν αὐτὴν καλέσας. 7)

Τὸ δὲ ἰησοῦς ὄνομα, ἑβραϊκὸν μέν ἐστι, σημαίνει δὲ τὸν σωτῆρα. αὐτὸς h) γὰρ σώσει, φησὶ, τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. ἵνα δὲ μὴ πλανηθῇς περὶ τὴν ὁμωνυμίαν, ἰησοῦν ἀκούσας· γέγονε γὰρ καὶ ἄλλος ἰησοῦς, ὁ τοῦ ναυῆ· h) Matth 1, 21.

7) Post καλέσας leguntur in Cod. B. ea, quae ex Codicis A. margine paullo post hic adscripta sunt.

non simpliciter ipsum dixit Iesum, sed Iesum Christum, hunc ab illo distinguens. Verum dubitare quispiam poterit, eo, quod hic liber non solam contineat Christi natiuitatem, sed et omnem eius conuersationem, ac viuendi rationem. Hanc dubitationem dissoluimus, dicentes, omnis eius conuersationis, modique viuendi caput, et principuum ac radicem nostrae salutis, fuisse natiuitatem. Id enim stupore et admiratione replet, estque supra omnem spem ac expectationem, vt Deus fiat homo: quo facto, omnia, quae post hoc facta sunt, ex consequenti, suoque ordine consequuntur. Reliquum est ergo, vt ab hac magis praecipua parte, totum librum, generationis librum vocauerit. Ita nempe Moses quoque primum suum librum vocauit Geneseos, hoc est, creationis coeli et terrae: quum non solum de coelo et terra, verum etiam de omnibus loquatur creaturis.

† Vel. Quum Christus et supernaturaliter natus sit, puta sine femine, et ex virgine: et naturaliter, puta ex muliere, et vberibus lactatus: ideo dixit, generationis, insinuans id, quod erat supernaturale. Infra autem dicit: Iesu Christi natiuitas sic fuit, manifestans id, quod fuit naturale. Quidam vero dixerunt, generationem Iesu, ipsius in mundum descensionem, quo modo videlicet factus sit vel natus.

Vers. 1. *Filii Dauid, filii Abraham.*

Filium quidem Dauid vocauit Christum, filium vero Abraham ipsum Dauid: auditorum mentes erigens ad promissionum memoriam. Olim enim promi-

ναυῆ· οὐκ εἶπεν Ἰησοῦ μόνον, ἀλλὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, διαξέλκων ἀπ' ἐκείνου τοῦτον. ἀποροῦσι δ' ἄν τις, ὅτι, καὶ μὴν ἡ βίβλος αὕτη οὐκ ἐστι μόνης τῆς γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὅλης αὐτῆ τῆς οἰκονομίας καὶ πολιτείας· λύομεν δὲ τὴν ἀπορίαν, ὅτι τὸ κεφάλαιον [8]) ὅλης τῆς οἰκονομίας καὶ πολιτείας, καὶ ἀρχὴ καὶ ῥίζα τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἡ γέννησις ἦν. τοῦτο γὰρ ἐκπλήξεως γέμει καὶ φρίκης, καὶ ὑπὲρ ἐλπίδα πᾶσαν καὶ προσδοκίαν ἐστὶ, τὸ, γενέσθαι τὸν θεὸν ἄνθρωπον. τούτῳ γὰρ γενομένου, τὰ μετὰ τοῦτο πάντα κατ' ἀκολουθίαν καὶ λόγον ἕπονται. λοιπὸν οὖν ἀπὸ τοῦ κυριωτέρου μέρους, βίβλον γενέσεως, ὅλον τὸ βιβλίον ἐκάλεσεν. οὕτω γὰρ καὶ ὁ μωϋσῆς, βίβλον [i]) γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς, τὸ πρῶτον αὐτοῦ βιβλίον ὠνόμασε, καίτοι οὐ περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἐν μέσῳ πάντων διαλεχθείς.

i) Genes. 2, 4. et alibi.

[Ἤ, [9]) ἐπεὶ ὁ χριστὸς καὶ ὑπὲρ φύσιν ἐγεννήθη, ὡς ἄνευ σπέρματος, καὶ ὡς ἐκ παρθένου, καὶ κατὰ φύσιν, ὡς ἐκ γυναικὸς, καὶ ὡς μετὰ θηλῆς· ἄνω [k]) μὲν εἶπεν γενέσεως, τὸ ὑπὲρ φύσιν αἰνιττόμενος· κάτω δὲ, τοῦ [l]) Ἰησοῦ χριστοῦ, ἡ γέννησις οὕτως ἦν, τὸ κατὰ φύσιν δηλῶν. τινὲς δὲ εἶπον γένεσιν Ἰησοῦ, τὴν εἰς τὸν κόσμον παραγωγὴν αὐτοῦ, οἷον, πῶς γέγονεν.]

k) Matth. 1, 1.

l) Matth. 1, 18.

Vers. 1. Υἱοῦ δαυὶδ, υἱοῦ ἀβραάμ.

Τὸν μὲν τοῦ δαυὶδ, τὸν χριστὸν ἐκάλεσεν· υἱὸν δὲ τοῦ ἀβραάμ, τὸν δαυὶδ, ἀναγων τοὺς διανοίας τῶν ἀκροατῶν εἰς μνήμην τῶν ἐπαγγελιῶν.

8) τὸ deleuerim. τοῦτο, habet Chryſoſt. Tom. VII. p. 23. C.

9) Incluſa in margine habet. A.

promiserat Deus Abraham ac Dauid e semine ipsorum nasciturum esse Christum. Quum autem auditores essent Iudaei, vt praediximus, nouerant illas promissiones. Primum autem Dauid posuit, quod in ore omnium ferretur, vtpote Propheta magnus et tanquam rex glorioſissimus: quique non tanto ante tempore obiisset. Abraham autem, quanquam insignis fuerit, nempe patriarcha, attamen quum ante multa saecula e viuis excessisset, tanta memoria non colebatur. Etsi etiam vtrique promiserit, de illo tamen quasi vetustiori silebatur: hoc autem tanquam recentius, in omnium ore circumferebatur: propter quod etiam dicebant: Nonne e semine Dauid, et de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, venturus est Christus? Itaque nullus eum filium Abraham, sed omnes Dauid filium vocabant. Sic ergo ab eo, quod notius erat incipiens, ad id, quod erat vetustius, ascendit.

Verum Matthaeus quidem, quum ad eos, qui e circumcisione erant, scriberet, non altius, quam vsque ad Abraham genealogiam reduxit, sed ab hoc sumpto principio, vsque ad ipsum Christum descendit, ostendens solum, quod e semine Abraham et Dauid natus esset, secundum promissa ad illos facta. Nihil enim aeque delectabat eos, qui ex Iudaeis crediderant: atque audire, quod e semine Abraham ac Dauid natus esset Christus, vtpote qui inde semper ipsum expectassent. Lucas vero quasi per medium Theophilum simul omnibus loquens fidelibus, perfectam tradit generationem: inserue magis ab ipso inchoans Christo, et ad ipsum vsque Adam ascendens, vt demonstraret,

*) τὰς ἐπαγγελίας.

πάλαι γὰρ ὁ θεὸς ἐπηγγείλατο, καὶ τῷ ἀβραὰμ, καὶ τῷ δαυὶδ, ἀνασήσειν ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτῶν τὸν χριστόν. ἐξ ἰουδαίων γὰρ ὄντες οἱ ἀκροαταὶ, καθὰ προειρήκαμεν, ἐγνώριζον [1]) ταύτας. πρῶτον δὲ τὸν δαυὶδ τέθεικεν, ὅτι ἐν τοῖς ἀπάντων ἐφέρετο σόμασιν, ὡς προφήτης μέγας, καὶ ὡς βασιλεὺς ἐνδοξότατος, καὶ ὡς οὐ πάλαι τετελευτηκώς. ὁ γὰρ ἀβραὰμ, εἰ καὶ αὐτὸς ἐπίσημος ἦν, ὡς πατριάρχης, ἀλλ' οὖν πάλαι θανὼν, οὐ τοσαύτης μνήμης ἠξίωτο. εἰ γὰρ καὶ ἀμφοτέροις ἐπηγγείλατο ὁ θεὸς, ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνο μὲν, ὡς παλαιὸν, ἐσιγᾶτο· τοῦτο δὲ, ὡς νεώτερον, ὑπὸ πάντων περιεφέρετο. διὸ καὶ ἔλεγον· οὐκ ἐκ τοῦ [m]) σπέρματος δαυὶδ, καὶ ἀπὸ βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν ὁ δαυὶδ, ἔρχεται ὁ χριστός; καὶ οὐδεὶς αὐτὸν υἱὸν ἀβραὰμ, ἀλλὰ πάντες υἱὸν δαυὶδ ἐκάλουν. οὕτω [2]) γὰν ἀπὸ τοῦ γνωριμωτέρου μᾶλλον ἀρξάμενος, ἐπὶ τὸν παλαιότερον ἀνῆλθεν. m) Io. 7, 42.

Ἀλλὰ ματθαῖος μὲν πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς γράφων, οὐκ ἀνωτέρω τοῦ ἀβραὰμ ἀνήγαγε τὴν γενεαλογίαν, ἀλλ' ἀπὸ τούτου ἀρξάμενος, κατῆλθεν ἄχρις αὐτοῦ τοῦ χριστοῦ, δεικνύων μόνον, ὅτι ἐκ σπέρματος ἀβραὰμ καὶ δαυὶδ ἐβλάστησε, κατὰ τὰς πρὸς ἐκείνους ἐπαγγελίας. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀνέπαυε τοὺς ἐξ ἰουδαίων πεπιστευκότας, ὡς τὸ μαθεῖν, ὅτι ἐκ σπέρματος ἀβραὰμ καὶ δαυὶδ ἦν ὁ χριστὸς, ὡς ἐκεῖθεν αὐτὸν ἀεὶ προσδοκῶντας. ὁ δὲ λουκᾶς, ἅτε, διὰ μέσου τοῦ θεοφίλου, κοινῇ πᾶσι πιστοῖς διαλεγόμενος, ὁλοτελῆ ποιεῖται τὴν γενεαλογίαν, κάτωθεν ἀπὸ τοῦ χριστοῦ μᾶλλον ἀρξάμενος, καὶ ἀναβὰς ἄχρι τοῦ ἀδὰμ, ἵνα δείξῃ, πόσους τε γενεοὺς ἀφει-

2) γὰρ, loco γοῦν. A.

ret, quot generationibus separatus sit nouus Adam a veteri: et super quot generationes regnauerit peccatum. Differentia igitur rerum demonstratarum, differentiam fecit demonstrationum. Siquidem Matthaeus Abraham necessario faciens mentionem, ab hoc merito descendit ad Christum, cuius genealogia describitur. Lucas vero, qui ad huiusmodi necessitatem mentionis Abrahae faciendae non inducebatur, necessario a Christo inchoans, quid apud Hebraeos consuetum esset, diligenter inquisiuit, et iuxta id, quod inquisiuerat, genealogiam contexuit.

Vers. 2. *Abraham — fratres eius.*

Moris erat per mares texere genealogias: Vir enim semen infundit, et ita principium est et radix prolis, caputque mulieris, vt inquit Apostolus: mulier autem semen fouens, enutriens ac coagulans, in adiutorium viro data est. Iudam vero prae filiis aliis Iacob posuit, licet primogenitus non esset, eo, quod ex tribu eius Christus descenderet. Quum autem in generationum serie vnus semper ab vnoquoque successor ponatur: studiose obseruandum est, quando plures ponuntur successores; non enim frustra plurium fit additio, sed statim causa agnoscitur. Fratrum siquidem Iudae hic fecit mentionem: quia vnus erat Israeliticus populus, ad duodecim radices relatus, qui sunt duodecim filii Iacob: et videntur etiam hi quasi progenitores Christi nuncupari, tanquam qui

3) Hentenii Codex fortasse hic corruptus erat. Nam ἀναποδίζειν et ἀναποδισμὸς, quod est, *regredi*, *regressus*, id reddidit *inquirere*, ac si legerit ἀναζητεῖν et ἀναζήτησις. Sententia est expedita. Sed succurrit, deceptum esse Hentenium

φήκει τοῦ παλαιοῦ ὁ νέος ἀδάμ, καὶ πόσων γενεῶν ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία. ἡ διαφορὰ τοίνυν τῶν ἀποδεδειγμένων πραγμάτων, διαφορὰν ἐποίησε καὶ τῶν ἀποδείξεων. ὁ μὲν γὰρ ματθαῖος ἀναγκαίως τοῦ ἀβραὰμ ἐπιμνηθεὶς, εἰκότως ἀπὸ τούτου κάτεισιν ἐπὶ τὸν γενεαλογούμενον χριστόν· ὁ δὲ λουκᾶς, μὴ ἐλθὼν εἰς χρείαν τῆς τοιαύτης μνήμης τοῦ ἀβραὰμ, ἀναγκαίως ἀπὸ τοῦ χριστοῦ ἀρξάμενος, ἀνεπόδισε.[3]) σύνηθες δὲ τοῖς ἑβραίοις, καὶ τὸ κατὰ ἀναποδισμὸν γενεαλογεῖν.

Vers. 2. Ἀβραὰμ — ἀδελφοὺς αὐτοῦ.

Ἔθος ἦν, δι' ἀρρένων ποιεῖσθαι τὰς γενεαλογίας. ὁ ἀνὴρ γὰρ σπείρει, καὶ οὗτος ἐστὶν ἀρχὴ μὲν καὶ ῥίζα τοῦ τέκνου, κεφαλὴ δὲ τῆς γυναικός· ἡ δὲ γυνὴ, ἐντρέφουσα καὶ θάλπουσα καὶ συναύξουσα τὸ σπέρμα, βοηθὸς δέδοται τῷ ἀνδρί. τὸν ἰούδαν δὲ παρέλαβεν, ἀπὸ τῶν ἄλλων υἱῶν τοῦ ἰακὼβ, καίτοι μὴ πρωτότοκον ὄντα, ὅτι ἐκ τῆς φυλῆς αὐτοῦ κατήγετο ὁ χριστός. ἐπεὶ δὲ ἐν ταῖς γενεαλογίαις, ἓς ἀφ' ἑνάστου διάδοχος ἀεὶ τίθεται, παρατηρητέον, ἔνθα παραλαμβάνονται πλείους, ὅτι οὐ μάτην ἡ τῶν πλειόνων προσθήκη γέγονεν, ἀλλ' αἰτία τίς ἐστιν αὐτῆς. αὐτίκα γὰρ τῶν ἀδελφῶν ἐμνημόνευσε τῷ ἰούδα, διότι ἓν ἔθνος ἐστὶ τὸ ἰσραηλιτικὸν, εἰς δώδεκα ῥίζας ἀναφερόμενον, αἵτινές εἰσιν οἱ δώδεκα υἱοὶ τοῦ ἰακώβ. καὶ δοκοῦσι[4]) καὶ αὐτοὶ πρόγονοι χρηματίζειν τοῦ χριστοῦ, ὡς τοῦ

ἰσραηλιτικοῦ ὀνόματος. Accepit pro ἐξετάζειν. Vide Harpocrat. p. 14. De re eadem eodem sensu ἀναποδίζειν dixit Gregor. Naz. pag. 236. quem locum Euthymius videtur respexisse. Nam et ibi legitur, νέος καὶ παλαιὸς ἀδάμ.

4 καὶ omittit. A.

qui tribuum Israelitici generis principia sunt, a quo generatus est Christus.

†† Abraham redditur, pater gentium: Isaac vero, gaudium, risus.

Vers. 3. *Iudas — e Thamar.*

†† Zara est oriens: Phares autem, separatio aut dilectio. Inde etiam Pharisaei, quod se a consuetudine multitudinis separant.

Iudas quartus fuit filiorum Iacob. Accepit autem primogenito filio suo vxorem: quo absque liberis defuncto, iunxit eam secundo: hoc autem similiter mortuo, promisit se tertium filium illi coniuncturum: timens autem, ne et hic statim moreretur, nuptias distulit: mulier vero cupiens vehementer ex genere Abraham, vtpote celebri ac praeclaro, semen suscipere: vbi socerum Iudam promissum differre vidit, hoc pacto illum decepit. Habitum enim scorti induta, ante portas ciuitatis contecta sedit: quam videns Iudas, nec agnoscens, ingressus est ad eam, quasi ad scortum: quae cognita, geminam concepit prolem. Accedentibus autem partus doloribus, quum Phares et Zara pariendi essent: vbi vidisset obstetrix Zara primum efferentem manum, volens primogenitum signo notare coccino manum, quam extulerat, ligauit: alligatam autem retraxit infans: qua retracta, Phares processit, deinde Zara. Et haec quidem rei gestae historia est. Solum autem Phares

5) Inclusa in margine habet. A.

6) Haec in margine habet. A.

7) Iacob nimirum. Haec narrantur Genes. 38. Vide et 29, 35.

8) In marg. A. 9) In marg. A.

ἰσραηλιτικοῦ γένους ὄντες φύλαρχοι, ἐξ οὗ ὁ χριστὸς ἐβλάστησεν.

[Ἀβραὰμ [5]) ἑρμηνεύεται, πατὴρ ἐθνῶν· Ἰσαὰκ δὲ, χαρὰ, γέλως.]

Verſ. 3. Ἰούδας — Θάμαρ.

[Ζαρὰ [6]) ἐστιν ἀνατολή· Φαρὲς δὲ, μερισμὸς ἢ διακοπή. ὅθεν καὶ οἱ Φαρισαῖοι, παρὰ τὸ μερίζειν ἑαυτοὺς τῆς τῶν πολλῶν ἐπιμιξίας.]

Ὁ Ἰούδας, τέταρτος μὲν ἦν υἱὸς τοῦ Ἰακὼβ, ἔλαβε [7]) δὲ τὴν Θάμαρ νύμφην εἰς τὸν πρῶτον ἑαυτοῦ υἱὸν [τὸν [8]) ἦρ'] τούτου δὲ τελευτήσαντος ἄπαιδος, ἔζευξεν αὐτὴν τῷ δευτέρῳ [9]) [αὐνάν'] καὶ τούτου δὲ ὁμοίως ἀποθανόντος, ὑπέσχετο καὶ τὸν τρίτον αὐτῇ συνάψαι [σηλώμ'] Φοβηθεὶς δὲ, μὴ καὶ οὗτος εὐθὺς ἀποθάνῃ, τὴν γάμον ὑπερετίθετο. ἡ δὲ νύμφη, λίαν ἐπιθυμοῦσα σπέρμα λαβεῖν ἀπὸ τοῦ ἁβραμιαίου γένους, ὡς λαμπροῦ καὶ περιβοήτου, ἐπεὶ τὸν πενθερὸν Ἰούδαν ὑπερτιθέμενον ἔγνω, κατασοφίζεται τοῦτον, καὶ περιθεμένη σχῆμα πόρνης, ἐκάθισε πρὸς ταῖς πύλαις τῆς πόλεως ἐγκαλυψαμένη. θεασάμενος δὲ ταύτην Ἰούδας καὶ ἀγνοήσας, εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, ὡς εἰς πόρνην, καὶ συμφθαρεὶς, ἔγκυον διδύμων τέκνων ἐποίησε. παραγενομένων δὲ τῶν ὠδίνων, ἐπεὶ τὸν Φαρὲς καὶ τὸν ζαρὰ τίκτειν ἔμελλεν, ἐξήνεγκε πρῶτος ὁ ζαρὰ τὴν χεῖρα, εἶτα ἡ μαῖα θεασαμένη τοῦτο, καὶ βουληθεῖσα γνώριμον ποιῆσαι τὸν πρωτότοκον, κοκκίνῳ τὴν ἐξενεχθεῖσαν ἔδησε χεῖρα· ὡς δὲ ἐδέθη, συνέσκελεν αὐτὴν τὸ παιδίον· συσταλείσης δὲ, προῆλθεν ὁ Φαρὲς, εἶτα ὁ ζαρά. ἡ μὲν οὖν ἱστορία τοιαύτη. ἦν δὲ εἰκὸς, τὸν Φαρὲς παραλα-

[5]) In margine. A.

res accepturus erat Euangeliſta in genealogiam, vtpote per quem ad Dauid genus procedebat. Nunc vero cum ipſo etiam Zara poſuit, quaſi typum populi Chriſtiani: Siquidem Phares Iſraeliticus typus erat. Sicut enim Zara, primum quidem manum efferens, retraxit eam: deinde Phares egreſſo, tunc et ipſe integre exiuit: Ita quoque vitae euangelicae pars quidem temporibus Abraham apparuit: qua retracta proceſſit legalis, et poſt hanc perfecte apparuit euangelica. Vides igitur non fruſtra fuiſſe Zaram aſſumptum.

Reliquum eſt oſtendere, quod ipſius quoque Thamar non abs re meminerit, ſicut et trium poſtea aliarum. Sed quia Thamar quidem illicite nupta erat, vtpote ſocero nupta: Raab autem meretrix erat, et Ruth alienigena, vxor vero Vriae adultera, quemadmodum ipſarum docent hiſtoriae, adduxit eas in medium, vt manifeſtum faceret, Chriſtum non erubuiſſe ab huiusmodi deſcendere progenitoribus: quorum vnus quidem ex illicite nupta natus erat: alius autem ex fornicaria: et rurſum hic ab alienigena deſcenderat, ille vero ab adultera. Neque enim virtuti dedito nocet progenitorum iniquitas. Quisque enim a propriis operibus, non ab alienis probus iudicatur aut improbus. Nam ob id etiam venit Chriſtus: non vt noſtra fugeret opprobria, ſed vt ea ſuſciperet, ſuisque virtutibus perimeret. Vt medicus namque aduenit Chriſtus, non vt iudex. Haec igitur prima eſt cauſa. Altera vero, quia eo quod Iudaei virtutis, quae circa animam verſatur, nulla habita cura, de progenitoribus plurimum gloriabantur, generoſitatem illorum ſurſum

ac

[2]) ἐπειδὴ, pro ἐπεί. B.

ραλαβεῖν μόνον εἰς γενεαλογίαν, ὡς δι' αὐτοῦ βαδίζοντος τοῦ γένες ἐπὶ τὸν δαυίδ· νῦν δὲ καὶ τὸν ζαρὰ τέθεικεν, ὡς τύπον τοῦ χριστιανικοῦ λαοῦ. ὁ γὰρ Φαρὲς τύπος ἦν τοῦ ἑβραϊκοῦ. καθάπερ γὰρ ὁ ζαρά, πρῶτος ἐξενεγκὼν τὴν χεῖρα, συνέσειλε ταύτην, εἶτα ἐξελιθόντων τοῦ Φαρὲς, τότε καὶ αὐτὸς ἐξῆλθεν ἐλοτελῶς· οὕτω καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας, μέρος μὲν ἐφάνη ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ ἀβραάμ, εἶτα συστελλόντος, ἦλθεν ἡ νομική, καὶ μετὰ ταύτην ἐξέλαμψεν ἐντελῶς ἡ εὐαγγελική. ὁρᾷς, ὅτι οὐ μάτην ὁ ζαρὰ παρείληπται.

Λοιπὸν οὖν, οὐδὲ τῆς θάμαρ ἀκαίρως ἐμνημόνευσεν, οὐδὲ τῶν ἄλλων τριῶν γυναικῶν, μετὰ τοῦτο. ἀλλ' ἐπεὶ [2]) ἡ μὲν θάμαρ αὐθεμιτόγαμος ἦν, ὡς τῷ πενθερῷ μιγεῖσα, πέρνη δὲ ἡ ῥαὰβ, ἡ δὲ ῥοὺθ, ἀλλόφυλος, ἡ δὲ τοῦ οὐρίε, [3]) βηρσαβεὲ, μοιχαλὶς, ὡς αἱ κατ' αὐτὰς ἱστορίαι διδάσκουσιν· ἤγαγε τὰς τοιαύτας γυναῖκας εἰς μέσον, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐκ ἐπῃσχύνετο ὁ χριστὸς ἀπὸ τοιούτων προγόνων καταγόμενος, ὧν ὁ μὲν ἐξ αὐθεμιτογαμίας ἦν, ὁ δὲ ἐκ πορνείας, ὁ δὲ ἐξ ἀλλοΦύλου μητρὸς, ὁ δὲ, ἀπὸ μοιχαλίδος. οὐδὲν γὰρ βλάπτει τὸν ἐνάρετον ἡ τῶν προγόνων αὐτοῦ παρανομία. πᾶς γὰρ ἀπὸ τῶν οἰκείων πράξεων, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων κρίνεται καλὸς ἢ Φαῦλος. καὶ γὰρ καὶ διὰ τοῦτο ἦλθεν ὁ χριστὸς, οὐχ ἵνα Φύγῃ τὰ ἡμέτερα ἀνείδη, ἀλλ' ἵνα δέξηται ταῦτα, καὶ ἀνέλῃ διὰ τῶν ἑαυτοῦ ἀρετῶν. ὡς ἰατρὸς γάρ, οὐχ ὡς κριτὴς, παραγέγονε. μία μὲν οὖν αὕτη αἰτία. δευτέρα δὲ, ὅτι ἐπειδὴ ἰουδαῖοι τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς ἀπελοῦντες, μέγα ἐπὶ τοῖς προγόνοις ἐκόμπαζον, τὴν εὐγένειαν ἐκείνων ἄνω καὶ κάτω περιφέροντες,

3) βηθσαβεέ. 2 Reg. XI, 3.

ac deorſum circumferentes: reprimit tumorem ipſorum: oſtendens etiam illos ex illegitimis natos nuptiis. Statim enim patriarcha eorum, eiusdemque nominis Iudas, ex ea, quae ſibi ſceleſto modo copulata eſt, progenitorem ipſorum Phares et Zara genuit. Dauid quoque ille adeo celebris, ex adultera Solomonem generauit. Reſtat itaque, vanam eſſe de primogenitoribus iactantiam. Opinor autem ob hanc etiam potiſſimum cauſam, fratrum quoque Iudae meminiſſe. Quatuor enim ipſorum ab ancillis Iacob nati ſunt, et tamen nulli eorum generis obfuit differentia: omnes namque ſimiliter et patriarchae fuerunt, et capita tribuum. Tertia vero cauſa eſt, quod mulieres illae fuerunt figura eccleſiae, quae ex gentibus congregata eſt. Quemadmodum enim illas diuerſis ſubiectas peccatis viri praedicti duxerunt: ita quoque Chriſtus humanam naturam, variis oppreſſam peccatis, ſibi ipſi vniuit. Et ſicut genus talium mulierum nequaquam indignum reputauit: ita nec eccleſiae ſecum deſponſationem. Simul quoque per talia docemur, non de progenitorum peccatis, ſed de propriis erubeſcere: neque de maioribus gloriari, ſed propriae curam habere virtutis. Neque viros egregios talibus copulatos nuptiis propter huiusmodi matrimonia vilipendere. Neque eos repellere, qui a diuerſis iniquitatibus ad fidem accedunt.

Verſ. 3. *Phares autem* — V. 11. *Babylonica.*

Quartus certe regum liber ac ſecundus Paralipomenon tres Ioſiae filios ponunt Ioacham, Ioacim, qui

*) δὲ, omittit. A.

τες, καταξέλει τὸ φύσημα τούτων, δεικνύων, ὅτι κἀκεῖνοι ἐκ παρανόμων γάμων ἐγένοντο. αὐτίκα γὰρ ὁ πατριάρχης αὐτῶν καὶ ὁμώνυμος ἰούδας, ἐξ ἀθεμιτογαμίας τὸν πρόγονον αὐτῶν Φαρὲς καὶ τὸν ζαρὰ ἀπεγέννησε. καὶ ὁ περιβόητος δὲ[4]) δαυὶδ, ἐκ μοιχείας τὸν σολομῶντα. καὶ λοιπὸν μάτην ἐπὶ τοῖς προγόνοις μεγαλαυχοῦσιν. οἶμαι γὰρ διὰ τὴν αἰτίαν μᾶλλον ταύτην μνημονευθῆναι καὶ τοὺς ἀδελφοὺς τῆ ἰούδα. οἱ τέσσαρες γὰρ αὐτῶν ἀπὸ δουλίδων τῷ ἰακὼβ ἐγεννήθησαν, καὶ ὅμως οὐκ ἔβλαψεν οὐδένα τέτων ἡ τοῦ γένους διαφορά. πάντες γὰρ ὁμοίως ἐγένοντο καὶ πατριάρχαι, καὶ φύλαρχοι. τρίτη δὲ αἰτία, ὅτι αἱ γυναῖκες ἐκεῖναι, τύποι ἦσαν τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας. ὥσπερ γὰρ ἐκείνας, διαφόροις ἁμαρτήμασιν ὑποκειμένας, οἱ δηλωθέντες ἄνδρες ἠγάγοντο· οὕτω καὶ ὁ χριστὸς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, διαφόροις ἁμαρτήμασιν ὑποπεσοῦσαν, ἡρμόσατο ἑαυτῷ. καὶ ὥσπερ τὸ γένος τῶν τοιούτων γυναικῶν οὐκ ἀπηξίωσεν· οὕτως οὐδὲ τὴν τῆς ἐκκλησίας νύμφευσιν. ἅμα δὲ καὶ διδασκόμεθα διὰ τῶν τοιούτων, μὴ ἐπὶ ταῖς τῶν προγόνων ἁμαρτίαις, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς οἰκείαις αἰσχύνεσθαι, μηδὲ μέγα φρονεῖν ἐπὶ προγόνοις, ἀλλ' οἰκείας ἐπιμελεῖσθαι ἀρετῆς, μηδὲ φαυλίζειν τὲς ἀπὸ διαβεβλημένων γάμων ἐναρέτους γεγενημένους, μηδὲ παρωθεῖσθαι τὲς ἐκ διαφόρων ἁμαρτημάτων τῇ πίστει προσερχομένους.

Vers. 3. Φαρὲς — Vers. 11. Βαβυλῶνος.

Ἡ μὲν τετάρτη βίβλος[5]) τῶν βασιλειῶν καὶ ἡ δευτέρα τῶν παραλειπομένων τρεῖς υἱοὺς ἰσορρέσι τοῦ

5) 4 Reg. 23. 2 Paralip. 36.

qui et Eliacim vocabatur, ac Sedeciam, qui et Matthanias dicebatur: ab vno autem horum, puta Ioacham, descendisse Iechoniam dicunt. Liber autem Esdrae Iechoniam filium Iosiae fuisse dicit, sicut et praesens Euangelista. Quid ergo dicemus? Quod quem illi Ioacham dixerunt, hic Iechoniam appellat: binominis enim erat, sicut et fratres sui. Etenim quaecunque illi circa Ioacham dixerunt, haec omnia Esdrae liber inuariabiliter de Iechonia dixit: et quod matrem habuit Hamital, filiam Ieremiae: et quod viginti trium annorum erat, quum regnare coepisset, et tribus tantum mensibus regnauit. Eiectus est enim a Pharaone rege Aegypti, et captiuus migrauit in Aegyptum.

Reliquum est igitur, vt alius fuerit Iechonias filius Ioacim, cuius fratres nullus liber posuit. Verisimile est autem postquam Aegyptii a Nabuchodonosor, rege Babylonis, fugati sunt, translatum esse et Iechoniam in Babylonem, et in ea genuisse Salathiel. Iosias, inquit, genuit Iechoniam et fratres eius in transmigratione Babylonica. Et quidem hos ante Iudaeorum in Babyloniam transmigrationem Iosias genuerat. Reliquum est ergo, vt, *in transmigratione*, capiatur pro eo quod est, circa tempus transmigrationis. Meminit quoque fratrum eius: eo quod omnes ipsi simili-

6) 4 Reg. 24, 17. 7) *ἰωάχαζ*. A.

8) Videtur respicere Esdrae I, 2, 32. vbi variant in nomine *ἰωάχαζ* et *ἰεχονίαν*.

9) L. l. *ἀμιτάλ*. Sed ibi quoque libri variant Graeci.

1) Hentenius Ioacham legendum esse suspicatur. Sed vterque Codex hic *ἰωακεὶμ* habent. Variant vero

τοῦ ἰωσίου, τὸν ἰωάχαζ καὶ τὸν ἰωακεὶμ, ὃς καὶ ἐλιακεὶμ ἐκαλεῖτο, καὶ τὸν σεδεκίαν, ὃς καὶ ματθανίας [6]) ἐλέγετο, ἑνὸς δὲ τούτων, τῶ ἰωακεὶμ [7]) ἀπεγεννηθῆναι τὸν ἰεχονίαν· ἡ δὲ τῆ ἔσρα [8]) βίβλος, τὸν ἰεχονίαν, υἱὸν εἶναι τῆ ἰωσίου φησὶν, ὥσπερ καὶ ὁ παρὼν εὐαγγελιστής. τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι ὃν ἐκεῖναι εἶπον ἰωάχαζ, τοῦτον αὕτη φησὶν ἰεχονίαν. διώνυμος γὰρ ἦν, ὥσπερ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῆ. καὶ γὰρ, ἅπερ ἔφασαν ἐκεῖναι παράσημα τῆ ἰωάχαζ, ταῦτα εἴρηκεν ἀπαραλλάκτως ἡ τῆ ἔσρα βίβλος πάντα ἐπὶ τῶ ἰεχονίᾳ, ὅτι τε μητέρα εἶχε τὴν [9]) ἀμιτὰλ, θυγατέρα ἱερεμίου, καὶ ὅτι ἔτη ὀκτὼ καὶ τριῶν ἐτῶν ἐβασίλευσε, καὶ ὅτι τρεῖς μόνους μῆνας βασιλεύσας, ἐξεβλήθη παρὰ τῆ Φαραὼ, βασιλέως αἰγύπτου, καὶ κατήχθη δοῦλος εἰς αἴγυπτον.

Ὤξε λοιπὸν ἕτερος ἰεχονίας ἦν, ὁ υἱὸς ἰωακεὶμ, [1]) ὅτινος ἐδὲ ἀδελφοὺς ἐδεμία βίβλος ἀνέγραψεν. εἰκὸς [2]) δὲ, μετὰ τὸ κατατρεπωθῆναι τὲς αἰγυπτίους ὑπὸ ναβαχοδονόσορ, βασιλέως βαβυλῶνος, μετενεχθῆναι καὶ τὸν ἰεχονίαν εἰς βαβυλῶνα, καὶ ἐν ταύτῃ γεννῆσαι τὸν σαλαθιήλ. ἰωσίας δὲ, φησιν, ἐγέννησε τὸν ἰεχονίαν καὶ τὲς ἀδελφοὺς αὐτῆ ἐπὶ τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος. καὶ μὴν, πρὸ τῆς εἰς βαβυλῶνα μετοικεσίας τῶν ἰουδαίων, τούτες ὁ ἰωσίας ἐγέννησε. λοιπὸν ἓν τὸ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας, ἀντὶ τῆ, πλησίον τῆ καιρῆ τῆς μετοικεσίας. ἐμνημόνευσε δὲ καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, διότι καὶ αὐτοὶ πάντες ἀμοιβαδὸν ἐβασίλευσαν, καὶ μετωκίσθησαν

ro etiam in his duobus nominibus editi libri τῶν ὁ. In his ergo textus Hebraicus pro norma esse debet.

2) Nescio, cur dicat εἰκὸς, cum ita diserte legatur Paralip. II, 36, 9. 10.

similiter regnauerunt, et pariter a Nabuchodonosor captiui in Babylonem translati sunt.

† Quomodo autem circa mediam hanc partem tres praeteriit reges, nempe Ochosiam, filium Ioram et Ochosiae, filium Ioas, et ipsius Ioas, filium Amasiam? Amasias enim genuit Azariam, quem secundus Paralipomenon Oziam nominauit: binominis enim erat. Quomodo ergo Matthaeus ait, Ioram genuit Oziam? Nam quod Ioram genuerit Oziam tanquam abnepotem aut posterum suum, non tanquam filium, manifestum est. Quia igitur causa tres reges, vt dictum est, praetermissi sint, nullus hactenus dixit. Valde enim perplexa est ratio his, qui nostris nati sunt temporibus. Reuerentia autem, quam erga maiores nostros habuerunt, in causa fuit, vt ab hac abstinerent quaestione.

Vers. 12. *Et post* — Vers. 16. *Qui vocatur Christus.*

Ad Ioseph deueniens, non in hoc verbo seriem terminauit, sed addidit, virum Mariae, docens nos, quod ob hanc ipsam generationis ordinem contexuit: Quia enim moris non erat mulierum genealogias ponere, studuit, vt et morem seruaret, et alio modo Christum demonstraret ex genere Abraham et Dauid descendere. Ideo sponsi matris Dei genealogiam contexuit: et per hunc, quod intendebat, demonstrauit. Ex quo enim Ioseph de genere illorum esse demonstratus est, manife-

3) δὲ, omittit. A. Malim δὲ, post δήποτε. Quae vero hic inclusimus, ea Cod. A. in margine habet.

4) Vulgo ἀμασίας. Sed in hoc quoque variatur 4 Reg. 14, 1.

θησαν καὶ ἕτοι ὑπὸ ναβεχοδονόσορ αἰχμάλωτοι εἰς βαβυλῶνα.

[Τί δὲ[3]) δήποτε κατὰ τὴν μέσην ταύτην μερίδα τρεῖς παρέλιπε βασιλεῖς, τίν τε τῶ ἰωραὰμ υἱὸν, ὀχοζίαν, καὶ τὸν τῶ ὀχοζίε υἱὸν, ἰωὰς, καὶ τὸν τῶ ἰωὰς υἱὸν,[4]) ἀμεσίαν. ἀμεσίας γὰρ ἐγέννησε τὸν ἀζαρίαν, κατὰ τὴν τετάρτην τῶν βασιλειῶν βίβλον, ὃν ὀζίαν[5]) ἡ δευτέρα τῶν παραλειπομένων ὠνόμασε. διώνυμος γὰρ ἦν. πῶς ἔν ὁ ματθαῖός φησιν, ὅτι ἰωραὰμ ἐγέννησε τὸν ὀζίαν; ἀλλ' ὅτι μὲν ἰωραὰμ ἐγέννησε τὸν ὀζίαν, ὡς ἀπέγονον αὐτῦ,[6]) δῆλον· διὰ τίνα δὲ λόγον οἱ τρεῖς παρεισάθησαν, ὥς εἴρηται, βασιλεῖς, ἐδείς πω[7] μέχρι καὶ νῦν εἶπε. πάνυ γὰρ ἄπορες ὁ λόγος τοῖσγε κατὰ τὰς ἡμετέρας γενεὰς, ὅτι μηδὲ τῶν πρὸ ἡμῶν τις ἔλυσε τὸ[8]) ζητέμενον.]

Verſ. 12. Μετὰ δὲ — Verſ. 16. ὁ λεγόμενος χριστός.

Καταντήσας εἰς τὸν ἰωσὴφ, ἐκ ἔσησε μέχρι τέτε τὸν λόγον, ἀλλὰ προσέθηκεν, ὅτι τὸν ἄνδρα μαρίας, διδάσκων, ὅτι διὰ ταύτην αὐτὸν ἐγενεαλόγησεν. ἐπεὶ γὰρ ἐκ ἦν ἔθος γενεαλογεῖσθαι γυναῖκας, ἐσπέδασεν, ἵνα καὶ τὸ ἔθος φυλάξῃ, καὶ τρόπον ἕτερον ἀποδείξῃ τὸν χριστὸν ἐκ γένες τῶ ἀβραὰμ καὶ τῶ δαυὶδ καταγόμενον. διὸ καὶ γενεαλογήσας τὸν μνησῆρα τῆς θεομήτορος, διὰ τέτε τὸ σπεδαζόμενον ἀπέδειξεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ ἰωσὴφ ἐκ τῶ γένες ἐκείνων ἀπεδείχ-

5) Paralip. 26, 1. 4 Reg. 14, 21.

6) αὐτοῦ, omittit. A.

7) καὶ μέχρι τῶ νῦν. A.

8) τὸ ζήτημα τῶτο. A. Plura hic de ſuo, vt videtur, dedit Hentenius.

nifeſtum quoque eſt, Dei matrem inde deſcendere. Nam aliunde ſponſam ducere non licebat, niſi quae ex eadem eſſet tribu, eademque familia, et ita conſanguinea. Ipſum autem Ioſeph, virum quoque eius dicit, hoc eſt ſponſum. Nam et poſtmodum in ſequentibus eam vocat vxorem, hoc eſt ſponſam. Ita enim conſuetum erat vocari etiam antequam coniungerentur.

Verſ. 17. *Omnes igitur — quatuordecim.*

Omnes generationes trifariam diuiſit, et merito. Tres enim fuerunt gubernationis modi. Siquidem ab Abraham poſt Moſen et Ieſum Naue vsque ad Dauid, ſub iudicibus gubernabantur: A Dauid vsque ad transmigrationem Babylonicam, ſub regibus: A transmigratione vero Babylonica vsque ad Chriſtum, ſub pontificibus. Veniente autem Chriſto vero iudice, rege ac pontifice, ceſſauerunt dictae politiae. Aequum eſt autem quaerere, quomodo in tertia parte, vbi duodecim tantum ponit perſonas, quatuordecim dicat eſſe generationes? Ideo videlicet, quia ipſum transmigrationis tempus in ordine generationis poſuit: et ſimiliter ipſum Chriſtum, ſicut magnus docuit Chryſoſtomus.

Verſ. 18. *Ieſu Chriſti autem — ita fuit.*

†† Ita, vt dicturus eſt, ſeu ſubiacet.

Verſ. 18.

9) Apud Chryſoſt. T. VII. p. 45. B. quem locum reſpicit, eſt ἀχμαλωσίας, quod eodem redit.

δείχθη, πρόδηλον, ὅτι ἐκεῖθεν καὶ ἡ Θεοτόκος κατήγετο. ἐ γὰρ ἐξῆν ἑτέρωθεν ἀγεσθαι μνηστῆν, ἀλλ' ἢ ἐκ τῆς ἑαυτῆ φυλῆς, καὶ τῆς αὐτῆς πατριᾶς, εἴτεν συγγενείας. ἄνδρα δὲ αὐτῆς εἶπε τὸν Ἰωσὴφ, ὡς μνηστῆρα. καὶ γὰρ καὶ γυναῖκα ταύτην αὐτῆ καλεῖ προϊὼν, ὡς μνηστήν. ἔτω γὰρ ἦν ἔθος καλεῖσθαι, καὶ πρὸ τῆς συναφείας.

Vers. 17. Πᾶσαι ἕν — δεκατέσσαρες.

Εἰς τρεῖς μερίδας διεῖλε τὰς γενεὰς ἁπάσας. εἰκότως. τρεῖς γὰρ πολιτεῖαι τέτων ἐγένοντο. ἀπὸ μὲν γὰρ ἀβραὰμ ἕως δαυὶδ, μετὰ μωϋσέα καὶ ἰησῆν τὸν τῆ ναυῆ, ὑπὸ τῶν κριτῶν ἡγεμονέυοντο· ἀπὸ δὲ τῆ δαυὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος, ὑπὸ βασιλέων ἰθύνοντο· ἀπὸ δὲ τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος ἕως τῆ χριτῆ, ὑπὸ ἀρχιερέων ἐκυβερνῶντο. ἐλθόντος δὲ τῆ χριτῆ, τῆ ἀληθῆς κριτῆ καὶ βασιλέως καὶ ἀρχιερέως, ἐπαύθησαν αἱ διηλωθᾶσαι πολιτεῖαι. ἄξιον δὲ ζητῆσαι, πῶς ἐν τῇ τρίτῃ μερίδι δώδεκα πρόσωπα θεὶς, δεκατέσσαρας ταῦτα γενεὰς ἐκάλεσε; διότι καὶ τὸν χρόνον τῆς [1]) μετοικεσίας ἐν τάξει τέθεικε γενεᾶς, καὶ αὐτὸν τὸν χριτὸν, ὡς ὁ μέγας φησὶ χρυσόστομος.

Vers. 18. Τῆ δὲ ἰησῆ — ἔτως ἦν.

Οὕτως, [1]) ὡς εἰπεῖν μέλλει, ἦγεν [2]) ἀπόκειται.

[1]) Hoc scholium omiserat Hentenius. Transilierat fortasse scriba iftius Codicis.

[2]) ἤγουν ἀπόκειται, omittit. A. malim ὑπόκειται.

V. 18. *Quum esset desponsata — e Spiritu Sancto.*

Priusquam conuenirent ad coitum. Non dixit autem, priusquam ipsa veniret ad domum illius. Iam etiam in ea erat. Multis siquidem moris erat, vt apud se haberent sponsas, propter securitatem. Reperta est autem, hoc est, apparuit: ait autem *reperta est*, propter inopinatum effectum. Ne quispiam vero turbetur, eo quod dixerit, reperta est esse praegnans, si id solum audiat: ideo orationem contexuit, addens e *Spiritu sancto*.

Quam ob cauſam dicit, quod os ſuum aperuit? Quia etiam non aperto ore docebat eos operibus. Ad diſcipulos quidem dirigit ſermonem, ne turbis moleſtus eſſe videatur: communiter tamen illum proponit ad vniuerſos ac ſingulos homines.

Verſ. 3. *Dicens — coelorum.*

Non dixit, pauperes poſſeſſionibus, ſed pauperes Spiritu, hoc eſt, humiles animo ac voluntate: animum namque πνεῦμα, id eſt, Spiritum nominauit. Neque enim qui infortunio quouis humiliatur, hic beatus eſt: quia nihil quod inuoluntarium eſt, beatificat. Omnis enim virtus per id, quod voluntarium eſt, imprimitur. Pauperem autem hic vocauit animo humilem, vt πτωχὸς, id eſt, pauper, dicatur ἀπὸ τῦ πατεπτηχέναι, quod eſt timuiſſe ſiue territum eſſe. Siquidem humilis aut modeſtus animo, Deum ſemper timet, tanquam qui nihil vnquam iuxta illius beneplacitum peregerit. Conſidera vero, quale fundamentum doctrinae ſuae ſubſternat. Quia enim ſuperbia diabolum deiecit: ac protoplaſtum, putantem quod poſtquam de ligno comediſſet, Deus fieret, continuo proſtrauit: radixque et fons omnium facta eſt malorum: contrarium ipſi praeparat pharmacum, animi videlicet modeſtiam: et hanc radicem ac fundamentum ſubſtruit virtutum: quo deiecto, reliqua omnia etiam ſi ad coelum vsque pertingant, detrahuntur ac decidunt: quemadmodum in Phariſaeo oſtenſum eſt.

Aptum quoque praemium huic rependitur: pro extrema videlicet abiectione ſummus honor: et

Vers. 2. Καὶ ἀνοίξας — ἐδίδασκεν αὐτές.

Τίνος ἕνεκεν εἶπεν, ὅτι καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτῦ; διότι καὶ μὴ ἀνοίγων αὐτὸ ἐδίδασκεν αὐτές, ἀφ' ὧν ἔπραττε. πρὸς μὲν ἓν τὲς μαθητὰς ἀποτείνει τὲς λόγες, ἵνα ἀνεπαχθῆς δόξῃ τοῖς ὄχλοις, κοινὲς δὲ αὐτὲς ποιῆται πρὸς πάντας ἀνθρώπες καὶ καθολικές.

Vers. 3. Λέγων — ἐρανῶν.

Οὐκ εἶπεν, οἱ πτωχοὶ τοῖς χρήμασιν, ἀλλ' οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, τετέχνιν οἱ ταπεινοὶ τῇ[7]) προαιρέσει καὶ τῇ ψυχῇ, ταῦτα νῦν πνεῦμα ὀνομάσας. ἐ γὰρ ὁ ἐκ περισάσεώς τινος ταπεινὸς, οὗτος μακαριὸς, διότι οἶδεν τῶν ἀπροαιρέτων μακαρισίν. πᾶσα γὰρ ἀρετὴ τῷ ἑκεσίῳ χαρακτηρίζεται. πτωχὸν δὲ ἐνταῦθα, τὸν ταπεινὸν ἐκάλεσεν, ἀπὸ τῦ κατεπτηχέναι, ὅ ἐσι πεφοβῆθαι. ὁ γὰρ ταπεινόφρων ἀεὶ φοβεῖται τὸν θεὸν, ὡς μηδέποτε εὐαρεςήσας αὐτῷ. σκόπει δὲ, ὁποῖον θεμέλιον τῆς διδασκαλίας κατεβάλετο. ἐπεὶ γὰρ ἡ ὑψηλοφροσύνη τότε διάβολον κατέβαλε, καὶ τὸν πρωτόπλαστον ἐξέβαλεν, εἰπθέντα θεὸν ἔσεσθαι μετὰ τὴν τῦ ξύλε βρῶσιν, καὶ ῥίζα καὶ πηγὴ τῶν κακῶν ἁπάντων γέγονεν αὕτη, ἀντίπαλον αὐτῇ κατασκευάζει φάρμακον, τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ ῥίζαν ταύτην καὶ κρηπῖδα τῶν ἀρετῶν ὑποτίθησιν, ἧς ὑποσπαθείσης ἅπαντα τἄλλα, καὶ εἰ μέχρι τῦ ἐρανῦ φθάνεσιν, ὑποσύρονται καὶ καταπίπτεσιν, ὡς ἐπὶ τῦ Φαρισαίε.

Κατάλληλον δὲ καὶ τὸ ταύτης ἔπαθλον. ἀντὶ γὰρ τῆς ἄκρας ἀτιμίας, ἄκρα τιμὴ, καὶ ἧς

[7]) τῇ ψυχῇ καὶ τῇ προαιρέσει. A.

et quo nullus maior reperiri poteſt. Per modum autem beatitudinum praecepta haec induxit, inuidioſum deuitans ſermonem. Oportebat enim vt in principio manſuete cum eis loqueretur: et ita paulatim ad praecipiendum deueniret.

† Quam ob cauſam dixit pauperes, et non humiles? Quia pauperem eſſe plus eſt, quam humilem eſſe. Sunt enim varii humilitatis modi: hic quidem mediocriter animo modeſtus eſt: ille vero cum excellentia: quam humilitatem etiam Dauid commendat, dicens: Cor contritum et humiliatum Deus non deſpicies.

V. 4. *Beati — conſolationem accipient.*

Quia omnes putabant eos eſſe beatos, qui in gaudio eſſent: miſeros vero, qui in afflictione: huiusmodi opinionem radicitus euellit, contrariam ſubſtituens. Lugentes autem dicit, non qui ſimpliciter lugent, ſed qui pro peccatis lugent. Miſerum enim ac prohibitum eſt lugere ob ea, quae quis patitur. Triſtitia enim mundi, ait Paulus, mortem operatur: ea vero, quae ſecundum Deum eſt, poenitentiam in ſalutem ſtabilem. Quomodo ergo alio loco dicit Paulus: *Gaudete in domino ſemper?* Quia et ille gaudium dicit, quod e luctu oritur. Habet namque luctus repenſum ſibi gaudium. Quemadmodum enim poſtquam vehemens pluuia impetuoſe deſcenderit, ſerenitas ſtabilior eſſe ſolet: Ita quoque deductis lachrymis, tranquillitas et gaudium animi ſuccedit.

Vult autem hic ſermo, non modo de propriis nos lugere delictis, verum etiam de alienis: et

8) Hoc ſcholium in neutro meorum legitur. Excerptum autem eſt ex Chryſ. Tom. VII. p. 185. E.

ἐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐπέκεινα. ἐν τάξει δὲ μακαρισμῶ τὰς ἐντολὰς ταύτας εἰσήγαγεν, ἀνεπαχθέστερον τὸν λόγον ποιῶν. ἔδει γὰρ ἐν ἀρχῇ πρωτότερον αὐτοῖς ὁμιλῆσαι, καὶ ἔτως ἠρέμα προβαίνειν εἰς τὸ ἐπιτάττειν.

†† Τίνος ἕνεκεν [8]) εἶπεν, οἱ ταπεινοί, ἀλλ' οἱ πτωχοί; ὅτι τῦτο ἐκείνε πλέον. καὶ γὰρ πολλοὶ τῆς ταπεινοφροσύνης οἱ τρόποι. καὶ ὁ μὲν ἐστι ταπεινὸς συμμέτρως· ὁ δὲ μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης. ταύτην καὶ ὁ μακάριος δαυὶδ [i]) ἐπαινεῖ λέγων· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ θεὸς ἐκ ἐξεδενώσει. i) Pſ. 50, 19.

V. 4. Μακάριοι — παρακληθήσονται.

Ἐπεὶ πάντες ὑπελάμβανον μακαρίσς μὲν, τὲς ἐν χαρᾷ, ἀθλίες δὲ, τὲς ἐν θλίψει, πρόῤῥιζον ἀνασπᾷ τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν, τοὐναντίον ὑποτιθέμενος. πενθοῦντας δὲ λέγει, οὐ τὲς ἁπλῶς πενθῦντας, ἀλλὰ τὲς ὑπὲρ ἁμαρτημάτων. τὸ γὰρ ὑπὲρ βιωτικῶ πράγματος πενθεῖν, ἄθλιον καὶ κεκωλυμένον. φησὶ γὰρ ὁ παῦλος, ὅτι ἡ [k]) μὲν τῦ κόσμε λύπη, θάνατον κατεργάζεται· ἡ δὲ κατὰ θεὸν, μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον. καὶ πῶς ὁ παῦλος πάλιν εἶπε, [l]) χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντοτε; [9]) διότι κἀκεῖνος τὴν ἐκ τῦ πένθες λέγει [1]) χαράν. ἔχει γὰρ τῦτο χαρὰν συγκεκληρωμένην. καθάπερ γὰρ, ὑετῶ σφοδρῶ καταῤῥαγέντος, εὐδία γίνεσθαι εἰωθεν· ἔτω καὶ, δακρύων κατενεχθέντων, γαλήνη καὶ χαρὰ τῇ ψυχῇ ἐγγίνεται. k) 2 Cor. 7, 10. l) Phil. 4, 4.

Βέλεται δὲ νῦν ὁ λόγος πενθεῖν ἡμᾶς μὴ μόνον ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ

9) πάντες. B. 1) Φάσκει. A.

et talis erat Mosis animus, Dauidis, Danielis, Pauli caeterorumque huiusmodi. Consolationem vero accipient, siue laetabuntur. Vbi? Et in praesenti, et in futuro. In praesenti quidem ea spe, quod peccata sua luctu redimant: in futuro vero non sola horum remissione, verum etiam beatitudine.

† Nam qui filios aut vxores mortuas lugent, non possessiones aut propria amant corpora, nec eo turbidis tempore, vllo modo concupiscunt, non iniuriis exasperantur, nec alia obsidentur affectione: quanto magis qui suas lugent aegritudines, eo modo quo eas lugere dignum est.

Vers. 5. *Beati — terram.*

Quoniam olim ab hominibus magno studio affectabatur terrae possessio, hanc etiam pro virtutis praemio ponit. Quidam sane terram intellectualem, coelum esse dicunt. Chrysostomus vero ait, quod ea sensibilem pro praemio posuerit, propter crassiores, qui sensibilia potius quam intelligibilia quaerunt. Toto namque euangelio ad virtutem solet adhortari: quandoque per futura, interdum quoque et per praesentia. Quamquam neque vbi intelligibilia ponit praemia, priuat sensibilibus: neque e diuerso, quum sensibilia pollicetur, intelligibilia aufert. *Quaerite enim*, inquit, *primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adiicientur vobis.* Et rursus: *Nemo est qui reliquerit domum aut patrem* etc. qui non fruatur multo pluribus in hoc tempore, et in futuro seculo, vita aeterna.

† Mites

[2]) Hoc in nullo meorum comparet. Repetitum est ex Chrysost. Tom. VII. p. 187. D.

ὑπὲρ τῶν ἁλιτηρίων, οἷα ἦν ἡ ψυχὴ μωϋσέως καὶ δαυὶδ καὶ παύλε καὶ τῶν τοιέτων. παρακληθήσονται δὲ, ἤγεν εὐφρανθήσονται. πῆ; καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ. ἐνταῦθα μὲν, τῇ ἐλπίδι τῆς ἀπολυτρώσεως αὐτῶν· ἐκεῖ δὲ, ὲ μόνον τῇ ἀφέσει τέτων, ἀλλὰ καὶ τῇ μακαριότητι.

†† Οἱ γὰρ [2]) παῖδας καὶ γυναῖκας ἀποθανόντας θρηνῆντες, ὲ χρημάτων, ὲ σωμάτων ἐρῶσιν, ἐδὲ κατ' ἐκεῖνον τῆς ὀδύνης τὸν καιρὸν ἄλλε τινὸς ἐφίενται, ἐχ ὕβρεσι παροξύνονται, ἐχ ὑπὸ ἄλλε πολιορκῆνταί τινος παθῆτε· πόσω μᾶλλον οἱ τὰ ἁμαρτήματα πενθῆντες τὰ ἑαυτῶν, ὡς πενθεῖν ἄξιον;

Verſ. 5. Μακάριοι — τὴν γῆν.

Ἐπεὶ πάλαι τοῖς ἀνθρώποις περισπέδασος ἦν ἡ κληρονομία τῆς γῆς, τίθησι καὶ ταύτην ἐπαθλον ἀρετῆς. καὶ τινὲς μὲν γῆν νοητὴν ἐν ἐρανῷ λέγεσιν; ὁ δὲ [3]) χρυσόσομός φησι, ὅτι καὶ αἰώνιον τέθεικεν ἔπαθλον, διὰ τὲς παχυτέρες, τὲς τὰ αἰώνια πρὸ τῶν νοητῶν ζητέντας. εἰώθεσι γὰρ δι' ὅλε τῆ εὐαγγελίᾳ προτρέπειν εἰς ἀρετὴν, ποτὲ μὲν, ἀπὸ τῶν μελλόντων, ποτὲ δὲ, ἀπὸ τῶν παρέντων, καὶ ἔτε, ὅταν νοητὰ ἔπαθλα τίθησιν, ἀποσεῖ τῶν αἰωνίων, ἔτε, ὅταν αἰώνια, ἀφαιρεῖται τὰ νοητά. ζητεῖτε [m]) γάρ, φησι, τὴν βασιλείαν τῆ θεῆ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. καὶ αὖθις· ἐδεὶς ἐστιν, [n]) ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν ἢ γονεῖς, καὶ τὰ ἑξῆς, ὃς ὲ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα ἐν τῷ καιρῷ τέτῳ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον.

m) Matth. 6, 33.

n) Luc. 18, 29. 30.

3) Tom. VII. p. 188. C.

† Mites dicuntur, non qui penitus non irascuntur: huiusmodi enim insensati sunt, sed qui iram quidem sentiunt, sese tamen continent: quando autem oportet irascuntur, sicut dicit Dauid: Irascimini et nolite peccare.

Vers. 6. *Beati — saturabuntur.*

Quia de eleemosyna dicturus est: aufert primum auaritiam, vt pura fiat misericordia, iustitia enim auaritiae contraria est. Dixit autem, esurientes et sitientes, hoc est, plurimum concupiscentes: vt vehemens auaritiae amor in iustitiam translatus, illam perimat. Saturabuntur autem, omni videlicet bono.

† Quia auari abundantes esse videntur et saturati: ideo ait iustos potius saturandos esse.

Vers. 7. *Beati — misericordiam consequentur.*

A Deo certe, sed non tantam dumtaxat, quantam ipsi praestiterunt. Quantum enim interest inter malum et bonum, aut potius quantum inter hominem et Deum: tantum humana misericordia distat a diuina.

† Non possessionibus tantum praestatur misericordia, sed et sermonibus. Quodsi nihil habueris, etiam lachrymis praestatur: varius est enim eleemosynae modus, latumque praeceptum. Misericordiam vero consequentur, hic ab hominibus et in futurum a Deo.

Vers. 8.

a) Hoc in meis non legitur. Ex Theophyl. p. 26. C. desumtum.

†† Πραεῖς [4]) λέγονται, ἐχ οἱ μηδόλως ὀργιζόμενοι· οἱ τοιῆτοι γὰρ ἀναίσθητοι· ἀλλ' οἱ θυμὸν μὲν ἔχοντες, κρατῆντες δὲ, καὶ ὅτε δεῖ ὀργιζόμενοι, ὡς καὶ [5]) Δαυὶδ εἶπεν· ὀργίζεθε, καὶ [6]) μὴ ἁμαρτάνετε. Pſ. 4, 5.

Verſ. 6. Μακάριοι — χορταθήσονται.

Ἐπεὶ μέλει περὶ ἐλεημοσύνης εἰπεῖν, προαναιρεῖ τὴν πλεονεξίαν, ἵνα καθαρὸς ὁ ἔλεος γίνηται. ἡ δικαιοσύνη γὰρ, ἀντίπαλός ἐστι τῇ πλεονεξίᾳ. εἰ πεινῶντες δὲ καὶ διψῶντες εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, οἱ σφόδρα ἐπιθυμοῦντες, ἵνα ὁ σφοδρὸς ἔρως τῆς πλεονεξίας, ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην μεταχθεὶς, ἀνέλῃ ἐκείνην. χορταθήσονται δὲ, πάντως ἀγαθῶν.

†† Ἐπειδὴ [5]) οἱ πλεονέκται δοκοῦσιν εὐποροι εἶναι καὶ χορτάζεθαι διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι οἱ δίκαιοι μᾶλλον χορταθήσονται.

Verſ. 7. Μακάριοι — ἐλεηθήσονται.

Παρὰ τοῦ Θεοῦ, δηλονότι. πλὴν ἓν τοσοῦτον, ὅσον ἠλέησαν. ὅση γάρ ἐστι διαφορὰ πονηρίας καὶ ἀγαθότητος, ἢ μᾶλλον, ὅση ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ, τοσαύτη καὶ ἀνθρωπίνης καὶ θείας ἐλεημοσύνης.

†† Οὐχὶ [5]) διὰ χρημάτων μόνον ἐστὶν ἐλεεῖν, ἀλλὰ καὶ λόγῳ. κἂν μηδὲν ἔχῃς, διὰ δακρύων. ποικίλος γὰρ ὁ τῆς ἐλεημοσύνης τρόπος, καὶ πλατεῖα αὕτη ἡ ἐντολή. ἐλεηθήσονται δὲ ἐνταῦθα μὲν, παρὰ ἀνθρώπων· ἐκεῖ δὲ, παρὰ τοῦ Θεοῦ.

5) Etiam hoc ex Theophylact. p. 26. D. Mei non agnoſcunt.

6) Theophylact. p. 26. E. et Chryſoſtom. T. VII. pag. 189. D.

Verſ. 8. *Beati — videbunt.*

Puros corde intelligit, qui nullius peccati ſibi conſcii ſunt: aut qui cor ſeruant a voluptatibus impollutum, quam ſanctimoniam vocat Paulus, dicens: *Pacem ſectamini ad omnes et ſanctimoniam; ſine qua nemo videbit Deum.* Videbit autem Deum dixit, tanquam humana natura potentem. Hanc vero beatitudinem poſt eleemoſynam poſuit: nam multi iuſtitiam ac eleemoſynam aſſequuti, circa voluptates deuicti ſunt. Oſtendit itaque ſolas illas non ſufficere virtutes.

† Mundi corde ſunt, qui continenter degunt: ſine continentia autem nemo videbit Deum. Quemadmodum enim ſpeculum ſi purum ſit, figuras recipit: ita et anima pura Dei ſuſcipit viſionem.

Verſ. 10. *Beati — vocabuntur.*

Qui non ſolum ipſi ſeditiones non mouent, ſed et alios mouentes ad pacem reducunt, filii Dei vocabuntur: vtpote filium eius vnigenitum imitantes: cuius opus fuit diſſidentia in vnum reducere, ac inimicos reconciliare. Erit profecto etiam beatus pacificus, hoc eſt, in pace ſeruans voluntatem propriae carnis cum voluntate animae ſuae: et quod prauum eſt, meliori ſubiiciens.

† Non ſolum pacem cum omnibus habentes, verum etiam ſeditioſos mutuo inter ſe pacificantes. Dicuntur autem pacifici, et qui per doctrinam inimicos ad Deum conuertunt: qui filii Dei

7) Ex Theoph. p. 26. E. 8) Theophyl. p. 27. A.

Vers. 8. Μακάριοι — ὄψονται.

Καθαρὲς τῇ καρδίᾳ νόει, τὲς μηδέν τι πονηρὸν ἑαυτοῖς συνειδότας, ἢ τὲς φυλάσσοντας τὴν καρδίαν ἀμόλυντον ἀπὸ τῶν ἡδυπαθειῶν, ὅπερ ὁ παῦλος ἁγιασμὸν ἐκάλεσεν, εἰπών· εἰρήνην p) διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, ἧ χωρὶς ἐδεὶς ὄψεται τὸν κύριον. ὄψονται δὲ τὸν θεὸν, ὡς δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει. τέθεικε δὲ τὸν μακαρισμὸν τέτον μετὰ τὸν τῆς ἐλεημοσύνης, διότι πολλοὶ δικαιοσύνην καὶ ἐλεημοσύνην κατορθῶντες, ἡττῶνται τῆς ἡδυπαθείας, καὶ δείκνυσιν, ὅτι ἐκ ἀρκέσιν ἐκεῖναι μόναι αἱ ἀρεταί. p) Hebr. 12, 14.

†† Καθαροὶ q) τῇ καρδίᾳ εἰσὶν οἱ σώφρονες. τὸ q) ἁγιασμὲ γὰρ, ἤτοι τῆς σωφροσύνης χωρὶς ἐδεὶς ὄψεται τὸν κύριον. ὥσπερ γὰρ τὸ κάτοπτρον, ἐὰν ᾖ καθαρὸν, τότε δέχεται τὰς ἐμφάσεις· ἕτω καὶ ἡ καθαρὰ ψυχὴ δέχεται ὄψιν θεῦ. q) Hebr. 12, 14.

Vers. 9. Μακάριοι — κληθήσονται.

Οἱ μὴ μόνον αὐτοὶ μὴ σασιάζοντες, ἀλλὰ καὶ ἑτέρες σασιάζοντας συνάγοντες εἰς εἰρήνην. υἱοὶ δὲ θεῦ κληθήσονται, ὡς μιμησάμενοι τὸν μονογενῆ υἱὸν αὐτῦ, ᾧ γέγονεν ἔργον, συναγαγεῖν τὰ διεσπαρτα, καὶ καταλλάξαι τὰ ἐκπεπολεμωμένα. εἰη δ' ἂν μεμακαρισμένος εἰρηνοποιὸς, καὶ ὁ εἰρηνεύσας τὸ θέλημα τῆς ἰδίας σαρκὸς μετὰ τῦ θελήματος τῆς ψυχῆς αὐτῦ, καὶ ὑποτάξας τὸ χεῖρον, τῷ κρέττονι.

†† Οὐ μόνον r) οἱ εἰρηνεύοντες αὐτοὶ πρὸς πάντας, ἀλλὰ καὶ οἱ ἑτέρες σασιάζοντας καταλλάσσοντες. εἰρηνοποιοὶ δὲ εἰσι καὶ οἱ διὰ διδασκαλίας τὲς ἐχθρὲς τῦ θεῦ ἐπιστρέφοντες. υἱοὶ δὲ

Dei appellantur. Nam et vnigenitus Deo nos reconciliauit.

Vers. 10. *Beati — coelorum.*

† Regnum coelorum, alii quidem dicunt, vitam quam in coelis degunt: Alii vero, aequalem angelis statum in coelis: Tertii autem, speciem diuinae visionis, quae cuique rependitur iuxta qualitatem ac quantitatem suae iustitiae. Quarti vero regnum coelorum dicunt remunerationem, quae secundum habitam gratiam, datur his, qui ex se ad Deum bonum accedunt. †† Ex his quatuor tertium et quartum regnum Dei etiam appellant.

Hoc dixit ne putes vbique pulchram esse pacem. Iustitiam autem hic vniuersaliter omnem virtutem nominauit. Quodsi huius quoque egregii facinoris praemium posuit regnum coelorum: ne his indigneris, quasi praemium alienum sumentibus. Quanquam enim variae videntur acceptae retributiones, propter nominum varietatem: omnes tamen regnum coelorum designant. Siquidem omnes qui his digni habentur retributionibus, regno quoque coelorum fruuntur: ideo etiam omnes beati dicti sunt.

† Non soli martyres persecutionem sustinent, sed plurimi quoque alii, quia illis sunt auxilio, qui afficiuntur iniuria, et vniuersaliter propter quamcunque virtutem. Iustitia siquidem omnis virtus est. Fures vero et etiam homicidae persequutionem patiuntur, non tamen beati dicuntur.

Vers. 11.

?) Inclusa Codex vterque habet in margine.

δὲ θεῦ οἱ τοιοῦτοι. καὶ γὰρ καὶ ὁ μονογενὴς κατ-
ήλαξεν ἡμᾶς τῷ θεῷ.

Vers. 10. Μακάριοι — οὐρανῶν.

[Βασιλείαν [2]) τῶν οὐρανῶν, οἱ μὲν λέγεσι, τὴν ἐν
οὐρανοῖς διαγωγὴν, οἱ δὲ, τὴν ἰσάγγελον ἐν οὐρα-
νοῖς κατάστασιν, οἱ δὲ, τὸ εἶδος τῆς θεϊκῆς ὡραιό-
τητος τῶν φορεσάντων τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου,
ἥτις δίδοται κατὰ τὸ ποιόν τε καὶ ποσὸν τῆς ἐν
ἑκάστῳ δικαιοσύνης, οἱ δὲ, τὴν κατὰ χάριν μετά-
δοσιν τῶν φυσικῶς [1]) προσόντων τῷ θεῷ ἀγα-
θῶν. [2]) τῶν τεσσάρων δὲ, τὸ τρίτον καὶ τὸ τέ-
ταρτον, καὶ βασιλείαν τοῦ θεοῦ λέγεσιν.]

Τοῦτο εἶπεν, ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι πανταχοῦ
καλὸν ἡ εἰρήνη. δικαιοσύνην δὲ νῦν, [3]) καθόλου πᾶ-
σαν ἀρετὴν ὠνόμασεν. ἐπεὶ δὲ καὶ τότε τοῦ κατ-
ορθώματος ἔπαθλον τέθεικε τὴν βασιλείαν τῶν
οὐρανῶν, μὴ δυσχεράνῃς ἐπὶ τοῖς ἀλλοῖον ἔχουσιν
ἔπαθλον. εἰ γὰρ καὶ διάφοροι δοκοῦσιν αἱ ζηθεῖσαι
ἀμοιβαὶ, διὰ τὴν ἑτερότητα τῶν ὀνομάτων,
ἀλλ' ἐν πᾶσιν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν αἰνίτ-
τονται. πάντες γὰρ οἱ τούτων ἀξιωθέντες, καὶ
τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀπολαύσουσι· διὸ καὶ
πάντες μακάριοι ὠνομάσθησαν.

†† Οὐ μόνον [4]) οἱ μάρτυρες διώκονται, ἀλ-
λὰ καὶ πολλοὶ ἕνεκεν τοῦ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις,
καὶ πάσης ἁπλῶς ἀρετῆς. δικαιοσύνη γάρ, ἡ
πᾶσα ἀρετή. ἐπεὶ καὶ κλέπται καὶ φονεῖς διώ-
κονται, ἀλλ' οὐ μακάριοι.

Vers. 11.

[1]) Vehementer discrepat Hentenius, qui haud du-
bie προσιόντων legit.
[2]) Ab τῶν ad λέγεσιν omittit Hentenius.
[3]) νῦν, omittit. A.
[4]) Haec in margine Codicis reperit Hentenius. Mei
hoc scholio carent. Theophylacti est. p. 27. B.

Vers. 11. *Beati — propter me.*

Ad apostolos qui aderant, sermonem dirigit: ostendens doctoribus proprium esse probris affici. Ne autem suspiceris, quod simpliciter verbis malis impeti sit beatum: idcirco addidit, quae plane distinctionem faciunt: videlicet, vt quae dicuntur, mendacia sint, et propter Christum ea dicantur. Quodsi haec non ita se habent: miser potius est, qui male audit, vtpote plurimos suis malis operibus offendens. Quid ergo his admonitionibus mirabilius esse potest? Vtinam vero quae ab omnibus euitantur, praemiorum magnitudine fiant omnibus desiderabilia. Nam qui grauia, ac molesta, et hominum consuetudini ad id vsque temporis contraria praescripsit, persuasit tamen, et persuadet vniuerso fere orbi.

Vers. 12. *Gaudete — coelis.*

Gaudete et exultate Spiritu, quicunque probra ac persequutiones sustinetis: et modo quo dictum est male auditis. Dicens autem: *Merces vestra multa est in coelis:* aliam quoque consolationem induxit.

† Nam opprobria sustinere magnum est, et graue admodum. Vnde et Iob postquam alias tentationes patienter tolerauerat, tunc maxime turbatus est, quando ab amicis opprobriis afficiebatur, tanquam propter peccata sua pateretur.

Vers. 12. *Ita — qui vos praecesserunt.*

Hinc manifestum est quod illud *beati estis*, etc. proprie ad discipulos dixerit: et ipsis mediantibus, etiam

Verſ. 11. Μακάριοι — ἕνεκεν ἐμοῦ.

Ἵνα [5]) μὴ ὑπολάβῃς, ὅτι τὸ ἁπλῶς πονηροῖς ῥήμασι βάλλεσθαι μακάριον, δύο προσέθηκε διορισμούς, τὸ, ψευδῆ τὰ λεγόμενα εἶναι, καὶ διὰ τὸν χριστὸν ταῦτα λέγεσθαι. εἰ γὰρ μὴ ταῦτα ἔστιν ἔχει, μᾶλλον ἄθλιος ὁ κακῶς ἀκούων. τί τῶν ῥηθεισῶν τούτων παραινέσεων παραδεξόμεθα γένοιτ' ἂν, ὅταν τὰ πᾶσι φευκτὰ, πᾶσι ποθεινὰ γίνηται, διὰ τὴν τῶν ἐπάθλων μεγαλειότητα; ὁ δὲ καὶ φορτικὰ, καὶ ἐναντία τῇ μέχρι τότε συνηθείᾳ τῶν ἀνθρώπων δογματίσας, ὅμως καὶ ἔπεισε, καὶ πείθει σχεδὸν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

Verſ. 12. Χαίρετε — οὐρανοῖς.

Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε πάντες οἱ ὀνειδιζόμενοι, καὶ διωκόμενοι, καὶ κακῶς ἀκούοντες, ὡς εἴρηται. εἰπὼν δὲ, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐπήγαγε καὶ ἑτέραν παράκλησιν.

†† Τὸ γὰρ [6]) ὑπομεῖναι ὄνειδος, μέγα καὶ χαλεπώτατον. διὸ καὶ ὁ ἰὼβ, τὰς ἄλλας ὑπομένας πειρασμὰς, τότε μάλιστα ἐταράχθη, ὅτε ὠνείδιζον αὐτῷ οἱ φίλοι, ὡς δι' ἁμαρτίας πάσχοντι.

Verſ. 12. Οὕτω — τοὺς πρὸ ὑμῶν.

Ἐντεῦθεν φανερὸν, ὅτι τὸ, μακάριοί ἐστε καὶ τὰ ἑξῆς, ἰδίως πρὸς τοὺς μαθητὰς εἴρηκε, διὰ μέσου δὲ

5) Ante haec ex Theophyl. p. 27. C. addit verſio Hentenii, quae tamen mei non habent: Πρὸς παροῦντας τοὺς ἀποστόλους ἀποτείνεται, δεικνὺς, ὅτι μάλιστα τῶν διδασκάλων ἴδιον τὸ ὀνειδίζεσθαι. Ἵνα δὲ μὴ κ. τ. λ.

6) Theophylact. p. 27. C.

etiam ad omnes, qui discipulos suos essent imitaturi. Ita enim, inquit, persequuti sunt prophetas, qui vos praecesserunt. Quo modo ita? opprobrio videlicet afficientes et persequentes, et dicentes omne malum verbum mentiendo, propter Deum. Sicut enim vos a me mittemini praedicaturi quaecunque praecepero: ita et illi a Deo missi erant. Dicens autem: Prophetas qui vos praecesserunt: manifestat, quod etiam hi prophetabunt. Si ergo, inquit, non erat illis indecorum pati propter Deum: neque omnino vobis. Ita prophetis eos adaequando, mentes erexit ipsorum.

Observa autem post quot praecepta posuerit beatitudinem tolerandae persequutionis, quae fit propter iustitiam: et exprobrationis, detractionis, ac maledictorum: quod omnibus praedictis virtutibus oporteat adiutum esse eum, qui haec certamina aggreditur. Nam ideo quoque certo vsus ordine, auream nobis catenam contexuit. Qui enim animo humilis est, propria lugebit errata: qui vero luget, etiam mitis erit: et qui mansuetus est, iustus quoque erit omnino: iustus vero, etiam miserebitur. His autem omnibus opere perfectis, etiam mundus erit corde: talis vero pacificus quoque erit: qui autem huc vsque profecit, ad pericula etiam extendetur: ac caetera quae sequuntur magno animo tolerabit. Postquam ergo quae opportuna erant admonuit, rursus laudibus eos recreat dicens.

Vers. 13. *Vos — terrae.*

Terram hic homines appellauit, quasi e terra formatos. Est autem tantum ac si diceret: Homines

[7]) *ῥῆμα*, omittit. B. [8]) Inclusa omittit. A.

δὲ αὐτῶν, καὶ πρὸς ἅπαντας, ὅσοι μέλλουσι μιμεῖσθαι τὰς μαθητὰς αὐτῶν. ἕτω γὰρ ἐδίωξάν, φησι, τὰς προφήτας τὰς πρὸ ὑμῶν. πῶς ἕτως; ὀνειδίζοντες δηλονότι, καὶ διώκοντες, καὶ λέγοντες πᾶν πονηρὸν ῥῆμα 7) κατ' αὐτῶν ψευδόμενοι, ἕνεκεν τῦ θεῦ. ὥσπερ γὰρ ὑμεῖς παρ' ἐμῦ ἀποσαλήσεσθε, κηρύξοντες, ὅσα ἐντελοῦμαι· ἕτω δὴ κἀκεῖνοι παρὰ τῦ θεῦ ἀπεσάλησαν. εἰπὼν δὲ, ὅτι τὰς προφήτας τὰς πρὸ ὑμῶν, ἐνέφηνεν, ὅτι καὶ ἦτοι προφητεύσουσιν. [εἰ 8) τοίνυν ἐκείνοις ἐκ ἦν ἐπίψογον, τὸ πάσχειν διὰ θεὸν, πάντως οὐδ' ὑμῖν.] ἕτω τοῖς προφήταις παρισώσας αὐτὰς, ἀνέσησεν αὐτῶν τὰ φρονήματα.

Βλέπε δὲ, μετὰ πόσας ἐντολὰς τὸν μακαρισμὸν τῦ διωγμῦ τῦ ἕνεκεν δικαιοσύνης, καὶ τὸν τῦ ὀνειδισμῦ, καὶ τῆς διώξεως, καὶ τῆς κακολογίας τέθεικε, δηλῶν, ὅτι χρὴ πάσας ταῖς προλαβούσαις ἐντολαῖς συγκεκροτῆσθαι τὸν εἰς τέτες τὰς ἀγῶνας ἀποδυόμενον. διὰ τῦτο γὰρ καὶ τάξει τινὶ χρησάμενος χρυσῆν ἡμῖν σειρὰν ὕφηνεν. ὁ μὲν γὰρ ταπεινὸς, καὶ τὰ οἰκεῖα πενθήσει 9) παραπτώματα· ὁ δὲ ταῦτα πενθῶν, καὶ πρᾶος ἔσαι· ὁ δὲ πρᾶος, πάντως ἔσαι καὶ δίκαιος. ὁ δὲ δίκαιος, καὶ ἐλεήσει· ὁ δὲ ταῦτα πάντα κατορθώσας, καὶ 1) καθαρὸς ἔσαι τῇ καρδίᾳ· ὁ δὲ τοιῦτος, καὶ εἰρηνοποιός· ὁ δὲ μέχρι τέτε προκόψας, καὶ πρὸς κινδύνες παρατάξεται, καὶ τὰ ἑξῆς ὑποσήσεται μεγαλοψύχως. παραινέσας τοίνυν, ἃ προσῆκεν, ἀναπάυει πάλιν αὐτὰς τοῖς ἐγκωμίοις.

Vers. 13. Ὑμεῖς — γῆς.

Γῆν ἐνταῦθα, τὰς ἀνθρώπως ἐκάλεσεν, ὡς ἐκ γῆς πλασθέντας. ὃ δὲ λέγει, τοιῦτόν ἐσιν. εἰ ἄνθρωποι

9) ἁμαρτήματα. A. 1) καὶ, omittit. A.

nes in peccatis putrefacti sunt: corrupti ab humore affectionum. Vos igitur a me electi ad curandam hanc totius mundi putredinem, estis sal terrae: accepta virtute ad constringendum ipsos et coarctandum, praeterea ad occidendum vermes inuisibiles, hoc est, vt per bonam famam, rationales affectus a graui peccatorum odore liberetis.

† Prophetae ad vnam gentem missi sunt, vos autem sal estis vniuersi orbis, per doctrinam arguendo ac stringendo dissolutos, ne aeternos producant vermes. Non ergo mordacitatem reprehensionum abiiciatis, sed et opprobria ac persecutiones sustinete. Ideo subdit: Si autem sal infatuatus fuerit, in quo salietur? Ad nihil amplius valet, nisi vt foras proiiciatur, et ab hominibus conculcetur. Si enim is qui docet infatuatus fuerit, hoc est, non arguit ac stringit, sed emollitus est: in quo salietur, id est, corrigetur. Ex eo tempore igitur foras proicitur a magistri dignitate, et conculcatur, hoc est, despicitur.

Vers. 13. *Hoc — salietur.*

Salis fatuitas est debilitas mordacitatis ipsius. Dicit ergo: Videte quale ministerium vobis committendum est: et contendite ne laxemini persequutionibus, opprobriis, ac maledictis, vt praedictum est: neque vtilem mordacitatem respuatis. Si enim sal infatuatus fuerit, quo salietur? hoc est, si vos molles effecti fueritis, aut vtilem mordacitatem neglexeritis, quo alio sale saliemini, siue condie-

[2]) δύναται σῦφειν non cohaeret Aut ergo τῦ, aut ὥστε interponendum, ante σῦφειν.

[3]) Ex Theophylact. pag. 27. E.

θρωποι πάντες σεσήπασι ταῖς ἁμαρτίαις, διαφθαρέντες ὑπὸ τῆς ὑγρότητος τῶν παθῶν· ὑμεῖς ἔν, ἐκλεγέντες παρ' ἐμοῦ πρὸς ἰατρείαν τῆς παγκοσμίου ταύτης σηπεδόνος, ἐσὲ τὸ ἅλας τῶν ἀνθρώπων, δύναμιν λογικὴν ἐξ ἐμοῦ λαμβάνοντες [2]) σύφειν αὐτὸς καὶ ἐπισφίγγειν, καὶ ἀποκτείνειν μὲν τὰς ἀοράτους σκώληκας, φημὶ δὴ τὰς ἐμπαθεῖς λογισμὰς, ἀπαμάττειν δὲ τῆς δυσωδίας τῶν ἁμαρτημάτων.

†† Οἱ μὲν προφῆται [3]) εἰς ἓν ἔθνος ἀπεσάλησαν· ὑμεῖς δὲ τῆς γῆς ἁπάσης ἐσὲ τὸ ἅλας, διὰ τῆς διδασκαλίας καὶ τῶν ἐλέγχων σύφοντες τὰς χαύνας, ἵνα μὴ γενήσωσι τὰς ἀτελευτήτες σκώληκας. ὥσε μὴ ἀποβάλητε τὴν συφρότητα τῶν ἐλέγχων, κἂν ὀνειδίζηθε, κἂν διώκηθε. διό φησιν· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι, εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. ὁ γὰρ διδάσκαλος ἐὰν μωρανθῇ, τετέσιν, εἰ ἐκ ἐλέγχει καὶ σύφει, ἀλλὰ χαυνωθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται, τετέσι, διορθωθήσεται; ἀπὸ τότε ἓν ἔξω βίπτεται τῆ διδασκαλικῆ ἀξιώματος καὶ καταπατεῖται, τετέσι, καταφρονεῖται.

Verſ. 13. Ἐὰν — ἁλισθήσεται.

Μωρία ἅλατός ἐσιν, ἡ ἀσθένεια τῆς ποιότητος αὐτῆ. λέγει τοίνυν, ὅτι βλέπετε, οἵαν διακονίαν ἐγχειρίζεσθαι μέλλετε, καὶ ἀγωνίζεσθε, μὴ χαυνωθῆναι διωγμοῖς, ἢ ὀνειδισμοῖς, ἢ κακολογίαις, ὡς προδεδήλωται, μηδ' ἀποβαλεῖν τὴν ὠφέλιμον ποιότητα. ἐὰν γὰρ [4]) τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται, τετέσιν, ἐὰν ὑμεῖς χαυνωθῆτε, ἢ τὴν ὠφέλιμον ποιότητα ἀποβάλητε, ἐν τίνι ἑτέρῳ ἅλατι ἁλισθή-

4) δὲ, pro γὰρ. A.

condiemini, ſicut habet Marcus? Vos enim ſal electus eſtis, nec alius reliquus eſt. Quanto igitur prae caeteris ad huiusmodi miniſterium electi eſtis, tanto amplius cauere debetis, ne ob propriam mollitiem ac inutilitatem, et putrefactorum perditionem, vt dictum eſt, accuſari poſſitis.

Verſ. 13. *Ad — hominibus.*

Ad nihil amplius vtilis eſt ſal infatuatus, niſi vt extra dominicam aulam proiiciatur, et conculcetur, hoc eſt, deſpiciatur ab hominibus.

Verſ. 14. *Vos — mundi.*

Mundum rurſus dixit homines in mundo habitantes: quibus erroris caligine obſcuratis, vos, inquit, electi eſtis, vt lux eorum ſitis, vtque oculos animarum ipſorum luce doctrinae ac ſcientiae illuminetis, et ad ſemitas rectas diuini cultus deducatis. Ideo nempe miniſterium ſaliendi ac illuminandi eis commiſſum erat. Primum enim oportet a putredine liberari, deinde erudiri.

Verſ. 14. *Non — poſita.*

Per hanc, ſequentemque parabolam ad vitae perfectionem ac munitionem ipſos inducit, et certaminum praefectos eſſe iubet, tanquam ſub omnium oculis in poſterum ponendos, et in medio huius mundi theatro certantes. Non poteſt, inquit, ciuitas

5) Scilicet Marcus habet ἀρτύσετε. Sed mutauit tempus, vt aequiparare poſſet Matthaei vocabulo. Sed ἀρτυθήσεται tamen ex aliquo ſcholio occupauit

ἀλιθήσεθε, εἴτεν ἀρτυθήσεθε, r) ὡς ὁ μάρ- r) Marc. 9, 50.
κος 5) ἔπεν. ὑμεῖς γὰρ ἐστε τὸ ἐκλεγὲν ἅλας, καὶ
ἐχ ὑπολέλειπται ἕτερον. ὅσω τοίνυν προεκρίθητε
πάντων εἰς την τοιαύτην διακονίαν, τοσέτῳ
προσέχειν ὀφείλετε, ἵνα μὴ καὶ τῆς ἑαυτῶν χαυ-
νότητος, καὶ ἀνενεργησίας, καὶ τῆς τῶν σεσημμέ-
νων, ὡς ἔρηται, ἀπωλείας ἀπαιτηθῆτε δίκην.

Verſ. 13. Εἰς — ἀνθρώπων.

Εἰς ἐδὲν ἔτι χρησιμέυει, μωρανθὲν τὸ δηλωθὲν
ἅλας, εἰ μὴ εἰς τὸ ῥιφῆναι ἔξω τῆς δεσποτικῆς
αὐλῆς, καὶ καταπατεῖσθαι, ὃ ἐστι καταφρονεῖ-
σθαι παρὰ τῶν ἀνθρώπων,

Verſ. 14. Ὑμεῖς — κόσμου.

Κόσμον πάλιν, τὲς ἐν τῷ κόσμῳ εἶπεν ἀνθρώ-
πες, ὧν σκοτισθέντων τῷ ζόφῳ τῆς πλάνης,
ὑμεῖς, φησὶν, ἐξελέγητε εἶναι φῶς αὐτῶν, ὥστε
φωτίζειν τὰ ὄμματα τῶν ψυχῶν αὐτῶν, φωτὶ
διδασκαλίας καὶ φωτὶ γνώσεως, χειραγωγεῖν αὐ-
τὲς ἐπὶ τὴν ὀρθὴν τρίβον τῆς ἐυσεβείας. δύο τοί-
νυν διακονίας ἐνεχειρίθησαν, τὸ ἁλίζειν καὶ τὸ
φωτίζειν. δεῖ γὰρ πρῶτον ἀπαλλαγῆναι τῆς σηπε-
δόνος, εἶτα συνετισθῆναι.

Verſ. 14. Οὐ — κεμένη.

Διὰ ταύτης τῆς παραβολῆς, καὶ τῆς μετὰ ταύ-
την, εἰς ἀκρίβειαν, καὶ ἀσφάλειαν βίε τέτες
ἐνάγει, καὶ ἐναγωνίες εἶναι κελεύει, ὡς ὑπὸ τοῖς
ἀπάντων ὀφθαλμοῖς τὲ λοιπῦ κειμένες, καὶ ἐν
μέσῳ τῷ θεάτρῳ τῆς οἰκεμένης ἀγωνιζομένες. ἃ

δύνα-

cupauit nonnullos Marci Codices, in his meum cum ſcholiis, quem appello 12.

uitas abſcondi ſuper montem poſita. Neque vos occultari poteſtis in doctrinae altitudine collocati. Reliquum eſt igitur, vt ſolliciti ſitis, quomodo gubernetis, et aliis oculos in vos figentibus, optimum ſitis exemplar vitae ac doctrinae.

Verſ. 15. *Neque — qui in domo ſunt.*

Neque accendit quisquam lucernam, etc. Reſtat igitur, vt neque ego vos eo fine diuina ſcientia accenderim, vt abſconderem: Sed ecce pono vos ſuper candelabrum, hoc eſt, ſuper excelſum doctrinae locum, vt omnes qui in domo ſunt, illuminetis.

Verſ. 16. *Sic — qui in coelis eſt.*

Luceat ſane dicit, non iubet vt in ſpectaculum virtus ponatur, ſed vt ipſa opere compleatur, quae per ſe lucere ſolet: ac ſeipſam vnguenti more propalare: ideo luceat puritas vitae ac ſermonis veſtri coram hominibus, non ob ſtudium hominibus placendi, ſed vt videant veſtra opera bona, quae operibus ac ſermonibus imitentur, et praeterea vt glorificent patrem veſtrum, qui in coelis eſt, hoc eſt Deum, a quo per fidem adoptati eſtis: filii quidem eius, fratres autem mei effecti: laudant enim ipſum, vt qui huiusmodi politiam ordinauerit. Ipſe tamen Chriſtus hanc conſtituit, ſed propria opera ſolet patri frequenter attribuere, vt in ſequentibus erit inuenire: patrem videlicet honorans, et ſimiliter demonſtrans, quod vnum ſint ſicut natura, ita et voluntate.

† Vo-

6) Incluſa in marg. habet. A.

7) ἀλλ' ἐργάζεσθαι αὐτήν, abſunt. A.

δύναταί, φησι, πόλις πρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη, οὐδὲ ὑμεῖς δύνασθε κρυβῆναι, ἐπὶ τοῦ ὕψους τῆς διδασκαλίας τεθέντες. λοιπὸν οὖν προσέχετε, πῶς πολιτεύεσθε καὶ γίνεσθε τοῖς ἀποβλέπουσιν εἰς ὑμᾶς κάλλιστον ἀρχέτυπον καὶ βίου καὶ λόγου.

Verſ. 15. Οὐδὲ — τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ.

Οὐδ' ἀνάπτουσί τινες λύχνον, καὶ τὰ ἑξῆς. λοιπὸν οὖν οὐδ' ἐγὼ, ἀνάψας ὑμᾶς φωτὶ θεογνωσίας, βούλομαι ὑμᾶς κρύπτεσθαι· ἀλλ' ἰδοὺ τίθημι ὑμᾶς ἐπὶ τὴν λυχνίαν, λέγω δὴ, ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν τόπον τῆς διδασκαλίας, ὥστε φωτίζειν πάντας τοὺς ἐν τῇ οἰκουμένῃ.

Verſ. 16. Οὕτω — τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

[Λαμψάτω 6) οὖν εἰπὼν, οὐ κελεύει θεατρίζειν τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' 7) ἐργάζεσθαι αὐτὴν, εἰωθυῖαν ἀφ' ἑαυτῆς λάμπειν, καὶ ἑαυτὴν δημοσιεύειν κατὰ τὴν τοῦ μύρου φύσιν.] διὰ τοῦτο δὲ 8) λαμψάτω ἡ καθαρότης τοῦ βίου καὶ λόγου ὑμῶν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ἕνεκεν ἀνθρωπαρεσκείας, ἀλλ' ἵνα ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ ἐν πράξεσι καὶ λόγοις, καὶ μιμήσωνται ταῦτα. ἔτι δὲ καὶ, ἵνα δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἤτοι τὸν θεὸν, ὧτινι διὰ πίστεως υἱοθετήθητε, υἱοὶ μὲν αὐτοῦ, ἀδελφοὶ δὲ ἐμοῦ γενόμενοι. ὑμνήσουσι γὰρ αὐτὸν, ὡς τοιαύτην ἐντειλάμενον πολιτείαν. καὶ μὴν αὐτὸς ταύτην ἐνετείλατο. ἀλλ' εἴωθε τὰ ἑαυτοῦ κατορθώματα τῷ πατρὶ πολλάκις ἀνατιθέναι, ὡς προϊόντες εὑρήσομεν, τιμῶν ὡς πατέρα, καὶ ἅμα δεικνύων, ὅτι ἕν εἰσιν, ὥσπερ τῇ φύσει, οὕτω καὶ τῷ θελήματι.

8) δὲ, omittit. A.

† Vobis, inquit, bona opera facientibus, luceat ab eis lux vestra: quae nullo etiam publicante, per seipsam triumphare solet, a bonis operibus profiliens.

Vers. 17. *Ne — ad complendum.*

Quia maiora praecepta conditurus erat his, quae erant in veteri testamento, dicens: Audistis quod dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: Omnis qui temere irascitur fratri suo, reus erit iudicio etc., et diuinae cuiusdam coelestisque politiae viam incidere volebat: ne qui propter nouitatem suspicarentur, quod noua condens, vetera auferebat, eumque contrarium illis esse putarent: primum huic medetur suspicioni.

Sed videamus quomodo legem compleuerit ac prophetas. Prophetas quidem compleuit: omnibus quae de ipso scripserunt Prophetae, opere completis. Nam ob id quoque frequenter addiderunt Euangelistae: vt compleretur quod dictum est per Prophetam. Legem autem vno quidem modo compleuit, nihil transgrediendo eorum quae lex iusserat. Dixerat enim prius ad Ioannem: Sic decet nos complere omnem iustitiam. Alio autem modo: addens ipsi quae praetermissa erant: quod etiam hic magis congruum est intelligere. Quum enim lex peccatorum fines prohibeat, Christus principia quoque vetuit. Siquidem caedes fructus est peccati, radix autem eius est ira: nisi vero quis radicem abstulerit, quandoque tandem fructum producet. Patet igitur mancum fuisse praeceptum, quod solum occidere vetabat. Hoc autem Christus compleuit, praecipiens

[Ὑμῶν,[9]) φησὶν, ἐργαζομένων τὰ καλὰ, λαμψάτω τὸ ἀπ' αὐτῶν φῶς ὑμῶν, ὃ καὶ, μηδενὸς δημοσιεύοντος, ἐῶθεν αὐτὸ ἑαυτὸ θριαμβεύειν, ἀποπαλόμενον τῶν καλῶν.]

Vers. 17. Μὴ — πληρῶσαι.

Ἐπειδὴ μείζονα τῶν παλαιῶν παραγγελμάτων ἔμελλε νομοθετεῖν, λέγων· ἠκούσατε,ſ) ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις· οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσαι τῇ κρίσει. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσαι τῇ κρίσει, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ θείας τινὸς καὶ ἀρανίου πολιτείας ἐβόλετο τεμεῖν ὁδὸν, ἵνα μή τινες, διὰ τὸ ξενίζον, ὑπολάβωσιν, ὅτι ἀναιρῶν τὰ παλαιὰ, νομοθετεῖ νέα, καὶ νομίσωσιν αὐτὸν ἀντίθεον, προθεραπεύει τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν.

ſ) Matth. 5, 21. 22.

Ἀλλὰ, πῶς ἐπλήρωσε τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, ἴδωμεν. τοὺς προφήτας μὲν ἐπλήρωσε, πληρώσας ἔργοις πάντα, ὅσα περὶ αὐτοῦ προεφήτευσαν· διὸ καὶ καθ' ἕκασον τῶν προφητευθέντων προσέθηκαν οἱ εὐαγγελισταὶ τὸ, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου· τὸν δὲ νόμον, ἐνὶ μὲν τρόπῳ πεπλήρωκεν, ἐν τῷ μηδὲν νόμιμον παραβῆναι· εἴρηκε γὰρ πρὸς τὸν Ἰωάννην, ὅτι οὕτω[s]) πρέπον ἐστὶν ἡμῖν, πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην· ἑτέρῳ δὲ, ἐν τῷ προσθεῖναι αὐτῷ τὰ λείποντα, ὃ καὶ μᾶλλον ἐνταῦθα νοεῖν ἁρμόδιον. τοῦ νόμου γὰρ τὰ τέλη τῶν ἁμαρτημάτων κωλύοντος, ὁ Χριστὸς καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκώλυσεν. ὁ Φόνος μὲν γὰρ καρπός ἐστιν ἁμαρτίας· ῥίζα δὲ ταύτης ἡ ὀργή. καὶ εἰ μή τις ἀνέλῃ τὴν ῥίζαν, ἔσται ὅτε καρποφορήσει. δέδεικται τοίνυν, ὅτι ἐλλιπὴς ἦν ἡ περὶ τοῦ μὴ φονεύειν ἐντολή. ἀνεπλήρωσε δὲ ταύτην

s) Matth. 3, 15.

9) Inclusa Codex vterque habet in margine.

cipiens non irasci, quod et in aliis praeceptis procedendo licebit inuenire.

Et quare vetus lex erat imperfecta? Quia Hebraei durae cervicis erant, nec ferebant graue iugum: illos itaque velut infantes lacte potauit, nobis autem tanquam viris, solidum apposuit cibum.

Quomodo vero alibi dixit Christus: *Iugum meum suaue est, et onus meum leue?* Quia leue facit hoc laborum remuneratio, ac praemiorum magnitudo. Lex enim se seruantibus bona terrae promittebat. Christus autem bona coelestia.

† Alio etiam modo, non soluit sed compleuit potius legem veterem: neque enim Euangelio contraria erat, sed potius via ad ipsum, ac praeco praeuius et vmbra, typusque; veniente autem Euangelio, completa est ac cessauit, sicut nox appetente die, sicut vmbra additis coloribus. Oportebat enim paedagogum praeceptori concedere.

Alio quoque modo Christus legem compleuit, seruatis ipsius praeceptis, finemque imposuit: quia abstracta imperfectione perfecit. Vnde contraria non sunt Euangelica praecepta his quae lex iussit, sed consona: lex enim initium erat, Euangelium vero perfectio.

Vers. 18. *Amen — facta sint.*

Dictio *Amen*, aduerbium est confirmatiuum, idem significans, quod vere. Intellectus autem eorum, quae

[a]) Inclusa in margine habet. A.

[b]) Hentenius, *coloribus*. Recte. Ergo χρωμάτων, correxi, pro χρημάτων. Sic ἐπιβάλλειν χρώματα. Gregor. Nazianz. p. 35.

τὴν ὁ χριστὸς, ἐντειλάμενος μὴ ὀργίζεσθαι. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐντολῶν ἐυρήσεις ποιῶν.

Καὶ διατί ἀτελὴς ἦν ὁ παλαιὸς νόμος; διότι σκληροτράχηλοι ἦσαν οἱ ἑβραῖοι, καὶ ἐκ ἠνείχοντο ζυγὸν βαρύν. τοίνυν ἐκείνος μὲν, ὡς νηπίοις εἰς ἀρετὴν, γάλα ἐπότισεν· ἡμῖν δὲ, ὡς ἀνδράσι, προσήγαγε σερεὰν τροφήν.

Καὶ πῶς ὁ χριστὸς ἔρηκεν ἄλλαχοῦ, ὅτι ὁ[t]) ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν; διότι ἐλαφρύνει τοῦτον ἡ τῶν πόνων ἀντίδοσις, καὶ ἡ μεγαλειότης τῶν ἐπάθλων. ὁ νόμος μὲν γὰρ τοῖς κατορθοῦσιν αὐτὸν, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς ἐπηγγείλατο δώσειν· ὁ δὲ χριστὸς, τὰ ἀγαθὰ τοῦ οὐρανοῦ. t) Matth. 11, 30.

[Ἄλλως[1]) τε, ὃ κατέλυσεν, ἀλλ' ἐπλήρωσε τὸν παλαιὸν νόμον ὁ χριστός. ἐδὲ γὰρ ἀντέκειτο τῷ εὐαγγελίῳ, μᾶλλον μὲν ἦν ὁδὸς ἦν ἔτος ἐπὶ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ προκήρυξις αὐτοῦ, καὶ σκιὰ, καὶ τύπος. ἐλθόντος δὲ τοῦ εὐαγγελίου, ἐπληρώθη ἔτος, καὶ πέπαυται, ὡς νύξ, ἡμέρας φανείσης, ὡς σκιὰ, χρωμάτων[2]) ἐπιβληθέντων. ἔδει γὰρ τὸν[3]) παιδαγωγὸν τῷ διδασκάλῳ παραχωρῆσαι.

Καὶ ἄλλως δὲ πεπλήρωκεν ὁ χριστὸς τὸν νόμον, τὰ διατάγματα τότε φυλάξας, καὶ πέπαυκε, διὰ τοῦ τελείου τὸ ἀτελὲς ἀποκρύψας. ὅθεν ἐκ ἀντίκεινται τοῖς τοῦ νόμου τὰ τοῦ εὐαγγελίου, ἀλλὰ συμφωνοῦσιν. ὁ μὲν γὰρ προτέλειον ἦν, τὸ δὲ τελειότης.]

Vers. 18. Ἀμὴν — γένηται.

Τὸ ἀμὴν, ἐπιῤῥῆμά ἐστι βεβαιωτικὸν, ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς. ἡ δὲ τῶν ἑφεξῆς ῥητῶν διάνοια, τοιαύτη

3) Respicit Gal. 3, 24.

quae ordine dicuntur, hic est: Quamdiu mundus permanserit, hoc enim indicat, dicendo: *Donec transeat coelum et terra*, nequaquam praetermittetur imperfectissimum aut leuissimum legis praeceptum, donec omnia legalia facta, siue opere completa sint a me. Per iota siquidem, aut apicem, quod abiectissimum est significauit: haec enim in literis leuissima sunt, tanquam quae caeteris facilius describi possunt. Est autem iota linea recta, apex vero linea obliqua. Modus quoque confirmationis est dicere: *Donec transeat coelum et terra, hoc non permittam.* Dixit autem hoc Christus, confirmans quod legem non corrigeret, tanquam non potens, quae illa iusserat opere complere: Nam vsque ad mortem ipsam compleuit.

Vers. 19. *Quicunque — coelorum.*

† De minimis, vt ne dicam de maioribus.

Postquam seipsum praua suspicione liberauit, deinceps exterret, minasque ponit maximas pro futura legislatione sua. Quicunque, inquit, vnum horum praeceptorum spreuerit, quae ego stabiliturus sum: nec solum ipse spreuerit, sed et aliis exemplo tale quid faciendi fuerit. Minima vero haec praecepta vocauit partim quidem modestiae causa: partim vero ne extollerentur, qui ea seruarent: simul quoque docens nos propria attenuare, quamuis magna sint et excelsa. Talis ergo minimus vocabitur, hoc est, omnium postremus, vilissimus, abiectissimus. Quod tantundem valet ac si diceret: In supplicium proiicietur. Regnum autem coelorum hoc in loco, secundum suum dicit aduentum, in quo rex omnium apparebit.

Vers. 19.

ἐσὶν, ὅτι ἕως ἂν ὁ κόσμος διαμένῃ· τῶτο γὰρ δηλοῖ τὸ, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ ἐρανὸς καὶ ἡ γῆ· ἐ μὴ παρέλθῃ ἀτέλεσον ἐδὲ τὸ ἐυτελέσατον ἐπίταγμα τῆ νόμε, ἕως ἂν πάντα τὰ νόμιμα γένηται, ἤτοι πληρωθῇ ἔργοις παρ' ἐμέ. διὰ γὰρ τὲ ἰῶτα καὶ τῆς κεραίας, τὸ ἐυτελέσατον ἐδήλωσεν. ἐν γὰρ ταῖς γραμμαῖς ταῦτά ἐσιν ἐυτελέσατα, ὡς ἐυχερέσερον τῶν ἄλλων ἐγχαρασσόμενα. ἔσι δὲ τὸ μὲν ἰῶτα, γραμμὴ ὀρθή· ἡ δὲ κεραία, γραμμὴ πλαγία. σχῆμα δέ ἐσι βεβαιώσεως τὸ λέγειν, ὅτι ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ ἐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἐ μὴ ἐάσω τόδε. ἐρηκε δὲ τῶτο ὁ χριτὸς, βεβαιῶν, ὅτι ἐ μεταποιεῖ τὸν νόμον, ὡς μὴ δυνάμενος ποιεῖν, ἃ ἐκεῖνος ἐντέλεται. καὶ γὰρ μέχρι θανάτε τῶτον ἐξετέλει.

Verſ. 19. Ὅς — ἐρανῶν.

[Τῶν 4) μικροτέρων, ἵνα μὴ λέγω τῶν μειζόνων.]

Ἐπείπερ δὲ ἀπήλλαξεν ἑαυτὸν τῆς πονηρᾶς ὑποψίας, λοιπὸν ἐκφοβεῖ, καὶ ἀπειλὴν τίθησι μεγίτην, ὑπὲρ τῆς μελλέσης νομοθεσίας αὐτῆ. ὅτις ἀθετήσῃ, φησὶ, μίαν τῶν ἐντολῶν τέτων, ὧν μέλλω νομοθετῆσαι, καὶ μὴ μόνον ἀθετήσῃ, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ὑπόδειγμα τοιῆτον γένηται. ἐλαχίτας δὲ ταύτας ἐκάλεσε, τῆτο μὲν, μετριοφρονῶν, τῆτο δὲ, ἵνα μὴ ἐπαίρωνται οἱ κατορθῶντες αὐτάς. ἅμα δὲ καὶ παιδεύων ἡμᾶς, ἐξευτελίζειν τὰ οἰκεῖα, ἐπεὶ μεγάλαι εἰσὶ καὶ ὑψηλαί. ὁ τοιῆτος ἦν ἐλάχιτος κληθήσεται, τετέσιν, ἔσχατος πάντων, φαυλότατος, ἀπεξημμένος, ὅ ἐσιν, εἰς τὴν κόλασιν ἐμβληθήσεται. βασιλείαν δὲ τῶν ἐρανῶν νῦν, τὴν δευτέραν παρεσίαν αὐτῆ φησὶν, ἐν ᾗ βασιλεὺς ὢν ἅπαντων ἀναφανήσεται.

Verſ. 19.

4) Incluſa in marg. habet, A.

Vers. 19. *Qui — coelorum.*

Vide quemadmodum dixerit oportere primum facere, et postea docere: Nec solum facere, sed etiam docere. Quemadmodum enim reprehensibile est docere et non facere, ita rursum imperfectum est facere et non docere: perfecta autem virtus est, vt non soli sibi quispiam vtilis sit, sed et aliis. Tu vero nequaquam recte docebis, quae opere non complesti: nec facile aliis persuadebis, vt faciant quod ipse non fecisti. Audies enim, Medice cura teipsum.

Vers. 20. *Dico — coelorum.*

Illi siquidem docent et non faciunt: vitam viuentes doctrinae contrariam: vos autem et docere et facere debetis, vt verbis facta concordent. Aut etiam aliter hoc intelliges. Illi quidem peccatorum fines obseruant: vos autem principia quoque obseruare debetis. Scribas namque et Pharisaeos hic recte operantes, et non transgredientes accipito. Iustitiam vero simpliciter dixit omnem virtutem.

Considera autem quomodo et per praesentia verba, et per ea quae superius dicta sunt, non calumnietur legem veterem, sed ipsam potius augeat. Verum si illa irreprehensibilis est, cur saluos non facit illos, qui ipsam seruant? Vsque ad Christi quidem aduentum saluos eos faciebat, qui gnauiter ipsam custodiebant: postea vero quum infantia in virilem iam profecerit aetatem, et copiosa gratia hominibus data sit: maximaque propositа sint praemia pro bonorum retributione operum: (Neque enim amplius possessio terrae promittitur, aut bonorum terrenorum,

neque

Vers. 19. Ὃς — οὐρανῶν.

Ὅρα, πῶς εἶπεν, ὅτι χρὴ πρῶτον ποιεῖν, εἶτα διδάσκειν, καὶ μὴ μόνον ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ διδάσκειν. ὥσπερ γὰρ μεμπτὸν, τὸ μὴ ποιεῖν μὲν, διδάσκειν δὲ· ἔτω πάλιν ἀτελὲς τὸ ποιεῖν μὲν, μὴ διδάσκειν δὲ. τελεία δὲ ἀρετὴ, τὸ μὴ μόνον ἑαυτῷ χρησιμεύειν ἀλλὰ καὶ τὸ ἑτέροις. σὺ δὲ οὐκ ἂν ὀρθῶς διδάξῃς, ὃ μὴ πεποίηκας, ἐὰν ἐυχερῶς πείσῃς ἕτερον ποιεῖν, ὃ μὴ σὺ πεποίηκας. ἀκέσεις γὰρ, ἰατρὲ θεράπευσον σεαυτόν.

Vers. 20. Λέγω — οὐρανῶν.

Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐ ποιῆσιν, ἀλλὰ μόνον διδάσκουσιν, ἀντιφθεγγόμενον τῇ διδασκαλίᾳ τὸν βίον ἔχοντες· ὑμεῖς δὲ καὶ ποιεῖν, καὶ διδάσκειν ὀφείλετε, ἵνα συνάδωσι τὰ ἔργα τοῖς λόγοις. ἢ καὶ ἕτερος τῦτο νοήσεις, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν τὰ τέλη τῶν ἁμαρτιμάτων φυλάττουσιν· ὑμεῖς δὲ καὶ τὰς ἀρχὰς φυλάττειν ὀφείλετε, εἴγε γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους ἐνταῦθα τὺς κατορθῦντας, καὶ ὃ τὺς παρανομῦντας λάβοις. δικαιοσύνην δὲ εἶπεν ἁπλῶς πᾶσαν ἀρετήν.

Ὅρα δὲ, ὅπως καὶ διὰ τῶν παρόντων ῥημάτων, καὶ διὰ τῶν ἀνωτέρω εἰρημένων, ὃ διαβάλλει τὴν παλαιὰν νομοθεσίαν, ἀλλ' ἐπιτείνει μᾶλλον αὐτήν. καὶ εἰ ἀδιάβλητός ἐστι, διατί οὐ σώζει τὺς μετερχομένους αὐτήν; μέχρι μὲν τῆς τῦ χριστῦ παρυσίας ἔσωζε τὺς ἀκριβεῖς φύλακας αὐτῆς, μετὰ τῦτο δὲ, τῆς νηπιότητος εἰς ἀνδρότητα προκοψάσης, καὶ πολλῆς χάριτος δοθείσης τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μεγίσων ἐπάθλων προτεθέντων εἰς ἀμοιβὴν τῶν κατορθωμάτων· ἐκέτι γὰρ κληρονομία γῆς, καὶ τῶν ἐκ γῆς ἀγα-

θῶν,

neque prolis foecunditas, aut longa vita seu victoria de inimicis, sed coeli haereditas, bonorumque coelestium, et Dei adoptatio, ac fraternitas cum vnigenito eius, victoria quoque contra daemones, et perpetui regni communicatio:) merito sane magna exiguntur certamina, ab omnibus qui huiusmodi praemia forte sunt accepturi: et his certaminibus supposita sunt Christi praecepta, qui praedicta promisit praemia: magnitudinem enim laborum ad magnitudinem oppositi praemiorum.

Vers. 21. *Audistis* — V. 22. *iudicio.*

† In libro Exodi dicitur: Non occides: et post multa: Si quis aliquem percusserit, morte moriatur, etc.

Postquam corda ipsorum beatitudinibus praemolliuit, et ad virtutem exacuit: maiora deinceps addit praecepta. Incipit autem ab affectibus, qui naturaliores sunt, puta ira et concupiscentia. Et primum de ira differit, deinde etiam de concupiscentia tractat.

Dignum est autem vt inquiramus, quare non ab eo inceperit quod in lege primum erat positum praeceptum. Quia quum illud de diuinitate loqueretur, oportebat quidem illud etiam complere, et aliquid de sui ipsius dignitate manifeste addere. Nondum autem tempus erat. Etenim si etiam post doctrinam atque signa, daemonium dicebant eum habere, quum tamen nihil de ipsa manifeste diceret: quid obsecro non dixissent atque fecissent, si ante haec omnia, tale quippiam loqui tentasset? Cur autem manifeste non dixit

se

5) Inclusa in margine Codex vterque.

θῶν, ἐδὲ πολυπαιδία καὶ γῆρας καὶ νῖκαι κατ' ἐχθρῶν, ἀλλ' ἐραιῆ κληρονομία καὶ τῶν ἐρανίων ἀγαθῶν, καὶ υἱοθεσία θεῦ, καὶ ἀδελφότης πρὸς τὸν μονογενῆ, καὶ νῖκαι κατὰ δαιμόνων, καὶ κοινωνία βασιλείας ἀτελευτήτε· εἰκότως καὶ μεγάλες ἀγῶνας ἀπαιτῆνται πάντες οἱ τῶν τοιέτων ἐπάθλων τυχεῖν μέλλοντες, καὶ οἵες ὑποτίθενται αἱ ἐντολαὶ τῇ χριςῇ, τῇ καὶ τὰ δηλωθέντα ἔπαθλα ἐπαγγειλαμένῃ. τὰ γὰρ μεγέθη τῶν ἀγώνων, πρὸς τὰ μεγέθη τῶν ἐπάθλων ἐνομοθέτησεν.

Verſ. 21. Ἠκέσατε — V. 22. κρίσει.

[Τῆς [5]) βίβλε τῆς ἐξόδε· ἐ Φονεύσεις. [v]) καὶ μετὰ πολλὰ, ἐὰν [x]) παράξῃ τίς τινα, θανάτῳ θανατέσθω, καὶ τὰ ἑξῆς.] v) Exod.20,13. x) Exod.21,12.

Προαπαλύναι τὰς καρδίας αὐτῶν ἐν τοῖς μακαρισμοῖς, καὶ παραθήξας εἰς ἀρετὴν, ἅπτεται λοιπὸν καὶ μειζόνων ἐντολῶν. ἀπὸ τῶν Φυσικωτέρων δὲ ἄρχεται παθῶν, θυμῷ λέγω καὶ ἐπιθυμίας. καὶ πρῶτον μὲν περὶ τῇ θυμῷ διαλέγεται, ἔπα διαλαμβάνει καὶ περὶ τῆς ἐπιθυμίας.

Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, διατί μὴ ἤρξατο ἀπὸ τῆς ἐν τῷ νόμῳ πρώτης κειμένης ἐντολῆς, διότι, περὶ τῆς θεότητος ἦσαν, ἤδει καὶ αὐτὴν ἀναπληρῶσαι, καὶ προσθῆναι [6]) Φανερῶς περὶ τῆς ἑαυτῇ θεότητος. ἔπω δὲ καιρὸς ἦν. εἰ γὰρ καὶ μετὰ τὴν διδασκαλίαν καὶ τὰ σημεῖα, δαιμονῶντα αὐτὸν ἐκάλεν· καίτοι μηδὲν περὶ αὐτῆς Φανερὸν εἰπόντα· τί ἂν καὶ εἶπον, καὶ ἐποίησαν, εἰ πρὸ τέτων ἁπάντων ἐπεχείρησέ τι τοιέτον Φθέγξασθαι; καὶ διατί μὴ Φανερῶς ἔλεγεν, ὅτι

[6]) προσθῆναι. A.

se Deum esse? Quia ex hoc turbandi erant auditores. Si enim discipuli ipsum cognoscentes, et ab eo quotidie edocti, videntes quoque mirabilia operantem, ac rebus ineffabilibus communicantes, tanta etiam ab eo accepta virtute, vt et mortuos suscitarent, nequaquam tamen priusquam Spiritus sanctus aduenirent, omnia ferre poterant: quomodo populus insipiens, tantaeque expers virtutis, poterat non turbari, aut non putare ipsum magis esse Deo contrarium, eiusque honorem sibi impudenter vindicare? Ideo sapienter ac dispensatorio modo, quandoque Deo proprias et admirabiles actiones operatur, hasque relinquit, vt se Deum esse praedicent: quandoque vero doctrinae suae verba admiscet, quae suam indicent diuinitatem. Manifeste autem et vt plurimum humilia de seipso loquitur, propter auditorum imbecillitatem: sciebat enim, quod postmodum sua ipsum manifestarent opera, qualia nullus alius fecerat. Arrogantis enim est, nec suspicione caret, magna quaedam de seipso dicere.

Sed ad propositum redeuntes, videamus quomodo legem non soluat, sed compleat potius tanquam imperfectam. Ait enim: Dictum est a legislatore veteribus Hebraeis: Non occides o homo alterum tui generis. Quicumque autem occiderit, obnoxius erit condemnationi, vt poenam caedi conuenientem luat. Ego autem dico vobis, quod omnis qui irascitur fratri suo incassum, nec congruo tempore: haec enim indicat dicto εἰκῇ (quam nos *temere* vertimus) obnoxius erit condemnationi. Addens

7) Referuntur haec ad Matth. 10, 8. vbi non nulli legunt νεκροὺς ἐγείρετε. Sed ista lectio inuecta est a Chrysostomo, vel ante eum ab Origene.

ὅτι θεός ἐστι; διότι θορυβεῖν ἔμελλε τὰς ἀκροατάς. εἰ γὰρ οἱ μαθηταὶ, συνόντες αὐτῷ, καὶ καθεκάστην διδασκόμενοι, καὶ θαυματοργῶντα βλέποντες, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων κοινωνοῦντες, καὶ δύναμιν παρ' αὐτοῦ τοσαύτην λαβόντες, ὡς καὶ [7]) νεκροὺς ἀνιστᾶν, ἐκ ἠδύναντο πάντα βασάζειν πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ ἁγίου πνεύματος· πῶς δῆμος ἀσύνετος, καὶ τοσαύτης ἀρετῆς ἀπολιμπανόμενος, ἔμελλε μὴ ταραχθῆναι, καὶ μὴ μάλιστα νομίσαι τοῦτον ἀντίθεον, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ τιμὴν ἀνεσχύντως σφετεριζόμενον; διὰ τοῦτο [8]) σοφῶς τε καὶ οἰκονομικῶς, ποτὲ μὲν, θεοπρεπεῖς ἐργαζόμενος παραδοξοποιίας, ταύτας ἀφῆσι κηρύττειν, ὅτι θεός ἐστι· ποτὲ δὲ, παρακινῶν καὶ ῥήματα τοῖς λόγοις, ἐμφαντικὰ τῆς αὐτοῦ θεότητος· ἐκ τοῦ φανεροῦ δὲ, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ταπεινὰ περὶ ἑαυτοῦ φθέγγεται, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκροατῶν. ἐγίνωσκε γὰρ, ὅτι τὰ ἔργα [9]) τοῦτον φανερώσουσιν, ἃ οὐδεὶς ἄλλος ἐποίησεν. ἀλαζονικὸν γὰρ, τὸ περὶ ἑαυτοῦ τινα μεγάλα λέγειν, καὶ ὕποπτον.

Ἀλλ' [1]) ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανελθόντες, θεασώμεθα, πῶς ὁ καταλύει τὸν νόμον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀναπληροῖ, ὡς ἐλλιπῶς ἔχοντα. φησὶ γὰρ, ὅτι ἐλέχθη παρὰ τοῦ νομοθέτου πρὸς τοὺς ἀρχαίους ἑβραίους, ὅτι οὐ φονεύσεις ὁμόφυλον, ὦ ἄνθρωπε· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ὑπεύθυνος ἔσαι τῇ κατακρίσει, εἰς τὸ δῶναι δίκην ἀξίαν τοῦ φόνου. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ εἰδελφῷ αὐτοῦ μάτην, ἀκαίρως· ταῦτα γὰρ δηλοῖ τὸ εἰκῇ· ἔνοχος ἔσαι τῇ κατακρίσει. προσθεὶς

[8]) σαφῶς. B.

[9]) αὐτὸν malim, vti Hentenius videtur legisse.

[1]) ἐπὶ δὲ τό. A.

Addens autem *temere*, non omnimodam abſtulit iram, ſed intempeſtiuam tantum abiecit: quae enim opportuna eſt, vtilis eſt. Dicitur autem ira opportuna, quae ſumitur aduerſus eos, qui contra Dei praecepta viuunt: quando non ad vindicandum nos, ſed ad vtilitatem eorum, qui male viuunt, ex dilectione et amore fraterno iraſcimur, cum congrua honeſtate. *Iraſcimini* enim, inquit, *et nolite peccare*, hoc eſt, ne in iraſcendo erretis, ira male vtentes. Nos quoque fratres inter nos inuicem vocauit, vtpote eundem habentes Deum, eundemque primum parentem, eandem naturam, et eandem fidem, eadem praecepta, et eadem promiſſa praemiorum. Vide autem quid addiderit. Radicem ſane caedis incidit: qui enim ita non iraſcitur, nunquam ad caedem perueniet: Sicut neque is qui radicem amputat, ramum vnquam germinare ſinet.

Verſ. 22. *Quicunque — conſilio.*

Superius quidem eum, qui leuiter iraſcebatur condemnauit: hic autem eum, qui ad verba vsque procedit. *Raca* autem vox eſt hebraica, idem ſignificans quod *Tu*. Quia enim iraſcitur quispiam in alterum, ex nomine ipſum nolens appellare, quaſi nomine indignum, loco nominis ponit, *Tu*, in ſignum irae et abominationis. Hunc autem condemnauit, veluti communem naturam abominantem: et ſeniorum populi conſilio, reum ipſum conſtituit, vt ab eis obiurgetur.

Verſ. 22.

a) μὴ, omittit. B.

θεὶς δὲ τὸ εἰκῆ, ἐκ ἀνεῖλε παντάπασι τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ μόνην τὴν ἄκαιρον ἐξέβαλεν. ἡ γὰρ ἔυκαιρος, ὠφέλιμος. ἔστι δὲ εὐκαιρος ὀργὴ, ἡ γινομένη κατὰ τῶν πολιτευομένων ἐναντίως τῶν ἐντολῶν τῦ θεῦ, ὅταν μὴ πρὸς ἐκδίκησιν ἡμετέραν, ἀλλὰ πρὸς ὠφέλειαν τῶν κακῶς βιούντων ἐξ ἀγάπης καὶ φιλαδελφίας ὀργιζώμεθα, μετὰ τῆς προσηκέσης ἐυσχημοσύνης. ὀργίζεσθε [y]) γάρ, φησι, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, τετέσι, μὴ [z]) ἐν τῷ ὀργίζεσθαι πταίετε, κακῶς χρώμενοι τῇ ὀργῇ. ἀδελφὰς δὲ ἡμᾶς ἀλλήλων ἐκάλεσεν, ὡς τὸν αὐτὸν ἔχοντας θεὸν, καὶ τὸν αὐτὸν προπάτορα, καὶ τὴν αὐτὴν φύσιν, καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν, καὶ τὰς αὐτὰς ἐντολὰς, καὶ τὰς αὐτὰς ἐπαγγελίας τῶν ἐπάθλων. [3]) εἶδες, τί προσέταξε. τῷ φόνου τὴν ῥίζαν ἐξέκοψεν. ὁ γὰρ μὴ ἅπαξ ὀργιζόμενος, ἐκ ἥξει ποτὲ πρὸς φόνον, ὥσπερ οὐδ' ὁ ῥίζαν ἐκκόπτων, ἐάσει κλάδον φῦναί ποτε.

y) Eph. 4, 26.

Verſ. 22. Ὃς — συνεδρίῳ.

Ἀνωτέρω μὲν, τὸν ψιλῶς ὀργιζόμενον κατέκρινεν· ἐνταῦθα δὲ, τὸν καὶ μέχρι λόγε προϊόντα. τὸ ῥακὰ δὲ, ἑβραϊκή ἐστι φωνὴ, δηλοῦσα τὸ, σύ. ἐπεὶ γὰρ ὀργιζόμενός τις κατά τινος ἐκ ἀξιοῖ καλέσαι τῦτον ἐξ ὀνόματος, ὡς ἀνάξιον ὀνόματος· ἀντὶ ὀνόματος δὲ τὸ σὺ τίθησιν, εἰς ἔνδειγμα τῆς ὀργῆς καὶ βδελύξεως· κατέκρινε καὶ τῦτον, ὡς τὴν κοινὴν φύσιν βδελυσσόμενον, καὶ ἔνοχον αὐτὸν τῷ συνεδρίῳ τῶν πρεσβυτέρων τῦ λαῦ κατέγνωσεν, εἰς τὸ παρ' αὐτῶν ἐπιτιμηθῆναι.

3) ἄθλων. B.

Verſ. 22. *Quicunque — ignis.*

Hunc magis condemnauit, vtpote auferentem a fratre mentem, qua ab irrationalibus diſtamus: vel potius tanquam iniurioſum contra fidem. Si enim fidelis frater fatuus eſt, vt ille dicit, fatua eſt fides eius.

Hic autem primum manifeſtatur nomen gehennae ignis. Hanc vero gehennam vocari dicunt quidam, quaſi ſemper γεννῶσαν, id eſt, generantem ignem. Alii vero Hebraicum nomen dicunt, huiusmodi ſupplicium ſignificans. Si igitur has, quae a nobis leues iudicantur, iniurias ita puniuit, qua condemnatione digni ſumus, qui graues contra fratres inceſſanter effundimus? Eas itaque quae leues videntur, propter graues puniuit, vt illas timendas iudicantes, ducamus has formidabiliores. Tum etiam quia iratos non magnae ſolum iniuriae ſed et paruae frequenter ad caedes prouocant, iram ad ſcintillae modum accendentes.

Verſ. 23. *Si* — V. 24. *munus tuum.*

Omnia quae ſuperius dixit, et quae nunc dicit, quaeque poſtea dicturus eſt, de dilectione ſunt, quam frequenter ponit, ac diuerſimode laudat, ſicut in progreſſu ſaepius inueniemus. Quum enim eſſet Deus, noſtri amore homo factus eſt, omniaque paſſus, vt et nos Deum, ac nos inuicem amaremus, et per dilectionem nobis mutuo colligaremur, vnumque corpus efficeremur, caput habentes Chriſtum. Ideoque pugnae neruos praecidens, quae dilectionem corrumpunt aufert. Conſidera

4) μερικαί non recte opponitur τῷ μεγάλαι. Hentenius, *paruae*. Forte ergo legit μικραί.

Vers. 22. Ὃς — πυρός.

Τοῦτον μεγάλως κατέκρινεν, ὡς ἀφειρέμενον ἀπὸ τῆ ἀδελφῆ τὴν φρένησιν, καθ' ἣν τῶν ἀλόγων διαφέρομεν, ἢ μᾶλλον, ὡς εἰς τὴν πίστιν ὑβρίζοντα. εἰ γὰρ ὁ πιστὸς ἀδελφὸς, μωρός ἐστιν, ὡς ἔτός φησι, μωρὰ καὶ ἡ πίστις αὐτῆ.

Ἐνταῦθα δὲ πρῶτον ἐξέφηνε τὸ ὄνομα τῆς γεέννης τῆ πυρός. γέενναν δὲ καλεῖσθαι ταύτην φασὶν, οἱ μὲν, ὡς ἀεὶ γεννῶσαν τὸ πῦρ· οἱ δὲ ἑβραϊκὸν ὄνομα τῆτο λέγεσι, δηλῶν τὴν τοιαύτην κόλασιν. εἰ τοίνυν τοὺς δοκέσας παρ' ἡμῖν ἐλαφρὰς ὕβρεις οὕτως ἐκόλασε, πόσας ἐσμὲν ἄξιοι καταδίκης, οἱ τὰς βαρείας κατὰ τῶν ἀδελφῶν ἀφειδῶς ἐνεχέοντες. ἐκόλασεν ἓν τὰς δοκούσας ἐλαφρὰς, διὰ τὰς βαρείας, ἵνα ταύτας φοβερὰς κρίνοντες, ἐκείνας φοβερωτέρας νομίζωμεν. ἄλλως τε καὶ, διότι τοῖς ὀργιζομένοις ἐ μόνον αἱ μεγάλαι ὕβρεις, ἀλλὰ καὶ αἱ [4]) μερικαὶ, φόνος ἐξαρτύουσι πολλάκις, δίκην σπινθῆρος ἐξάπτουσαι τὴν ὀργήν.

Vers. 23. Ἐὰν — V. 24. δῶρόν σε.

Πάντα, ὅσα τε ἀνωτέρω εἶπε, καὶ ὅσα νῦν λέγει, καὶ ὅσα μετὰ τοῦτο ἐρεῖ, ὑπὲρ ἀγάπης εἰσὶν, ἣν μάλιστα περὶ πολλῆ τίθεται, καὶ διαφερόντως ἐπαινεῖ, ὡς ἐν πολλοῖς προβαίνοντες εὑρήσομεν. Θεὸς γὰρ ὢν, ἀγαπῶν ἡμᾶς, ἐνηνθρώπησε, καὶ πάντα πέπονθεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς τον θεὸν τε καὶ ἑαυτὲς ἀγαπῶμεν, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης συνδεθῶμεν ἀλλήλοις, καὶ γενώμεθα ἓν σῶμα, κεφαλὴν ἔχοντες αὐτὸν τὸν χριστόν. διὸ καὶ πρῶτον τὰ νεῦρα τῆς μάχης ὑποτέμνων, τὰ λυμαντικὰ τῆς ἀγάπης ἀπέλαυνε. καὶ ὅρα φιλ-

ſidera ergo amoris erga homines magnitudinem. Deſpicit honorem, qui ſibi exhibetur prae amore erga fratrem, tantum non dicens: Auferatur ſeruitus mea, vt tu fratri reconcilieris: Nam ſacrificium etiam eſt, erga fratrem reconciliatio: neque illam absque hac ſuſcipit.

Reſtat igitur, vt ſiue laudes Deo reddas, ſiue orationem (ſiquidem etiam haec ſacrificia ſunt) ſiue aliud quodcunque, ne proferas illa, fratri tuo irreconciliatus, ſciens quod nihil horum ſit ſuſcepturus, niſi prius reconcilieris. Fertur autem indifferenter ſermo, et ad eum qui affectus eſt iniuria, et ad eum qui iniuriam irrogauit. Et ſi quidem male paſſus es, iniuriam illi remitte, et patiens eſto: quod ſi iniuriam irrogaſti, medere iniuriae, nihilque relinquas eorum, quae ad reconciliationem faciunt. Docuit igitur, quod cuius ſacrificium propter inimicitiam non ſuſcipitur, huius quoque vita omnis Deo eſt abominabilis.

Verſ. 25. *Eſto* — V. 26. *quadrantem.*

† Aduerſarium quidam conſcientiam dicunt, quaſi malae voluntati ſemper oppoſitam et accuſantem eum, qui male operatur: viam autem, praeſentem vitam, in qua beneuolum eſſe oportet ſiue obedientem, honeſta concedenti, et a malis deterrenti.

Quemadmodum ad virtutem exhortari ſolet, non ſolum per ea quae futura ſunt, ſed etiam per praeſentia; ſicut in beatitudinibus diximus: ita rurſum a malo

5) Negligentius haec ſcripta ſunt, *θεράπευσον — μηδὲν ἐλλείψῃς, ὅσα.*

6) Incluſa, in margine Codex vterque.

7) *ἐυνομεῖν.* B.

ανθρωπίας ὑπερβολήν. καταφρονεῖ τῆς εἰς αὐτὸν τιμῆς, ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν ἀδελφὸν ἀγάπης, μονονεχὶ λέγων, ἐγκοπτέσθω ἡ ἐμὴ λατρεία, ἵνα σὺ διαλλαγῇς πρὸς τὸν ἀδελφόν σε. καὶ γὰρ θυσία ἐστὶ, καὶ ἡ πρὸς τὸν ἀδελφὸν καταλλαγὴ, καὶ χωρὶς ταύτης οὐδὲ ἐκείνην προσδέχεται.

Λοιπὸν ἔν, κἂν ὕμνον προσάγῃς θεῷ, κἂν εὐχήν· καὶ ταῦτα γὰρ θυσία ἐστί· κἂν ἑτοιοῦν ἕτερον, μὴ ἀκατάλλακτος ταῦτα προσαγάγῃς, εἰδὼς, ὅτι οὐδὲν προσδέξεται τούτων, εἰ μὴ πρῶτον διαλλαγῇς. ἀδιορίστως δὲ καὶ πρὸς τὸν ἀδικήσαντα ὁ λόγος, καὶ πρὸς τὸν κακῶς πεπονθότα. καὶ εἰ μὲν κακῶς πέπονθας, ἄφες αὐτῷ τὴν ἀδικίαν, καὶ συγγνωμόνησον· εἰ δὲ ἠδίκησας, θεράπευσον τὴν ἀδικίαν, καὶ [5]) μηδὲν ἐλλείψῃς, ὅσα πρὸς καταλλαγὴν φέρουσιν. ἐδίδαξε τοίνυν, ὅτι οὐδὲ ἡ θυσία δι' ἔχθραν ἀπρόσδεκτος, τότε καὶ ὁ βίος ἅπας βδελυκτός ἐστι τῷ θεῷ.

Vers. 25. Ἴσθι — Vers. 26. κολράντην.

[Ἀντιδικόν [6]) τινες, τὸ συνειδὸς λέγουσι, ὡς ἀντικείμενον ἀεὶ τῷ πονηρῷ θελήματι, καὶ κατηγορῶν τῶν ποιούντος τὸ κακόν· ὁδὸν δὲ, τὸν παρόντα βίον, ᾧ χρὴ εὐνοεῖν [7]) ἤγνω πείθεσθαι, τὰ μὲν καλὰ ἐπιτρέποντι, [8]) τῶν δὲ κακῶν ἀποτρέποντι.]

Ὥσπερ εἰώθε προτρέπειν εἰς ἀρετὴν, ἀ μόνον ἀπὸ τῶν μελλόντων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων, καθὼς ἐν τοῖς μακαρισμοῖς εἰρήκαμεν·

[8]) Ita quoque Hentenius reperit. Reddidit enim *concedenti*. Hoc ideo monui, ne quis προτρέπειν ἐπὶ τὰ καλὰ coniiceret. ἐπιτρέπειν alibi etiam habet, pro *iussire, iubere*.

malo ſolet auertere, non per futura ſolum, ſed etiam per praeſentia. Poſtquam enim ab odio reuocauit per futuram gehennam: nunc idem diſſuadet et territat per praeſentem iudicem, et ea quae quotidie accidunt. Dicit ergo, ſi etiam ad tribunal traharis, eſto beneuolus erga aduerſarium tuum, hoc eſt, fias ipſi amicus, quandocunque cum ipſo fueris in via, quae te ducit ad iudicem: priusquam videlicet ad iudicem venias, tunc enim tibi licet reconciliari exoluendo pecunias, quas Lucas ἐργασίαν, id eſt, operam dixit, quia operantur quae volumus, ac perficiunt quod optamus. (Nam et ἐργασία ab ἐργάζομαι dicitur, ſicut opera ab operando.) Melius eſt enim debitum ſiue mulctam exoluere, quam iudicio contendere: mulctatus enim tria maxima referes commoda: puta, in carcerem non proiicieris, nec ad vltimum poenae aut mulctae exactio a te fiet, et inimico reconciliaberis. Iudicio autem contendens, tria ediuerſo peſſima ſuſtinebis incommoda: videlicet, in carcerem proiicieris, ac nouiſſimum reddes quadrantem, quem Lucas poſtremum minutum dixit, hoc eſt, minutiſſimum genus eorum ad quae ſoluenda fueris condemnatus: et tertium, quod nec ita reconciliaberis. Veriſimile eſt enim aduerſarium permanere, quantumcunque te vicerit. Sunt autem quidam, qui ea quae dicta ſunt, anagogice interpretantur, quod Chryſoſtomus ad praeſens non recipit.

V. 27. *Audiſtis* — V. 28. *in corde ſuo.*

In lege quoque poſtquam dictum eſt, *Non occides*, ponitur etiam: *Non committes adulterium.* Reſtat

[9]) ὅτι ἐὰν καί. A. [5]) ὁ λεγῶς, omittit. A.

ἔτω πάλιν ἐωθεν ἀποτρέπειν τῆς κακίας, ἐ μόνον ἀπὸ τῶν μελλόντων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων. ἀποτρέψας γὰρ τῆς ἔχθρας, διὰ τῆς μελλήσης γεέννης, νῦν ἀποτρέπει ταύτης καὶ φοβεῖ, καὶ διὰ τῦ παρόντος κριτῦ, καὶ τῶν κακθεκάσην γινομένων. φησὶν ἕν, ὅτι[2] καὶ ἐὰν εἰς δικαστήριον ἑλκυθῆς, ἴωθι ἐυνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σε, τετέσι, γένε ἐυνες αὐτῷ καὶ φίλος, ἐν ὅσῳ τυγχάνεις ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτῦ, τῇ πρὸς τὸν δικασην φερέσῃ, ὅ ἐσι, πρὸ τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὸν δικασήν. ἔξεσι γάρ σοι τηνικαῦτα καταλαγῆναι, χρήματα καταβαλομένῳ, ἅπερ ὁ λεκᾶς,[1]) ἐργασίαν[2]) ἐκάλεσεν, ὡς ἐργαζόμενα, ὃ βελόμεθα, καὶ ἀνύοντα τὸ σπεδαζόμενον. κρεῖσσον γὰρ ζημιωθῆναι, ἢ δικασθῆναι. ζημιωθεὶς μὲν γὰρ διὰ τὴν ἀγάπην, τρία κερδανεῖς κάλλισα, τὸ μὴ ἐκβληθῆναι[2]) τῇ φυλακῇ, τὸ μὴ ζημιωθῆναι τὰ ἔσχατα, καὶ τὸ καταλαγῆναι τῷ ἐχθρῷ· δικασθεὶς δὲ, τρία τἐναντίον ὑποσήσῃ τὰ[3]) κάκισα, τὸ ἐμβληθῆναι τῇ φυλακῇ, τὸ ἀποδῶναι τὸν ἔσχατον κοδράντην· ὄντινα ἔσχατον[4]) λεπτὸν εἶπεν ὁ λεκᾶς, τετέσι καὶ τὸ λεπτότατον εἶδος, ὧν δῶναι κατεδικάσθης· καὶ τρίτον, τὸ μηδὲ ἅτω καταλαγῆναι. εἰκὸς γάρ, τον ἀντίδικον ὁπωσδήποτε περιγενέσθαι σε. εἰσὶ δέ τινες ἀναγωγικῶς ἑρμηνέυοντες τὰ ῥηθέντα, ὅπερ ὁ χρυσόσομος[4]) ἐπὶ τῦ παρόντος ἐκ ἀπεδέξατο.

a) Luc. 12, 58.

a) Luc. 12, 59.

Verſ. 27. Ἠκέσατε — Verſ. 28. ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

Καὶ ἐν τῷ νόμῳ μετὰ τὸ, ἐ φονεύσεις, τὸ ἐ μοιχεύσεις κεῖται. λοιπὸν ἓν ἀπαρτίσας τὴν προτέραν ἐντολήν,

[2]) In textu βληθῆναι εἰς Φυλακήν. Certe ἐμβληθῆναι legendum, vt mox.
[3]) ὑποσήσῃ κακά. A. [4]) Tom. VII. p. 219. C.

Reſtat igitur vt poſtquam prius expleuit praeceptum, tranſeat ad ſequens: et poſtquam iram correxit, etiam concupiſcentiam moderetur. Sicut autem in priori praecepto addens, *Temere*, diſtinxit iram opportunam ab intempeſtiua: ita et in praeſenti addens: *Ad concupiſcendum*, diſtinxit aſpectum ſine affectu, ab eo qui vitio afficitur. Neque enim ſimpliciter dixit, *qui* videt: Sed, *Qui videt ad concupiſcendum*, hoc eſt, qui curioſe videt, et cum animi aegritudine, quaſi coitum concupiſcendo: talis enim iam cor ſuum animi affectione impleuit: ideoque voluntate adulterium commiſit. Vel qui ad hoc videt vt concupiſcat. Iſte nempe affectionum perturbationem quaeſiuit, et ad concupiſcentiam transfugit, ac ſeipſum animi perturbationi tradidit. Quodſi corpore alterius vxorem non tetigit, at ſaltem voluntate. Qui autem in tranſitu videt, aut alia quapiam neceſſitate, crimine vacat. Mulierem vero dixit, ſiue viro coniunctam, ſiue ab eo ſolutam, ſiue virginem.

Scire autem oportet huiusmodi praecepta, etſi ad viros dirigi videntur, mulieres quoque reſpicere. Siquidem vir caput eſt mulieris, caput autem et membra vnita ſunt. Prohibuit ergo aſpectum curioſum: a tali enim, affectio ad cor defluit: quod vbi aegrotat, incendit et corpus ad coitum. Itaque radicem abſcidit, ne producto ramo fructum quoque proferat.

Verſ. 29. *Si* — Verſ. 30. *gehennam.*

Non de corporis membris loquitur: illa enim culpa vacant: Nam corporis membra ab anima ducuntur, et quocunque illa iuſſerit mouentur. Sed dextrum quidem oculum vocat idoneum amicum,

τολὴν, καὶ ἐπὶ τὴν μετ' ἐκείνην πρόεισι, καὶ τὸν θυμὸν ῥυθμίσας, παιδαγωγεῖ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῆς προτέρας ἐντολῆς, προσθεὶς τὸ εἰκῇ, διέσειλε τὴν εὐκαιρον ὀργὴν ἀπὸ τῆς ἀκαίρε· ἔτω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης, τὸ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι προσθεὶς, διέσειλε τὴν ἀπαθῆ ὄψιν ἀπὸ τῆς ἐμπαθοῦς. ἐκ εἶπε γὰρ, ὅτι ὁ βλέπων ἁπλῶς, ἀλλ' ὁ βλέπων πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, τετέσιν, ὁ βλέπων περιέργως, ὁ βλέπων ἐμπαθῶς, ὥστε ἐπιθυμῆσαι συνεσίας. ὁ τοιοῦτος γὰρ ἤδη τῷ πάθει ἐνέπλησε τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ, καὶ λοιπὸν τῇ προαιρέσει ἐμοίχευσεν. ἢ ὁ διὰ τοῦτο βλέπων, ἵνα ἐπιθυμήσῃ. ὁ τοιοῦτος γὰρ ἐζήτησε τὸ πάθος, καὶ ἠυτομόλησε πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ προδέδωκεν ἑαυτὸν τῷ πάθει, καὶ εἰ καὶ μὴ τῷ σώματι ἥψατο τῆς γυναικὸς, ἀλλά γε τῇ προαιρέσει. ὁ δὲ κατὰ πάροδον βλέπων, ἢ κατά τινα χρείαν ἄλλην, ἀνέγκλητος. γυναῖκα δὲ νῦν λέγει, καὶ τὴν ἐξευγμένην ἀνδρὶ, καὶ τὴν ἀπολελυμένην, καὶ τὴν παρθένον.

Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὰ τοιαῦτα παραγγέλματα, εἰ καὶ πρὸς ἄνδρας ἀποτείνεθαι δοκοῦσιν, ἀλλά γε καὶ πρὸς γυναῖκας ὁρῶσιν. ὁ γὰρ ἀνὴρ κεφαλὴ τῆς γυναικός ἐστι· τῇ δὲ κεφαλῇ καὶ τὰ μέλη ἥνωνται. ἐκόλασε τοίνυν τὴν περίεργον θέαν, διότι ἐκ ταύτης καταῤῥεῖ πάθος ἐπὶ τὴν καρδίαν· αὕτη δὲ παθοῦσα, παροξύνει τὸ σῶμα πρὸς συνεσίαν. προανεῖλεν οὖν τὴν ῥίζαν, ἵνα μὴ κλάδος φυεὶς ἐνέγκῃ καρπόν.

Verſ. 29. Εἰ δὲ — V. 30. γέενναν.

Οὐ περὶ μελῶν σώματός φησιν· ἀνέγκλητα γὰρ τὰ μέλη τοῦ σώματος· ὑπὸ γὰρ τῆς ψυχῆς ἄγονται, καὶ πρὸς ὃ ἂν αὕτη κελεύσῃ κινοῦνται· ἀλλ' ὀφθαλμὸν μὲν δεξιὸν καλεῖ, τὸν δίκην ὀφθαλμοῦ σεργά-

cum, qui instar oculi amatur: manum autem dextram, ministrum commodum, qui in modum manus vtilis est, siue viri sint, siue mulieres. Dicit igitur, quodsi hi tibi fuerint offendiculo, aliquam afferentes mentis perturbationem: nec eis parcas, sed amputa ipsos omni quae aduersus te est affectione: et proiice abs te. Neque dixit, *Percute*, sed *amputa*, manifestans omnimodam separationem. Dicens quoque, *Amputa*, non ibi permansit; sed vlterius sermonem extendit, addens: *Et proiice abs te:* ne in proximo remanens, fiat rursus familiaris. Quia autem rem duram praeceperat, lucrum in posterum demonstrauit ab eo quod vtile est.

Vers. 31. *Dictum est autem* — V. 32. *adulterium committit.*

Ecce et aliud adulterii genus demonstrat. Iubebat enim lex vetus, vt quomodocunque odisset quispiam vxorem propriam, ne eam retineret, sed dato ipsi libello repudii, dimitteret. Iubebat autem abiicere siue repudiare, ne occiderent eam: aegre enim reconciliabantur Iudaei, non modo erga vxores, sed etiam erga filios. Vnde et Christus quadragesimo capite dixit ad eos: Moyses, propter duritiam cordis vestri permisit vobis repudiare vxores vestras. Iussit autem dare libellum repudii, ne postea, alteri iam nuptam viro, posset rursus apprehendere, quasi propriam: et hinc orirentur turbationes ac seditiones.

Christus vero praedictis verbis mansuetius eos instituens, iubet ne vxorem repudient, nisi stupri causa. Stuprum autem vocat hic adulterium: Sed neque

5) μὴ addit, et mox, post ἀνδρί, omittit. A.

ἐργόμενον δεξιὸν Φίλον· χεῖρα δὲ δεξιὰν, τὸν δίκην χειρὸς χρησιμεύοντα δεξιὸν ὑπηρέτην, καὶ εἴτε ἄνδρες εἶεν, εἴτε γυναῖκες. λέγει τοίνυν, ὅτι ἐὰν οἱ τοιοῦτοι σκανδαλίζωσί σε πρὸς ἐμπάθειαν, μηδὲ τάτων Φείσῃ· ἀλλ' ἔκκοψον αὐτὰς τῆς πρὸς σὲ σχέσεως, καὶ βίψον πόῤῥω σε. καὶ ἐκ εἶπε κόψον, ἀλλ' ἔκκοψον, τὴν παντελῆ διάζευξιν ἐμφήνας. καὶ εἰπὼν ἔκκοψον, ἐκ ἔστι μέχρι τότε, ἀλλ' ἐπέτεινε τὸν λόγον, προσθεὶς τὸ, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ, ἵνα μὴ πλησίον τυγχάνων αὖθις οἰκειωθῇ. ἐπεὶ δὲ ἀποτόμως ἐκέλευσεν, ἔδειξε λοιπὸν τὸ ἐντεῦθεν κέρδος, ἀπὸ τῆ συμφέροντος.

V. 31. Ἐῤῥέθη δὲ — V. 32. μοιχᾶται.

Ἰδοὺ καὶ ἕτερον εἶδος μοιχείας δείκνυσι. νόμος γὰρ ἦν παλαιὸς κελεύων τὸν ὁπωσδήποτε μισῆντα τὴν ἰδίαν γυναῖκα, μὴ κατέχειν, ἀλλ' ἐκβάλλειν αὐτὴν, δόντα αὐτῇ ἀποστάσιον, ὃ ἔστιν ἔγγραφον ἀπολύσεως, καὶ ἐκβάλλειν μὲν αὐτὴν, ἵνα μὴ φόνος γένηται. δυσκατάλλακτοι γὰρ ἦσαν ἰδιῶται, ἃ πρὸς τὰς γαμετὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ τέκνα. διὸ καὶ ὁ χριστὸς εἴρηκε πρὸς αὐτὰς ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ κεφαλαίῳ, ὅτι [b]) μωϋσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολύσαι τὰς γυναῖκας ὑμῶν, διδόναι δὲ ἀποστάσιον, ἵνα [5]) μετὰ τοῦτο, γαμηθεῖσης αὐτῆς ἑτέρῳ ἀνδρὶ, μὴ δυνηθῇ, [6]) ὡς οἰκείας γυναικὸς, πάλιν ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ γίνωνται συγχύσεις καὶ τάσεις ἐντεῦθεν.

b) Matth. 19, 8.

Ὁ δὲ χριστὸς νῦν, ἡμερωτέρας αὐτὰς διὰ τῶν προλαβόντων λόγων καταστήσας, κελεύει, μὴ ἀπολύειν τὴν γυναῖκα, παρεκτὸς λόγε πορνείας, τουτέστι,

[6]) δυνηθείη. B.

neque dimiſſam permittit alteri viro nubere. Qui enim extra ſtupri cauſam, ſuam repudiat, facit eam adulteram eſſe, quum alteri viro commiſceatur. Qui vero ſic ab altero repudiatam duxerit, adulterium cum aliena committit. His autem datis praeceptis, vxorem etiam cordatiorem ac modeſtiorem reddidit. Audito namque quod ſe repudiatam nullus in vxorem ducturus eſt, proprium amabit virum, eique inſeruiet: et ita criminis adulterii admonens, tam eum qui ſine cauſa propriam repudiat vxorem, quam eum, qui ab alio repudiatam ducit, pacem coniunctorum conſtrinxit: magisque ne committeretur adulterium curauit. Qui enim ſuam non abiicit, ſed amat potius, alienam nequaquam concupiſcet: ſimiliter et qui ab alio repudiatam prohibetur ducere, ſuam non fecile repudiabit.

Verſ. 33. *Rurſum* — Verſ. 34. *omnino.*

† *Illud quidem.* Non peierabis, *in libro Exodi ſcribitur: hoc autem*, Reddes domino iuramenta tua, *in libro Deuteronomii, ſed per alia verba. Praecepit autem hoc, ne per falſi nominis deos iurarent.*

† Non iurare, et iuramentum non petere, ad idem inducunt. Quomodo enim ad id quod tu fugis, fratrem tuum induces, ſi tamen fratris amator es, et non magis pecuniae?

Vetus quidem lex dicit: *Non peierabis: offeres autem domino iuramenta tua:* quod addit, vt

7) Incluſa in marg. habet. A.

8) καὶ τῷ — ὀμῇ omiſit Hentenius. Notum autem eſt, haec non reperiri αὐτολεξεὶ in V. T.

τετέσι, δίχα αἰτίας πορνείας· πορνείαν ἐνταῦθα, τὴν μοιχείαν ὀνομάσας· ἀλλὰ μηδ' ἀπολελυμένην ὑφ' ἑτέρε ἀνδρὸς γαμεῖν. δίχα γὰρ λόγε πορνείας ὁ μὲν ἀπολύσας τὴν ἑαυτῆ, ποιεῖ αὐτὴν μοιχεύειν, συμπλεκομένην ἑτέρῳ ἀνδρί· ὁ δὲ γαμήσας ἀπολελυμένην ὑφ' ἑτέρε, μοιχεύει τὴν ἀλλοτρίαν. ταῦτα δὲ νομοθετήσας, σώφρονα καὶ τὴν γυναῖκα πεποίηκεν. ἀκέσασα γὰρ, ὅτι ἀπολυθεῖσαν αὐτὴν ἐδεὶς γαμήσει, τέρξει τὸν οἰκεῖον ἄνδρα, καὶ θεραπεύσει. ἕτω μοιχείας ὑποβαλὼν ἐγκλήματι καὶ τὸν ἀλόγως ἐκβάλοντα τὴν ἑαυτῆ γυναῖκα, καὶ τὸν γαμοῦντα τὴν ἀπολελυμένην ἑτέρῳ, ἐπέσφιγξε τὴν εἰρήνην τῶν συζύγων, καὶ τὸ, μὴ μοιχεύειν, μᾶλλον ἐπέτεινεν. ὁ γὰρ μὴ ἐκβάλλων, ἀλλὰ τέργων τὴν ἑαυτῆ, ἐκ ἂν ἐπιθυμήσῃ τῆς ἀλλοτρίας· καὶ ὁ κωλυόμενος γαμεῖν τὴν ἀπολελυμένην ἑτέρῳ, οὐκ ἂν ἀπολύσῃ τὴν ἑαυτοῦ.

Verſ. 33. Πάλιν — Verſ. 34. ὅλως.

[Τὸ μὲν, [7]) ἐκ ἐπιορκήσεις, γέγραπται ἐν τῇ βίβλῳ [c]) τῆς ἐξόδε· τὸ δὲ ἀποδώσεις τῷ κυρίῳ τὰς ὅρκας σε, ἐν τῇ βίβλῳ τῇ [d]) δευτερονομίε, πλὴν δι' ἑτέρων λέξεων· καὶ [8]) τῷ ὀνόματι κυρίε ὀμῆ. τέτο δὲ προσέταξεν, ἵνα μὴ κατὰ τῶν ψευδωνύμων θεῶν ὀμνύωσι.

c) Exod. 20, 7.
d) Deut. 23, 21-23.

Τὸ μὴ ὀμόσαι, καὶ τὸ μὴ ἀπαιτῆσαι ὅρκον συνεισάγει. ὁ γὰρ σὺ φεύγεις, πῶς ἐπάξεις τῷ ἀδελφῷ σε, ἔπερ φιλάδελφος εἶ, καὶ οὐ φιλοχρήματος;]

Ὁ μὲν παλαιὸς νόμος φησὶν, ὅτι ἐκ ἐπιορκήσεις, προσενέγκῃς [9]) δὲ τῷ θεῷ τὰς ὅρκας σου. τέτο

9) Aoriſtus coniunctiui pro futuro προσοισεις.

vt iuranti timorem incuteret, ne peieraret, ſciens Deum ipſum, qui omnia nouit, iuramentum ſuſpicere. Ego autem dico vobis: *Ne iuretis omnino.* Qui enim facile iurat, aliquando fortaſſe peierabit ob iurandi conſuetudinem: qui autem nullo modo iurat, non peierabit vnquam. Praeterea quoque iurans ita ne peieres, cultum diuinum obſeruas: at nullo modo iurans, ipſum maxime prouehis: et illud mediocris et imperfectae philoſophiae eſt, hoc autem ſummae ac perfectae.

Verſ. 34. *Neque* — V. 35. *regis eſt.*

Ne putarent quod aduerſus Deum ſolum iurare prohiberet, dicendo *μὰ τὸν θεὸν*, id eſt, *per Deum:* addit et alias iuramentorum ſpecies: quibus tunc Iudaei iurabant: qui enim per haec iurat, rurſus per Deum iurat, qui haec implet, eisque dominatur. Nam haec propter eum in honore habentur, et non per ſeipſa. Dicit autem per prophetam: Coelum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum: manifeſtans per hoc propheta, quod omnia Deus impleat. Ait enim: *Nonne coelum et terram ego impleo?* Dauid quoque dicit: *Ciuitas regis magni.*

Verſ. 36. *Neque* — *facere.*

Neque viliſſimum ideoque paratiſſimum iuramentum iuraueris, dico ſane per proprium caput, ne etiam ad maiora procedas. Alio quoque modo. Creatura namque etiam Dei poſſeſſio eſt: et rurſum per Deum ſit iuramentum, qui ipſam in ſua habet poteſtate. Licet enim tuum quoque ſit, non eſt

*) Quae hic incluſimus, ea ex Cod. A. haud dubie ob duplex *ποτὲ*, exciderant.

τῦτο δὲ εἶπε, φόβον τῦ μὴ ἐπιορκῆσαι ἐπικρεμαννὺς τῷ ὀμνύοντι, γινώσκοντι, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸς δέχεται τὸν ὅρκον, ὁ πάντα γινώσκων· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὁμόσαι ὅλως. ὁ μὲν γὰρ ἐνορκῶν, ἴσως ἐπιορκήσει ποτὲ, [τῇ [1]) συνηθείᾳ τοῦ ὀμνύειν· ὁ δὲ μηδέποτε ὀμνύων, οὐκ ἐπιορκήσει ποτέ.] ἄλλως τε δὲ, καὶ τὸ μὲν ὀμνύοντα μὴ ἐπιορκεῖν, εὐσέβειαν εἰς Θεὸν ἐπαίδευε· τὸ δὲ μὴ ὀμνύειν ὅλως, ἐπιτείνει μᾶλλον τὴν εὐσέβειαν. καὶ κεῖνο μὲν τῆς μέσης καὶ ἀτελῦς ἦν Φιλοσοφίας· τῦτο δὲ τῆς ἄκρας καὶ τελείας ἐστί.

Vers. 34. Μήτε — V. 35. βασιλέως.

Ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι μόνον τὸ κατὰ Θεῦ ὀμνύειν ἐκώλυσε, λέγω δὴ τὸ, μὰ τὸν Θεὸν, προστίθησι λοιπὸν καὶ τἆλλα εἴδη τῶν ὅρκων, ἐν οἷς ἰδιῶται τηνικαῦτα ἄμνυον. ὁ γὰρ κατὰ τῶτων ὀμνύων, ὀμνύει πάλιν κατὰ τῦ Θεῦ, τῦ πληρῦντος αὐτὰ, καὶ δεσπόζοντος αὐτῶν. τίμια γὰρ ταῦτα ἐδὶ ἑαυτὰ, ἀλλὰ δι' αὐτόν. προφητικὸν δὲ, ὁ [e]) οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· δηλῶν, ὅτι ὁ Θεὸς τὰ πάντα πληροῖ. φησὶ γάρ· ἐγὼ [f]) τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληρῶ; δαυϊτικὸν δὲ, ἡ πόλις [g]) τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου.

e) Ies. 66, 1.
f) Ier. 23, 24.
g) Pf. 47, 3.

Vers. 36. Μήτε — ποιῆσαι.

Μηδὲ τὸν εὐτελέστατον, καὶ διὰ τῦτο προχειρότατον ὅρκον ὀμόσῃς, φημὶ δὴ, τὸν κατὰ τῆς ἰδίας κεφαλῆς, ἵνα μὴ καὶ εἰς μέζονα προβῇς. ἄλλως τε δὲ, καὶ αὕτη κτίσμα, καὶ κτῆμα Θεοῦ ἐστι, καὶ πάλιν κατὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐξουσιάζοντος αὐτῆς, γίνεται ὁ ὅρκος. εἰ γὰρ καὶ σή

est tamen tuum opus: quod ex eo manifestum est, quia non potes vnum capillum album facere vel nigrum.

Vers. 37. *Sit — est.*

Sit inquit sermo vester quando affirmatis, *Est:* quando vero negatis, *Non:* hisque solis pro iuramentis ad confirmationem vtamini, et nullo alio quam *Est* et *Non*. Quod praeter haec adiungitur, dicit iuramentum. Si autem iuramentum a diabolo est, quomodo ipsum lex vetus permittebat? Quia et animalium sacrificia a malo quidem erant et deceptione idolorum, ea tamen permisit lex propter Hebraeorum infirmitatem. Quum enim glutones essent ac lurcones, idolothyta amabant. Et item quum essent incredvli, iuramentum quoque diligebant. Vt autem deinceps neque idolis sacrificarent, neque per idola iurarent, permisit quidem lex sacrificare ac iurare, et si quid aliud est simile: omnia vero ad Deum transtulit. Futurum autem erat vt successu temporis, etiam haec sublimiori legislatione amputaret. Quia et lactere infantibus quidem vtile est, viris autem admodum ineptum: ideoque infantium more viuentibus hoc concedimus: viriles vero ab eo abducimus ac prohibemus. Quid igitur agendum, si quis iuramentum expetat, imo iurare cogat? Sit tibi Dei timor violentior, quam haec necessitas: omniaque pati eligas potius, quam praeceptum transgredi. In omni siquidem praecepto vis ac violentum periculum tibi saepius occurret: et nisi ubique violentius ducas diuinum praeceptum, omnia a te vacua et infecta discedent. In sequentibus

ἐστι, ἀλλ' οὐ σὸν [2]) ποίημα. καὶ δῆλον, ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαί σε μίαν τρίχα ποιῆσαι λευκὴν ἢ μέλαιναν.

Verſ. 37. Ἔσω — ἐστιν.

Ἔσω, φησὶν, ὁ λόγος ὑμῶν, ὁ βεβαιωτικὸς, ὅτε μὲν κατατίθεσθε, ναί· ὅτε δὲ ἀρνεῖσθε, οὔ. καὶ τέτοις μόνοις εἰς βεβαίωσιν ἀντὶ ὅρκων χρήσασθε, καὶ μηδὲν πλέον τῦ ναὶ καὶ οὔ. περισσὸν δὲ τέτων λέγει, τὸν ὅρκον. καὶ εἰ ἐκ τῦ διαβόλου ἐστὶν ὁ ὅρκος, πῶς ὁ παλαιὸς νόμος αὐτὸν ἐπέτρεψε; διότι καὶ αἱ ζωοθυσίαι ἐκ τῦ πονηρῦ μὲν ἦσαν, καὶ τῆς εἰδωλικῆς πλάνης ἐτύγχανον, ἐπέτρεψε δὲ ὅμως αὐτὰς ὁ νόμος τηνικαῦτα, διὰ τὴν τῶν ἑβραίων ἀσθένειαν, οἰκονομίᾳ σοφῇ. ἐπεὶ γὰρ λείμαργοι μὲν ὄντες, ἠγάπων τὸ ζωοθυτεῖν· ἀπειθεῖς δὲ τυγχάνοντες, ἐφίλων τὸν ὅρκον, ἵνα λοιπὸν μήτε τοῖς εἰδώλοις θύωσι, μήτε κατὰ εἰδώλων ὀμνύωσι, συνεχώρησε μὲν καὶ τὸ θύειν, καὶ τὸ ὀμνύειν, καὶ εἴ τι τοιῦτον. ἐπὶ τὸν Θεὸν δὲ πάντα μετέσησεν. ἔμελλε γὰρ καιρῦ καλοῦντος, ἐκκόψαι καὶ ταῦτα, διὰ ὑψηλοτέρας νομοθεσίας. ἐπεὶ καὶ τὸ θηλάζειν, νηπίοις μὲν λυσιτελὲς, ἀνδράσι δὲ καὶ λίαν ἀνεπιτήδειον, καὶ διὰ τῦτο νηπιάζειν μὲν τότε παραχωρῦμεν, ἀνδρωμένοις δὲ λοιπὸν ἀπάγομεν αὐτῦ καὶ κωλύομεν. τί οὖν; ἐάν τις ὅρκον ἀπαιτῇ καὶ καταναγκάζῃ, ἔσω σοι τῆς ἀνάγκης ταύτης ὁ τῦ Θεῦ Φόβος ἀναγκαιότερος, καὶ πάντα παθεῖν ἕλῦ μᾶλλον, ἢ παραβῆναι τὴν ἐντολήν. καὶ γὰρ ἐπὶ πάσης ἐντολῆς πολλάκις ἀπαντήσεταί σοι βία, καὶ βιωτικὸς κίνδυνος, καὶ εἰ μὴ πανταχῦ βιαιοτέραν νομίσῃς τὴν Θείαν ἐντολὴν, οἰχήσονταί σοι πᾶσαι κεναὶ καὶ ἄπρακτοι. προϊὼν

[2]) ἐστὶ addit. A.

tibus autem dicit dominus, regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.

Verſ. 38. *Audiſtis* — V. 39. *malo.*

Quidam veteri legi indignantur, iubenti oculum pro oculo, ac dentem pro dente eruere, et ſine compaſſione contra eum qui oculum aut dentem quempiam eruit, eandem denuntianti calamitatem. Eſt autem haec lex homini maxime amica. Id enim iuſſit, vt timore ſimilis afflictionis cauerent, ne illius temporis homines, qui ad plagas mutuo inferendas anhelabant, oculos aut dentes ſibi inuicem eruerent. Chriſtus autem homini beneuolentior quam legislator, huiusmodi mala non ſimilis metu afflictionis, ſed futurae damnationis timore diſſuaſit. Quum enim in praecedentibus dixerit, quod quicunque dixerit fratri ſuo Fatue, reus erit gehennae ignis: manifeſte innuit eum qui verberaret, plus quam deſipere: qui autem membro mutilaret, adhuc amplius. Vnde iuſſit non reſiſtere malo. Malum vero quidam hic illum dixerunt, qui verberaſſet. Chryſoſtomus vero diabolum intelligit. Hoc autem dixit Chriſtus, docens quod eo inſtigante haec attentata ſunt, et in hunc transmiſit iram eius, qui iniuria affectus eſt, exaſperatam aduerſus eum, qui haec auſus fuerat. Quid ergo, neque diabolo reſiſtere licebit? Vtique, ſed non in vlciſcendo fratre: hanc enim reſiſtentiam prohibuit: ſed in patiendo ac ſuſtinendo. Neque enim per iram extinguitur ira: ſicut nec ignis igni, ſed contraria fiunt contrariis medicamentis.

Verſ. 39.

γὰρ ἔφην ὁ κύριος, ὅτι c) βιαστὴ ἐστιν ἡ βασιλεία τῷ θεῷ, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. c) Matth. 11, 12.

Vers. 38. Ἠκούσατε — V. 39. πονηρῷ.

Τινὲς μέμφονται τῷ παλαιῷ νόμῳ, κελεύοντι ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος ἐκβάλλειν, καὶ ἀσυμπαθῶς κατὰ τῶν ἐκβαλόντος ὀφθαλμὸν ἢ ὀδόντα τινὸς τὴν ταυτοπάθειαν ἀποφηναμένῳ· ἐπὶ δὲ μάλιστα Φιλάνθρωπος ἔτος ὁ νόμος. τοῦτο γὰρ ἐκέλευσεν, ἵνα φόβῳ τῆς ταυτοπαθείας μὴ τὰς ἀλλήλων ἐκκόπτωσιν ὀφθαλμοὺς καὶ ὀδόντας οἱ τότε ἄνθρωποι, σφόδρα λυττῶντες εἰς τὰς κατ' ἀλλήλων πληγάς. ὁ δὲ χριστὸς Φιλανθρωπότερον νομοθετῶν, οὐκ ἐκ τῆς ταυτοπαθείας ἀνεχαίτισε τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ἐκ τῆς μελλούσης κολάσεως. εἰρηκὼς γὰρ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν, ὅτι ὃς δ' ἂν f) ἔπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ῥακᾶ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός, δέδωκε νοεῖν, ὅτι ὁ πλήξας μεῖζον τιμωρηθήσεται, ὁ δὲ πειράσας, ἔτι πλεῖον· ὅθεν ἐκέλευσε μὴ ἀντισῆναι τῷ πονηρῷ. πονηρὸν δὲ νῦν, τινὲς μὲν, τὸν πλήξαντα εἶπον· ὁ δὲ χρυσόστομος 3) τὸν διάβολον εἰρηκε. τοῦτο δὲ εἶπεν ὁ χριστὸς, διδάσκων, ὅτι ἐκεῖνος παροξύνοντος, ταῦτα ἐτολμήθη, καὶ ἐπὶ τοῦτον μεθίστησι τὸν θυμὸν τοῦ πεποιθότος, ἀγριαίνοντα κατὰ τοῦ τολμήσαντος. τί δῆτα; δεῖ ἀντισῆναι τῷ διαβόλῳ; ναί. ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ ἀμύνεσθαι τὸν ἀδελφόν· ταύτην γὰρ τὴν ἀντίστασιν ἐκώλυσεν· ἀλλ' ἐν τῷ μακροθυμεῖν τε καὶ ὑπομένειν. ὁ γὰρ θυμῷ σβεννύτω θυμὸς, ὥσπερ δὲ πυρὶ, πῦρ· ἀλλὰ τὰ ἐναντία γίνονται τῶν ἐναντίων ἰάματα. f) Matth. 5, 22.

3) T. VII. p. 234. E.

Verſ. 39. *Sed — alteram.*

Iubet vt non ſolum non vindicemus, ſed potius, vt nos ipſos caedenti praebeamus: et per patientiam ac magnanimitatem ipſum refrenemus. Haec enim ille videns, non ſolum non infliget plagam alteram, ſed de prima quoque reſipiſcet ac reconciliabitur: quod ſi reſtiteris, accendetur magis et exaſperabitur.

Quare autem quum multa ſint corporis membra, de ſolo oculo ac dente diſtinxit lex? Quia his praecipue partibus ſolent pugnantes plagas inferre, vtpote minus ſeruatis, quaeque magis in promptu ſunt, ac facilius vulnerantur. Per haec autem ad caetera quoque membra lex extenditur. Dextra quoque maxilla maxime idonea eſt ad ſuſtinendam iniuriam, quae et commodius pulſatur manu dextra iniuriam irrogantis: et de hac eſt praeceptum, quod etiam ad reliqua membra ſimiliter pertingit.

Verſ. 40. *Et — pallium.*

Vult vt tolerantiam ac magnanimitatem hanc, non ad plagas ſolum, et iniurias, ſed ad poſſeſſiones quoque et opes praebeas: ad iſta nempe pertingit etiam ſermo, qui fit de tunica, vtpote commodiori vt auferatur. Dicit enim, Volenti te in ius trahere, tuamque auferre tunicam, relinquas etiam pallium: ac vincas illius auaritiam: non tantum ſubſtantiae quam petit ceſſione, verum etiam addendo id quod non petit. Quum enim haec feceris, vel relinquet quod petebat, tantam veritus chriſtianam tuam philoſophiam: vel eo quod petit ablato, non attinget quod non petebat: frequenter

Vers. 39. Ἀλλ' — ἄλλην.

Κελεύει, μὴ μόνον μὴ ἀμύνεσθαι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐμπαρέχειν ἑαυτὸν τῷ πάσχοντι, καὶ διὰ τῆς ἀνεξικακίας καὶ μεγαλοψυχίας ἀνασέλλειν αὐτόν. βλέπων γὰρ ταῦτα ἐκεῖνος, ὁ μόνον ἓκ ἐπάξει πληγὴν δευτέραν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ πρώτῃ μεταμελήσεται, καὶ καταλλαγήσεται· ἀντιδρῶντος δέ σου, μᾶλλον ἐξαφθήσεται καὶ ἀγριωθήσεται.

Καὶ διατί, πολλῶν ὄντων μελῶν τὸ σώματος, περὶ μόνα τὸ ὀφθαλμὸ καὶ τὸ ὀδόντος διέλαβεν ὁ νόμος; διότι κατὰ τούτων μάλιστα τῶν μερῶν εἰώθασιν ἐπάγειν τὰς πληγὰς οἱ μαχόμενοι, ὡς ἀφυλάκτων καὶ προχείρων καὶ ῥᾳδίως τραυματιζομένων. ὁ δ' ἐπὶ τούτοις νόμος, καὶ ἐπὶ πάντα τὰ λοιπὰ ἐκτείνεται μέλη. καὶ ἡ δεξιὰ δὲ σιαγὼν πρόχειρος εἰς ὕβριν, ἐπιτηδειότερον ἐμπίπτουσα τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὸ ὑβρίζοντος. καὶ ἡ ἐπὶ ταύτῃ ἐντολὴ καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως διήκει.

Vers. 40. Καὶ τῷ — ἱμάτιον.

Βλέπεταί σε τὴν ἀνεξικακίαν καὶ μεγαλοψυχίαν ταύτην, μὴ μόνον ἐπὶ πληγῶν καὶ ὕβρεων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κτημάτων καὶ χρημάτων παρέχεσθαι. ὁ γὰρ περὶ τὸ χιτῶνος λόγος, ὡς προχείρου εἰς τὸ ἀφαιρεῖσθαι, καὶ ἐπὶ ταῦτα διήκει. Φησὶ γάρ, ἔτι τῷ θέλοντί σοι δικάσασθαι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον, καὶ νίκησον τὴν αὐτοῦ πλεονεξίαν. μὴ μόνον τῇ ἐκουσίῳ παραχωρήσει τὸ ἀπαιτεμένε, ἀλλὰ καὶ τῇ προσθήκῃ τὸ μὴ ἀπαιτεμένε. τοῦτο γάρ σου ποιοῦντος, ἢ καταλείψει τὸ ἀπαιτέμενον, αἰδεσθεὶς τὴν τηλικαύτην σου φιλοσοφίαν, ἢ τὸ ἀπαιτέμενον μόνον λαβὼν, ἓκ ἄψεται μὲν τοῦ μὴ ἀπαι-

quenter autem auaritiam ſuam redarguet. Si autem cum eo ad iudicium quidem non acceſſeris, verum id tantum quod petit dederis: quod tibi ipſi ſolum vtile eſt feciſti. Si vero addideris et aliud, animam quoque illius lucrifeciſti, duplexque bonum perfeciſti. Nam et tribunal deuitaſti, et auaritiam conuertiſti.

Pallium quidem eſt, quod ſuper alias veſtes geſtamus, tunica vero quam interius. Saepius autem ὁ χιτὼν τὸ ἱμάτιον dicitur et e contrario, id eſt, tunica pallium, ac pallium tunica. Interdum quoque omnis veſtis nunc ἱμάτιον nunc χιτὼν, modo pallium, modo tunica appellatur. Et licet dicat Lucas: Ab eo qui aufert a te pallium, et tunicam ne prohibeas, nulla tamen eſt contradictio. Haec enim vtraque dixit Chriſtus: hoc quidem in monte: quod vero apud Lucam eſt, in loco campeſtri. Quid ergo, nudum oportet incedere? An tibi magnum videtur, vt ob fratris vtilitatem nudus incedas? Neque tamen ad tantam impellet inhumanitatem: tuam enim, vt dictum eſt, verebitur magnanimitatem.

Verſ. 41. *Et — duo.*

Vetus quidem teſtamentum iuxta ſolam grauitatem, vitii ſpecies diſtinguens, leuia praeteribat. Chriſtus vero de his quoque legem tulit, incipiens ſane a grauiori, et deſinens in id, quod leuius eſt. Grauius ſiquidem eſt oculi aut dentis excuſſionem pati, quam viae ducem ſe praebere, aut cibum ſubminiſtrare: deinde in maxillam iniuria, quae maximo ducitur opprobrio: poſtea veſtis ablatio: his autem leuius eſt violenta coactio. Quemadmodum autem in aliis vexationis ſpeciebus

τȣμένȣ, καταγνώσεται δὲ πολλὰ τῆς ἑαυτȣ̃ πλεονεξίας. καὶ εἰ μὲν μὴ συνδικασθῇς αὐτῷ, ἀλλὰ δώσῃς, τὸ σεαυτȣ̃ συμφέρον μόνον ἐποίησας· εἰ δὲ προσθήσῃς, κακείνȣ τὴν ψυχὴν ὠφέλησας, καὶ διπλȣ̃ν ἀγαθὸν κατώρθωσας, αὐτός τε δικαστηρίων ἀπαλλαγεὶς, καὶ τὸν πλεονέκτην ἐντρέψας.

Ἱμάτιον μὲν ȣ̃ν ἐστι, τὸ παρ' ἡμῖν ἐπανωφόριον· χιτὼν δὲ, τὸ ἔνδον. ἀδιαφόρως [4]) δὲ πολλάκις λέγεται καὶ ὁ χιτὼν, ἱμάτιον, καὶ τὸ ἱμάτιον, χιτών. ἔστι δὲ ὅτε καὶ πάντα χιτῶνες, καὶ πάντα ἱμάτια. εἰ δὲ ὁ λȣκᾶς φησὶν, ὅτι ἀπὸ [g]) τȣ̃ αἴροντός σȣ τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς, οὐκ ἔστιν ἐναντιολογία. καὶ ἄμφω γὰρ τὰ ῥητὰ εἶπεν ὁ χριστὸς, ἐκεῖνο μὲν, ἐπὶ τοῦ ὄρους, τὸ δὲ, παρὰ τῷ λουκᾷ, ἐπὶ τόπου πεδινȣ̃. τί οὖν; γυμνὸν δεῖ περιϊέναι; μέγα μὲν οὖν, τὸ δι' ὠφέλειαν τοῦ ἀδελφοῦ περιϊέναι γυμνόν· οὐκ ἂν δὲ εἰς τοσαύτην ἐκεῖνος ἀπανθρωπίαν ἐλάσῃ, δυσωπηθεὶς, ὡς εἴρηται, τὴν σὴν μεγαλοψυχίαν.

g) Luc. 6, 29.

Verſ. 41. Καὶ ὅστις — δύο.

Ὁ μὲν παλαιὸς νόμος περὶ μόνȣ τȣ̃ βαρυτέρου εἴδȣς τῆς κακώσεως διαλαβὼν, τὰ ἐλαφρὰ παρέδραμεν· ὁ δὲ χριστὸς καὶ περὶ τȣ́των ἐνομοθέτησεν, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τȣ̃ βαρυτέρȣ, καταλήξας δὲ εἰς τὸ ἐλαφρότερον. βαρύτερον μὲν γὰρ τῶν ἄλλων, ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ καὶ τοῦ ὀδόντος ἐκκοπή· τοῦ μὲν, ὁδηγοῦντος, τȣ̃ δὲ τῇ τροφῇ διακονȣ̃ντος· εἶτα ἡ κατὰ τῆς σιαγόνος ὕβρις, ὡς ἐπονειδιστοτάτη· ἔπειτα ἡ τȣ̃ χιτῶνος ἀφαίρεσις·

4) Quae leguntur ab ἀδιαφόρως ad πάντα ἱμάτια, ea Hentenius in margine ſui Codicis repererat ac reiecerat ad finem ſcholii poſt μεγαλοψυχίαν.

bus cum additamento virtuti vacare iussit: ita et in coactione iubet vincere desiderium eius, qui praue facit iniuriam, patique amplius, quam ille facere volebat. Agnouisti in corpore patibili insertam ad affectiones immobilitatem? considerasti angelicam in hominibus disseminatam politiam? Non concupiscere enim iuxta affectus, neque secundum perturbationes irasci, coelestis sunt politiae, de quibus per dicta praecepta Christus legem dedit. In eo enim quod iussit fratri temere non irasci, neque ipsi dicere Raca, neque fatuum hunc appellare, neque Deo munus offerre ante reconciliationem erga fratrem, ac beneuolum esse aduersario: affectui animi commoti neruos amputauit. In eo vero quod praecepit mulierem lasciuis oculis non respicere, et abiicere eos, easque qui sunt offendiculo: neque propriam sine causa repudiare vxorem, neque ab altero repudiatam ducere: aegrotantis concupiscentiae radices auulsit. Rursum in eo quod iussit omnino non iurare, cupiditatem circa affectiones ac pecunias expulit. Praecipiendo vero non resistere malo, et aliam quoque maxillam obuertere, ac pallium etiam dimittere, duoque milliaria abire: animum ab vlciscendo continuit.

Vers. 42. *Petenti — dato.*

Quando certe in loco campestri docens stetit, manifestius dixit: *Omni abs te petenti dato*, veluti scripsit Lucas. Iubet autem non diiudicare dignum ab indigno.

Eo

[5]) Inclusa omittit. A.

[6]) Vsitatius, πρός.

σις· ἐλαφρότερον δὲ τȣ́των, ἡ ἀγγαρεία. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν τῆς κακώσεως, μετὰ προσθήκης φιλοσοφεῖν ἐκέλευσεν· ȣ̓́τω καὶ ἐπὶ τῆς ἀγγαρείας, καὶ ὑπερβῆναι τὴν ἄδικον τȣ̃ κακῶς ποιȣ̃ντος ἐπιθυμίαν, καὶ πλέον παθεῖν, ἢ ἐκεῖνος ποιῆσαι βȣ́λεται. εἶδες ἐν σώματι παθητῷ φυτευομένην ἀπάθειαν· κατενόησας ἀγγελικὴν πολιτείαν, ἐν ἀνθρώποις κατασπειρομένην. τὸ γὰρ μὴ ἐπιθυμεῖν ἐμπαθῶς, μηδὲ θυμȣ̃σθαι [κατὰ 5) πάθος, τῆς ȣ̓ρανίȣ πολιτείας εἰσὶν, ἃ διὰ τῶν εἰρημένων ἐντολῶν ἐνομοθέτησεν ὁ χριςός.] ἐν μὲν γὰρ τῷ κελεῦσαι, μὴ ὀργίζεσθαι τῷ ἀδελφῷ εἰκῇ, μηδὲ λέγειν αὐτῷ ῥακὰ, μηδὲ ὀνομάζειν τȣ̃τον μωρὸν, μηδὲ προσάγειν θεῷ τὸ δῶρον πρὸ τῆς εἰς 6) τὸν ἀδελφὸν διαλλαγῆς, καὶ εὐνοεῖν τῷ ἀντιδίκῳ, τὰ νεῦρα τȣ̃ ἐμπαθȣ̃ς ἐξέκοψε θυμȣ̃· ἐν δὲ τῷ προστάξαι, μὴ βλέπειν ἀκολάςοις ὀφθαλμοῖς γυναῖκα, καὶ ἀποῤῥίψαι τὸν σκανδαλίζοντα καὶ τὴν σκανδαλίζȣσαν, καὶ μὴ ἀπολύειν ἀλόγως τὴν ἰδίαν γυναῖκα, μηδὲ γαμεῖν ἀπολελυμένην ἑτέρῳ, τῆς ἐμπαθȣ̃ς ἐπιθυμίας ἀνέσπασε τὰς ῥίζας. καὶ πάλιν ἐν μὲν τῷ ἐπιτάξαι, μὴ ὀμνύειν ὅλως, τὴν περὶ τὰ χρήματα καὶ κτήματα ἐπιθυμίαν ἐξήλασεν· ἐν δὲ τῷ ἐντείλασθαι, μὴ ἀνθίςασθαι τῷ πονηρῷ, καὶ ςρέφειν καὶ τὴν ἄλλην σιαγόνα, καὶ ἀφιέναι καὶ τὸ ἱμάτιον, καὶ ὑπάγειν μίλια δύο, τὸν εἰς τὸ ἀμύνασθαι θυμὸν κατέςειλε.

Verſ. 42. Τῷ αἰτοῦντι — δίδου.

Ὅτε δὲ ἵςατο ἐπὶ τόπȣ πεδινȣ̃ διδάσκων, φανερώτερον εἶπεν, ὅτι παντὶ τῷ h) αἰτοῦντί σε δίδȣ, ὡς ὁ λȣκᾶς ἔγραψε. κελεύει δὲ, μὴ διακρῖναι τὸν ἄξιον ἀπὸ τȣ̃ ἀναξίȣ.

h) Luc. 6, 30.

Ἐν

Eo enim quod petit, indigus est, qualiscunque sit. Nam et Deus omnia ad vitae sustentationem aequaliter omnibus contulit hominibus, bonis et malis, fidelibus ac infidelibus.

Vers. 42. *Et — auerseris.*

Nunc quidem absque foenore mutuare iussit: quando autem sicut diximus in loco campestri docebat, iussit neque id quod mutuatum est repetere. Si enim, inquit, mutuum dederitis his, a quibus vos recepturos speratis, quae vobis est gratia? Sed hoc quidem ad imperfectiores dirigitur: illud vero Lucae ad perfectiores.

Vers. 43. *Audistis —* Vers. 44. *vos.*

Postquam, vt dictum est, iram ac concupiscentiam extirpauit, omnique simili affectu sibi obedientes liberauit, deinceps etiam benefacere iubet, dando videlicet petentibus, ac mutuando indigentibus. Deinde procedendo, ad extremam perduxit virtutem. Omnis enim virtutis coronis ac vertex est, inimicos amare, et caetera quae sequuntur. Amare inquam ipsos, non quatenus inimici sunt, sed quatenus homines. Nec solum amare, sed et pro eis obsecrare. Ad amorem autem inimicorum consequuntur et alia: dico sane, bene precari deuouentibus, ac benefacere his qui oderunt: et orare pro laedentibus: Nam haec perfectae sunt dilectionis. Considera vero et praemium huiusmodi virtutis. Quia enim tam praeclarum facinus omni alio maius erat, praemium quoque omni maius ipsi rependit. Ait enim.

Vers. 45.

7) τὰ, omittit. A. mox deest quoque τῆς.

Ἐν ὅσῳ γὰρ αὐτῇ, δεόμενός ἐστιν, οἷος ἂν κἀγὼ εἴη. ἐπεὶ καὶ ὁ θεὸς πάντα τὰ [7]) πρὸς σύσασιν τῆς ζωῆς πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἀνῆκεν, ἀγαθοῖς τε καὶ πονηροῖς, πιστοῖς τε καὶ ἀπίστοις.

Verſ. 42. Καὶ — ἀποστραφῇς.

Νῦν μὲν, δίχα τόκε δανείζειν ἐνετείλατο· ὅτε δὲ, ὡς ἔφαμεν, ἐδίδασκεν ἐπὶ τόπε πεδινῇ, προσέταξε, μηδὲ τὸ δανειζόμενον ἀπαιτεῖν. ἐὰν γὰρ [1]) δανείζητέ, φησι, παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποῖα ὑμῖν χάρις ἐστίν; ὡς εἶναι τὸ μὲν, πρὸς ἀτελεσέρας, τὸ δὲ πρὸς τελειοτέρας. 1) Luc. 6, 34.

Verſ. 43. Ἠκούσατε — V. 44. ὑμᾶς.

Καταμαράνας, ὡς εἴρηται, τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ παντὸς τοιύτε πάθες ἀπαλλάξας τὸν πειθόμενον, λοιπὸν ἐκέλευσε καὶ εὐεργετεῖν, ἐν τῷ διδόναι τοῖς αἰτῦσι, καὶ δανείζειν τοῖς χρήζεσιν· εἶτα, προϊὼν, ἀνήγαγεν εἰς τὴν ἄκραν ἀρετήν. κορωνὶς γὰρ καὶ κορυφὴ πάσης ἀρετῆς, τὸ ἀγαπᾶν τὲς ἐχθρές, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀγαπᾶν δὲ αὐτὲς, ἃ καθό εἰσιν ἐχθροὶ, ἀλλὰ καθό εἰσιν ἄνθρωποι. καὶ μὴ μόνον ἀγαπᾶν, ἀλλὰ καὶ ὑπερεύχεθαι. τῷ δὲ ἀγαπᾶν τὲς ἐχθρὲς [8]) ἕπεται καὶ τἆλλα, λέγω δὴ τὸ εὐλογεῖν τὲς καταρωμένες, καὶ καλῶς ποιεῖν τοῖς μισῦσι, καὶ εὔχεθαι ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων. ταῦτα γὰρ ἡ τελεία ἀγάπη. σκόπει δὲ καὶ τὸ ἔπαθλον τῆς τηλικαύτης [9]) ἀρετῆς, ὡς μέγιστον. ἐπεὶ γὰρ τὸ τοιῦτον κατόρθωμα μεῖζον ἦν παντὸς, τίθησιν αὐτῷ καὶ τὸν [1]) μισθὸν μείζονα παντός. φησὶ γάρ.

Verſ. 45.

8) Correxi, ἕπεται, pro ἕπειται. Nam et Hentenius habet, *conſequuntur*.
9) τοιαύτης. A. [1]) τὸν abeſt. A.

Verſ. 45. *Vt — iniuſtos.*

Pater quidem hominum Deus eſt tanquam plasmator eorum, (Nam patres quoque dicimus operum aliquorum poëtas, hoc eſt effectores) tanquam etiam prouiſor ac procurator ipſorum: patris ſiquidem proprium eſt filio ſuo prouidere ac procurare. Filii autem Dei fiunt, qui per virtutem ſimiles ipſi efficiuntur, quantum eſt homini poſſibile: nam filii proprium eſt, ſuo aſſimilari patri. Vt ſitis, inquit, filii Dei: non natura, ſed ſimilitudine, amando videlicet inimicos veſtros: quia et ille a malis ac iniquis, plasphemiis tanquam iaculis petitus, et contumelia affectus, proprioque honore priuatus: tamen ob amorem, quo eos proſequitur, ſolem ſuum oriri facit ſuper malos ac bonos, et pluit ſuper iuſtos ac iniuſtos. At tu quidem a conſeruis pateris: ille vero a ſeruis. Et tu ſane pauca ac modica eis praeſtabis bona: ille autem plurima ac maxima: et tamen tribuit tibi, vt ob talem imitationem ipſi ſimilis efficiaris, eiusque filius nomineris.

Per ſolem ſane ac pluuiam, omnia ad vitam conuenientia ſignificauit: his enim omnia e terra generantur, nutriuntur, augentur, ac perficiuntur.

Poteſt quoque et alio modo dici. Vt ſitis filii Dei, aſſimilati videlicet filio eius, qui innumeras ab inimicis ſuis paſſus iniurias, ipſos amabat, et beneficia eos docendo conferebat: linguarum ſagittis petitus, et tandem ab eis crucifixus, pro ipſis orabat dicens: Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. Vult itaque Chriſtus ami-

z) τῶν abeſt. A.

Vers. 45. Ὅπως — ἀδίκες.

Πατὴρ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν ὁ θεὸς, ὡς ποιητὴς αὐτῶν. πατέρας γὰρ λέγομεν, καὶ τὲς ἔργων τινῶν ποιητάς. ἔτι δὲ καὶ, ὡς κηδεμὼν καὶ προνοητὴς αὐτῶν. ἴδιον γὰρ πατρὸς κήδεσθαι καὶ προνοεῖσθαι τὲ οἰκείε παιδός. υἱοὶ δὲ τῷ θεῷ γίνονται, οἱ ὁμοιέμενοι αὐτῷ δι' ἀρετῆς, καθόσον ἐστὶν ἀνθρώπω δυνατόν. ἴδιον γὰρ υἱῷ ὁμοιῶσθαι τῷ οἰκείῳ πατρί. ὅπως, φησὶ, γένησθε υἱοὶ τῷ θεῷ, ᾧ φύσει, ἀλλ' ὁμοιώσει, διὰ τὲ ἀγαπᾶν τὲς ἐχθρὲς ὑμῶν. ἐπέπερ ἐκεῖνος, ὑπὸ τῶν πονηρῶν καὶ τῶν [2]) ἀδίκων βλασφημίαις, ὡς βέλεσι, βαλλόμενος, καὶ ὑβριζόμενος, καὶ τῆς οἰκείας τιμῆς ἀποσερέμενος, ὅμως ἀγαπᾷ αὐτὲς, ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτῷ ἐπὶ πονηρὲς καὶ ἀγαθὲς, καὶ βρέχει ἐπίσης ἐπὶ δικαίες καὶ ἀδίκες. ἀλλὰ σὺ μὲν, παρὰ τῶν ὁμοδέλων πάσχεις κακῶς· ἐκεῖνος δὲ, παρὰ τῶν δέλων. καὶ σὺ μὲν, ὀλίγα καὶ μικρὰ τέτες εὐεργετήσεις· ἐκεῖνος δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα. καὶ ὅμως δίδωσί σοι [3]) ὅμοιον αὐτῷ διὰ τῆς τοιαύτης μιμήσεως γενέσθαι, καὶ υἱὸν αὐτῷ ὀνομάζεσθαι.

Διὰ μέντοι τὸ ἡλίε καὶ τῆς βροχῆς πάντα τὰ πρὸς ζωὴν ἐπιτήδεια δεδήλωκε. διὰ τέτων γὰρ πάντα τὰ ἐκ γῆς γεννᾶται, καὶ τρέφονται, καὶ αὔξονται, καὶ τελειῦνται.

Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως εἰπεῖν, ὅπως γένησθε υἱοὶ τῷ θεῷ, ἐν τῷ ὁμοιωθῆναι τῷ υἱῷ αὐτῷ, ὃς μυρία δεινὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτῷ παθὼν, ἠγάπα αὐτὲς, καὶ ἐυηργέτει, διδάσκων καὶ ἰώμενος, καὶ τέλος ὑπ' αὐτῶν σαυρωθεὶς, ἠυχετο ὑπὲρ αὐτῶν, λέγων· πάτερ, [k]) ἄφες αὐτοῖς. οἶδ γὰρ εἴδασι, τί ποιῦσι. βέλεταί σε τοίνυν ὁ χριστὸς k) Luc. 23, 34.

3) ὅμοιος ergo est interpretationis. Sed Chrysostomus id textui intulit.

amicis te reconciliari. Abi inquit prius, reconciliare fratri tuo: inimicos vero iubet diligere, ac pro eis orare, vt praedictum est.

Vers. 46. *Si enim* — V. 47. *faciunt.*

Non est virtus amantem se redamare, sed naturae consentaneum. Nam et publicani hoc faciunt, apud quos ne vestigium quidem est virtutis. Sunt autem publicani, qui vectigalia colligunt, ac commerciarii (vt sic loquamur) qui scilicet mercibus viuunt commutandis. Erant autem maxime infames, qui artes huiusmodi exercebant, tanquam iniusti, auari, ac scelerati. Vnde et in doctrina, quae in loco campestri data est, pro publicanis, dixit peccatores. Quum autem neque diligentes nos diligamus, sed inuideamus potius his, qui nobis bene cupiunt, qua tandem obsecro digni erimus condemnatione? quum super scribas et Pharisaeos in iustitia abundare iussi, etiam illis inferiores sumus, qui apud eos infames erant?

Vers. 48. *Eritis — est.*

Qui diligentes se diligunt, hi certe in dilectione imperfecti sunt: qui vero etiam inimicos amant, hi sane perfecti sunt.

Cap. VI. v. 1. *Attendite — qui in coelis est.*

Plantatis iam virtutibus, tollit deinceps affectum, qui eis adnascitur et molestus est, puta inanem glo-

4) ὁ φυτεύσας. A. Articulus abesse potest. φυτεύσας ἤδη, intell. ὁ χριστός. Credidit scriba, in prin-

σὸς τοῖς φίλοις μὲν διαλλάττεσθαι· ὕπαγε[1]) γάρ, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου· τὸς ἐχθροὺς δὲ ἀγαπᾶν καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ὡς προείρηται. 1) Matth. 5, 24.

Verſ. 46. Ἐὰν γὰρ — V. 47. ποιοῦσιν.

Οὐκ ἔστιν ἀρετὴ τὸ ἀγαπᾶν τὸν ἀγαπῶντα, ἀλλὰ Φύσεως ἀκολουθία. καὶ γὰρ καὶ οἱ τελῶναι τοῦτο ποιοῦσι, παρ' οἷς οὐδὲ ἴχνος ἀρετῆς. τελῶναι δὲ εἰσιν, οἱ Φορολόγοι καὶ οἱ κομμερκιάριοι. σΦόδρα δὲ διεβάλλοντο τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύματα, ὡς ἄδικα καὶ πλεονεκτικὰ καὶ ἀσυμπαθῆ. ἐπεὶ, καὶ ἐν τῇ ἐπὶ τῇ πεδινῇ τόπου διδασκαλίᾳ, αὐτὶ τοῦ εἰπεῖν, οἱ τελῶναι, οἱ ἁμαρτωλοὶ m) εἶπεν. ὅταν δὲ μηδὲ τοὺς ἀγαπῶντας ἀγαπῶμεν, ἐν τῷ Φθονεῖν ἐυδοκιμοῦσιν αὐτοῖς, τίνος ἐκ ἂν εἴημεν ἀξιοι κατακρίσεως, οἱ περισσεύειν τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων ἐν δικαιοσύνῃ κεκελευσμένοι, ἐλλείποντες καὶ τῶν παρ' ἐκείνοις διαβεβλημένων τελωνῶν; m) Luc. 6, 32.

Verſ. 48. Ἔσεσθε — ἐστιν.

Οἱ μὲν ἀγαπῶντες τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς, ἀτελεῖς εἰσιν εἰς ἀγάπην· οἱ δὲ τοὺς ἐχθροὺς, οὗτοι τέλειοι.

Cap. VI. v. 1. Προσέχετε — τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Φυτεύσας 4) ἤδη τὰς ἀρετὰς, λοιπὲν ἀναιρεῖ καὶ τὸ παραΦυόμενον καὶ ἐνοχλοῦν αὐταῖς πάθος, λέγω

principio deeſſe litteram maiusculam. Pinxit ergo O.

gloriam, quam etiam auellit, poſtquam egregia plantauit virtutum opera: non enim prius pullulat, ſed poſt ipſa. Eſt namque inanis gloria bene quippiam operari ad hominum oſtentationem. Et vide vnde eam incipiat expellere: ab eleemoſyna videlicet, oratione et ieiunio: quia his maxime bonis operibus libenter inſidiatur. Sicut Phariſaeus cum inani gloria orabat, demonſtrato publicano: et ſe etiam iactabat, dicens: *Ieiuno bis in Sabbato: decimas do omnium quae poſſideo.*

Dicit autem: *Attendite:* inſinuans feram hanc latenter in modum furis irrepere. Dicens vero: *Attendite ne eleemoſynam veſtram praeſletis coram hominibus*, non ibi permanſit, quaſi vellet vt indigentem praetereas, ne qui hoc videant: Sed addidit: *vt conſpiciamini ab eis.* Ac ſi diceret, Attendite ne propter hoc eam coram hominibus tribuatis, vt conſpiciamini ab eis: Si enim non propter hoc eam dederitis, nihil vetat etiam coram ipſis eam tradere. Finis namque eius quaeritur, non modus. Contingit enim et coram hominibus tribuentem, non ad oſtentationem praebere, quando quis ſola motus compaſſione praebet, et non tribuentem coram hominibus, ad oſtentationem tribuere, quando non inductus compaſſione praebet, ſed vt pro compaſſiuo praedicetur.

Praemium, inquit, non habetis apud Deum, quia apud homines talis eleemoſynae praemium quaeſtuiſtis, puta laudem propter ipſam. Ponit autem

5) τότε, pro τέ. A.

6) Quae eſt interpretatio vocabuli, τῷ σαββάτε. Ita etiam laudat Chryſoſt. Tom. VII. p. 352. A.

λέγω δὴ τὴν κενοδοξίαν, ἣν καὶ, μετὰ τὸ φυτεῦσαι τὰ κατορθώματα, ἀνασπᾷ, διότι ἐ πρὸ τέτων, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα παρασφύεται. κενοδοξία γάρ, τὸ πρὸς ἐπίδειξιν ἀνθρώπων κατορθῶν τι. καὶ ὅρα, πόθεν ἄρχεται διώκειν αὐτήν; ἀπὸ τῆς ἐλεημοσύνης, καὶ τῆς εὐχῆς, καὶ τῆς νηστείας. διότι τέτοις μάλιστα τοῖς κατορθώμασιν ἐμφιλοχωρεῖ. ὁ γὲν Φαρισαῖος προσηύχετό τε,[5]) κενοδόξως ἐπιδεικνύμενος τῷ τελώνῃ, καὶ κομπάζων ἔλεγε· νηστεύω [n]) δὶς τῆς [6]) ἑβδομάδος. ἀποδεκατῶ μὲ πάντα τὰ ὑπάρχοντα. n) Luc. 18, 12.

Προσέχετε δὲ εἶπεν, ἐμφαίνων, ὅτι τὸ θηρίον τέτο λεληθότως παρεισδύεται, δίκην κλέπτου. εἰπὼν δὲ, προσέχετε, τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἐκ ἔστι μέχρι τέτε, ἵνα μὴ, διὰ τὸ βλέπειν τινὰς, παραδράμῃς τὸν δεόμενον· ἀλλὰ προσέθηκε, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· λέγων, προσέχετε, μὴ διὰ τέτο ποιεῖν αὐτὴν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς. εἰ γὰρ μὴ διὰ τέτο ταύτην [7]) ποιήσετε, ἐδὲν κωλύει καὶ ἔμπροσθεν αὐτῶν ταύτην ποιεῖν. ὁ σκοπὸς γὰρ αὐτῆς ἐξετάζεται, ἐχ ὁ τρόπος. ἔστι γὰρ καὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ποιῆντα, μὴ ποιεῖν πρὸς ἐπίδειξιν, [ὅταν [8]) τις διὰ μόνην ποιῇ συμπάθειαν· καὶ μὴ ἔμπροσθεν αὐτῶν ποιῆντα, ποιεῖν πρὸς ἐπίδειξιν,] ὅταν μὴ διὰ ταύτην [9]) ποιῇ, ἀλλὰ διὰ τὸ κηρυχθῆναι ὑπὸ τῦ ἐλεηθέντος.

Μισθὸν δὲ, φησιν, ἐκ ἔχετε παρὰ τῷ θεῷ, διότι παρὰ ἀνθρώποις ἐζητήσατε μισθὸν τῆς τοιαύτης ἐλεημοσύνης, τὸν ὑπὲρ ταύτης ἔπαινον.

7) Forte ποιήσητε.

8) Inclusa exciderunt, ob duplex ὅταν. A.

9) intell. τὴν συμπάθειαν.

autem semper inter alia verba *patrem qui in coelis est*: admonens ipsos, vt patrem in coelis habentes, terrenum despiciant. Simul etiam incitans, vt huiusmodi patre digne conuersentur.

Vers. 2. *Quum — suam.*

Auget dehortationem eleemosynae ad ostentationem praestitae. *Ne tuba canas*, id est, ne publices, vt ab hominibus agnoscatur. Qui enim tuba canunt, vt a multitudine audiantur, buccinant. Quidam autem dicunt, quod illo tempore hypocritae tuba conuocabant indigentes. Est autem hypocrita qui alius est, et alius apparet propter humanam comitatem. Vultus siquidem, aut potius larua illorum, misericordiae est, natura vero personae, insanam gloriae appetentiam indicat. Referunt autem, hoc est, auferunt, habent mercedem suam.

Vers. 3. *Te vero — reddet tibi.*

Postquam dixit, quomodo oporteat non praebere, nunc dicit quomodo praestare oporteat.

Per sinistram autem manum, eos qui in proximo sunt ac familiares intelligit: nihil enim manu tua vicinius ac familiarius est. Neque hi, inquit, dexterae tuae eleemosynam agnoscant. Aut per hyperbolen est sermo, quod et ipsam sinistram lateat dextera: per quod manifestatur plurimum oportere latere.

†† Alia etiam ratione, dextra quidem est virtus, sinistra autem vitiositas. Ne igitur noscat vitiosi-

[1]) vterque meus in fine versus omittit, ἐν τῷ φανερῷ. Henrenius tamen habebat, *in propatulo.*

συνεχῶς δὲ τίθησιν ἐν τοῖς λόγοις τὸν πατέρα, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐντρέπων αὐτοὺς, ὅτι, πατέρα ἔχοντες οὐράνιον, γήϊνα φρονοῦσι, καὶ ἅμα παραθήγων εἰς τὸ πολιτεύεσθαι ἀξίως τοιούτου πατρός.

Vers. 2. Ὅταν — αὐτῶν.

Ἐπιτείνει τὴν ἀποτροπὴν τῆς πρὸς ἐπίδειξιν ἐλεημοσύνης. μὴ σαλπίσῃς δὲ, ἀντὶ τοῦ, μὴ δημοσιεύσῃς, πρὸς τὸ γνωσθῆναι τοῖς ἀνθρώποις. οἱ γὰρ σαλπίζοντες, πρὸς τὸ ἀκουσθῆναι τῷ πλήθει σαλπίζουσι. φασὶ δέ τινες, ὅτι οἱ ὑποκριταὶ τότε, διὰ σάλπιγγος συνεκάλουν τοὺς δεομένους. ὑποκριτὴς δέ ἐστιν, ὁ ἕτερον μὲν ὤν, ἕτερον δὲ φαινόμενος, δι' ἀνθρωπίνην ἀρέσκειαν. καὶκείνων γάρ, τὸ μὲν πρόσωπον ἐλεημοσύνης ἦν· τὸ δὲ πρόσωπον, δοξομανίας. ἀπέχουσι δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἔχουσι.

Vers. 3. Σοῦ δὲ — σου. [1])

Εἰπὼν, πῶς δεῖ μὴ ποιεῖν, λοιπὸν λέγει, καὶ πῶς δεῖ ποιεῖν.

Ἐνταῦθα δὲ, διὰ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς, τοὺς ἐγγυτάτω καὶ οἰκειοτάτους ἠνίξατο. οὐδὲν γάρ σοι τῆς χειρός σου ἐγγύτερόν τε καὶ οἰκειότερον. μηδὲ ἔτοι, φησι, γνώτωσαν τῆς δεξιᾶς σου τὴν ἐλεημοσύνην. ἢ καὶ καθ' ὑπερβολὴν ὁ λόγος, ὅτι καὶ αὐτὴν λαθέτω ἡ δεξιὰ τὴν ἀριστεράν, δι' οὗ δηλῶται τὸ δεῖν λίαν λανθάνειν.

[Καὶ [2])] καθ' ἕτερον δὲ λόγον, δεξιὰ μὲν, ἡ ἀρετὴ, ἀριστερὰ δὲ, ἡ κακία. μὴ γνώτω ἐν ἡ κα-

[2]) Inclusa in margine habet. A. Carebat iis Hentenius.

vitiositas facta virtutis per communionem, sed sine communione vitii honestum et bonum fiat.

Consequenter vero addidit, quod Deum habeas conspectorem ac testem, qui more patris gaudet videns bona filiorum opera: quodque non perdes quae dederis, sed ab ipso recipies omnino eleemosynae praemium. Non dixit autem vnde facere oporteat, puta quod e iustis sacculis hoc nempe omnibus notum erat. Praeterea superius quoque beatos praedicauit esurientes et sitientes iustitiam.

Vers. 5. *Et quum — suam.*

Angiportus quidem sunt vici anguſti, per quos pauci possunt incedere. Plateae vero viae publicae, per quas multi simul incedere possunt, †† quas nos ἐξαέρες appellamus, tanquam subdiales.

Vers. 6. *Tu autem — propatulo.*

Καὶ τῶν ἀλωπέκων, φησὶ, καὶ τῶν ὀρνέων πενέστερός εἰμι. οὐδὲ γὰρ ἔχω καταγώγιον, οὐδ' ὅσον ἀνακλῖναι μόνον τὴν κεφαλήν. τοιοῦτος δὲ βέλομαι, καὶ τοὺς ἐμοὺς ἀκολούθους εἶναι, καὶ λοιπὸν μάτην ὑπέλαβες, καὶ εἰς κενὸν ἤλπισας. ἔτω διπλῶς αὐτὸν ὠφέλησε, δηλώσας τε, ὅτι οἶδε τὰ ἀπόῤῥητα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐλέγξας φανερῶς, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ τὸν ἔλεγχον ἐμβαλὼν, ὥστε καὶ τὴν αἰσχύνην ἐκφυγεῖν, καὶ, εἰ βέλοιτο, διορθώσηναι. τοῦτο δὲ εἰπὼν, οὐκ ἐκώλυσεν αὐτὸν ἀκολουθεῖν, ἀλλ' ἐδίδαξεν, ὅτι ἀκολουθῶν, ἐχ εὑρήσει κέρδος, οἷον ζητεῖ. λοιπὸν οὖν ἐκεῖνος συνεὶς, ὅτι διεγνώσθη, καὶ ἀποτυχὼν τοῦ σκοποῦ, σεσίγηκε.

Τινὲς δὲ φασιν, ὅτι προγινώσκων αὐτὸν ὁ χριστὸς, ὃ μόνον φιλαργυρίᾳ δεδελωμένον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις πάθεσιν, ἀναγωγικῶς ἀπεκρίνατο, ἀλώπεκας καὶ πετεινὰ, τὰς δαιμονιώδεις ὀνομάσας, διά τε τὸ δολερὸν αὐτῶν, καὶ διὰ τὸ ἐπιβουλεύειν τοῖς σπέρμασι καὶ καρποῖς τῆς ἀρετῆς.

nes quidem foueas ac nidos in te habent: ego autem neque breuissimam requiem apud animam tuam inuenio. Foueae vero ac nidi daemonum, affectiones sunt, in quibus occultantur ac requiescunt. Filium autem hominis seipsum vocat, confirmans quod vere et non phantastice sit incarnatus, vt quidam suspicabantur: hominem dicens nunc matrem suam. Nam ἄνθρωπος, id est homo, vocatur non tantum vir, sed et mulier.

Vers. 21. *Alius — patrem meum.*

Quis certe fuerit hic discipulus, non significauit Euangelista: verum quisquis fuerit, probissimus erat. Vide enim quod in re etiam quae iusta ac necessaria videbatur, postulat vt sibi liceat: nolens sua ipsius autoritate abscedere. Dicit autem: Prius, manifestans quod postmodum quouis sequeretur.

Vers. 22. *Iesus autem — mortuos suos.*

Prohibuit eum: non vetans honorare parentes, sed docens oportere eum, qui coelestia appetit, non conuerti ad terrena: neque viuidis relictis, ad mortifera recurrere, aut supra Deum honorare parentes. Sciebat enim quod alii illum essent sepulturi: nec aequum erat, vt ab his quae magis necessaria erant, recederet. Opinor autem eum qui mortuus erat infidelem fuisse: ideoque dixisse Christum: *Dimitte mortuos*, hoc est, recede ab his,

*) Hic addit Hentenius ex margine sui Codicis haec: Volebat autem, vt postposita huiusmodi spe, sequeretur. At ille simul vt audiuit, tanquam pecuniae

ὡσανεὶ λέγων, ὅτι οἱ μὲν δαίμονες ἔχουσιν ἐν σοὶ φωλεὸς καὶ κατασκηνώσεις· ἐγὼ δὲ οὐδὲ βραχεῖαν ἀνάπαυσιν εὑρίσκω παρὰ τῇ σῇ ψυχῇ. φωλεοὶ δὲ καὶ κατασκηνώσεις τῶν δαιμόνων, τὰ πάθη, οἷς ἐγκρύπτονται καὶ ἐναναπάυονται· υἱὸν δὲ ἀνθρώπε καλεῖ ἑαυτὸν, βεβαιῶν, ὅτι κατὰ ἀλήθειαν σεσάρκωται, καὶ ἐ κατὰ φαντασίαν, ὡς τινες ὑπελάμβανον. ἄνθρωπον δὲ νῦν λέγει, τὴν μητέρα αὐτῦ. ἄνθρωπος γὰρ λέγεται, οὐχ ὁ ἀνὴρ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ γυνή. [1])

Verſ. 21. Ἕτερος — πατέρα μϐ.

Τίς μὲν ἦν οὗτος ὁ μαθητὴς, ἐκ ἐδήλωσεν ὁ εὐαγγελιςής. ὅσις δὲ καὶ ἦν, εὐγνωμονέςατος ἦν. ὁρα γὰρ, ὅτι, καίτοι τῦ πράγματος δικαίε καὶ ἀναγκαίε δεκτῦντος, ὅμως αἰτεῖ περὶ τύτε, μὴ θελήσας ἀπελθεῖν ἀφ' ἑαυτῦ. τὸ δὲ πρῶτον εἶπε, δηλῶν, ὅτι ἕπεται ἀκολυθήσει πανταχῦ.

Verſ. 22. Ὁ δὲ ἰησοῦς — τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς.

Ἐκώλυσεν αὐτὸν, ἐ κωλύων τὸ τιμᾶν τὲς γονεῖς, ἀλλὰ διδάσκων, ὅτι χρὴ τὸν ἐφιέμενον τῶν ἐρανίων, μὴ ὑποςρέφειν εἰς τὰ γήϊνα, μηδ' ἀπολιμπάνειν μὲν τὰ ζωπρεπῆ, παλινδρομεῖν δὲ εἰς τὰ νεκρωτικὰ, μηδὲ θεῦ πρετιμᾶν γονεῖς. ἐγίνωσκε γὰρ, ὅτι θαύψεσι τῦτον ἄλλοι, καὶ ἐκ εἰκὸς, τῦτον ἀπολειφθῆναι τῶν ἀναγκαιοτέρων. ὅμως δὲ, ὅτι καὶ ἄπιςος ἦν ὁ τελευτήσας. διὸ καὶ εἶπεν, ἄφες τὲς νεκρὲς, τετέςι, παραχώρησον

cuniae amator abſceſſit. His ſimilia habet Theophylact. p. 44. D. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὡσὰν πείσῃ αὐτὸν μεταβληθέντα ἀπολιθῆν· ὁ δὲ ἀναχωρεῖ.

his, qui in fide mortui sunt, vt *sepeliant mortuos*, qui ipsos contingunt: Nam hic mortuus, non est tuus mortuus: Neque enim fideli pars est cum infideli. Tu vero si admiraris quo modo non sua sponte abierit, sed petiuit, vt sibi liceret: admirare etiam quo modo prohibitus manserit. Quodsi illum neque ad modicum dimisit Christus vt a sua doctrina discederet, qua poena digni erimus, qui omni tempore a praeceptis eius discedimus?

Cap. XI. De increpatione aquarum.

Vers. 23. *Quumque ascendisset — discipuli sui.*

Turbas quidem propter causas praedictas dimisit, discipulos autem suos assumpsit, propter miraculum quod in mari facturus erat. Quum enim turbis beneficia contulisset, sanando languores ac morbos eorum: videbantur discipuli nullo affecti beneficio. Et in hos itaque suam exercet munificentiam: ac postquam eos permisit in demersionis periculum incidere, demum mirabiliter eripit.

Vers. 24. *Et — fluctibus.*

Hic quidem, motum dixit. Marcus autem et Lucas, procellam dixerunt. Maris enim tempestas, et motus, et procella dicta est, eo quod aquas commoueat ac conturbet. Rursum Matthaeus et Marcus in mari nauem periclitatam esse dicunt: Lucas vero in stagno. Neque est contradictio: nam et hic, et illi Tiberiadem significant, quae

τοῖς νενεκρωμένοις εἰς πίστιν, θάψαι τὸν προσήκοντας αὐτοῖς νεκρούς. ὁ γὰρ νεκρὸς ἅτος, ἐκ ἔστι σὸς νεκρὸς, διότι ἐκ ἔστι μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστε. σὺ δὲ, εἰ θαυμάζεις, πῶς ἐκ αὐθαιρέτως ἀπῆλθεν, ἀλλ' ἠτήσατο, θαύμασον, καὶ πῶς κωλυθεὶς ἔμεινεν. εἰ δ' ἐκεῖνον οὐδ' ἐπὶ μικρὸν ἀφῆκεν ὁ χριστὸς ἀπολειφθῆναι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, τίνος ἂν εἴημεν ἡμεῖς ἄξιοι, τὸν ἅπαντα χρόνον ἀφιστάμενοι τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ;

Κεφ. ΙΑ. Περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῶν ὑδάτων.

Verſ. 23. Καὶ ἐμβάντι — οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

Τοὺς μὲν ὄχλους παρῆκε, διὰ τὰς προρρηθείσας αἰτίας· τὲς δὲ μαθητὰς παρέλαβε, διὰ τὸ μέλλον ἐν τῇ θαλάσσῃ γενέσθαι θαῦμα. ἐπεὶ γὰρ τῶν ὄχλων ἐυεργετημένων, ἐν τῷ θεραπεύεσθαι τὰς ἀσθενείας καὶ νόσες αὐτῶν, οἱ μαθηταὶ ἐδόκεν μένειν ἀνευεργέτητοι, λοιπὸν ἐυεργετεῖ καὶ τέτες, καὶ παραχωρήσας ἐμπεσεῖν αὐτὲς εἰς κίνδυνον καταπονῆσαι, παραδόξως ῥύεται.

Verſ. 24. Καὶ — κυμάτων.

Οὗτος μὲν σεισμὸν εἶπε, μάρκος k) δὲ καὶ λουκᾶς, λαίλαπα ἀνέμε φασίν. ἔστι δὲ τετο. καὶ σεισμὸς γὰρ καὶ λαίλαψ, ὁ κλύδων ἐκλήθη, διὰ τὸ σείειν καὶ συσρέφειν καὶ ἀναμοχλεύειν τὰ ὕδατα. καὶ αὖθις ματθαῖος μὲν καὶ μάρκος ἐν θαλάσσῃ κλυδωνισθῆναι τὸ πλοῖον λέγεσιν, λουκᾶς δὲ ἐν λίμνῃ. καὶ ἐκ ἐναντιωφωνῆσιν. τὴν τιβεριάδα γὰρ καὶ ἔτει καλεῖνος δηλῆσιν, ἥτις φύσει

k) Marc. 4, 37. Luc. 8, 23.

quae natura quidem ſtagnum eſt: Situ vero mare, propter magnitudinem. Vnde et eam quandoque ſtagnum, interdum autem mare nominant. Facta eſt, inquit, tempeſtas, vt videlicet faſtus comprimeretur diſcipulorum: imaginabantur enim magna de ſeipſis, vtpote qui caeteris dimiſſis, ſoli ipſi cum praeceptore ingreſſi eſſent: et vt quaſi orbis athletae, periculo exercitarentur ad timores, et tanquam mundi gubernatores ad procellas tentationum.

Verſ. 24. *Ipſe vero dormiebat.*

Marcus etiam locum deſignat in quo dormiebat. Dixit enim quod erat in puppi ſuper cerui cal dormiens. Erat autem cerui cal illud ligneum, in puppi fabricatum. Dormiebat vero diſpenſatorie, vt vehementer timerent. Nam ſi vigilaſſet, aut nullo modo timuiſſent, aut parum territi fuiſſent. Oportebat autem eos magnum timoris ſenſum concipere, vt etiam ad magnum potentiae illius ſenſum peruenirent, et maiorem de eo fidem conciperent.

Verſ. 25. *Et — perimus?*

Marcus vero dicit: *Praeceptor, non eſt tibi curae quod perimus?* Lucas autem: *Praeceptor, praeceptor perimus.* Quidam nempe hoc, quidam illud dicebant: et alii vnum, alii aliud: aut etiam omnes omnia.

V. 26. *Et ait — modicae fidei homines?*

Timorem primum animae eorum ſoluit: oſtendens quod animae imbecillitas timorem cauſare conſue-

μέν ἐστι λίμνη, θέσει δὲ θάλασσα, διὰ τὸ μέγεθος. ὅθεν καὶ ποτὲ μὲν λίμνην, ποτὲ δὲ θάλασσαν αὐτὴν ὀνομάζουσιν. ἐγένετο δὲ ὁ κλύδων, ἵνα τε συξαλῇ τὸ φρόνημα τῶν μαθητῶν· ἐφαντάσθησαν γὰρ μεγάλα περὶ ἑαυτῶν, εἷα τῶν μὲν ἄλλων ἀποπεμφθέντων, αὐτῶν δὲ μόνων συνεισελθόντων τῷ διδασκάλῳ· καὶ ἵνα γυμνασθῶσιν εἰς φόβους κινδύνων, ὡς ἀθληταὶ τῷ κόσμῳ, καὶ εἰς χειμῶνας πειρασμῶν, ὡς κυβερνῆται τῆς οἰκουμένης.

Verſ. 24. Αὐτὸς δὲ ἐκάθευδεν.

Ὁ δὲ μάρκος ἐδήλωσε καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἀφύπνωσεν. εἶπε γάρ, ὅτι καὶ ἦν[l]) αὐτὸς ἐπὶ τῇ πρύμνῃ ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον καθεύδων. ζύλινον δὲ τοῦτο ἦν, ἐπὶ τῆς πρύμνης κατεσκευασμένον. ἐκάθευδε δὲ κατ' οἰκονομίαν, ἵνα σφοδρὰ δειλιάσωσιν. εἰ γὰρ ἦν ἐγρηγορὼς, ἢ ἐκ ἂν ἐδειλίασαν, ἢ ὀλίγον ἂν ἐφοβήθησαν. ἔδει δὲ αὐτὲς πολλὴν αἴθησιν τοῦ φόβου λαβεῖν, ἵνα καὶ εἰς πολλὴν αἴθησιν τῆς αὐτῆ δυνάμεως ἔλθωσι, καὶ λάβωσι πίστιν εἰς αὐτὸν πλείονα. l) Marc. 4, 38.

Verſ. 25. Καὶ — ἀπολλύμεθα.

Ὁ δὲ[m]) μάρκος, διδάσκαλε, οὐ μέλει σοι, ὅτι ἀπολλύμεθα. ὁ δὲ λουκᾶς,[n]) ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τοῦτο ἔλεγον, οἱ δὲ ἐκεῖνο, καὶ ἄλλοι τὸ ἄλλο, ἢ καὶ πάντα πάντες. m) Marc. 4, 38. n) Luc. 8, 24.

Verſ. 26. Καὶ λέγει — ὀλιγόπιστοι;

Πρῶτον λύει τὴν δειλίαν τῆς ψυχῆς αὐτῶν, δεικνὺς, ὅτι τὸν φόβον ἡ τῆς ψυχῆς ἀσθένεια ποιεῖν

consueuerit. Modicam autem eorum fidem improperauit, nempe imperfectam fiduciam in eum habitam. Sperabant enim quod eos seruare posset, sed vigilans: non autem dormiens: Ideo quoque excitant illum.

Vers. 26. *Tunc — magna.*

Ἐπετίμησε increpauit, hoc est, imperauit. Dicit enim Marcus[z], quod etiam dixerit mari: *Tace, obmutesce.*

Vers. 27. *Homines autem — ei?*

Lucas autem discipulos hoc dixisse ait: Matthaeus vero homines turbas vocat, sicut ait Chrysostomus. Siquidem verisimile est, et ipsas audito a discipulis hoc miraculo, similiter admiratas esse, et pariter haec dixisse. Quod si discipuli propter imperfectam fidem suam, quasi hominem adhuc illum admirabantur, multo magis turbae. Nam vti nauigio ad transfretationem, ac dormire, hominem hunc praedicabant: obedientia autem ventorum ac maris, nouam quandam eius naturam testabatur. Ideo etiam conturbati dicebant: *Qualis est hic?* Magis autem in admirationem duxit hoc miraculum, quam praecedentia: quia nullus vnquam tale quippiam operatus est. Neque enim virgam extentit, vt Moses: neque se aquis admouit, vt alii: sed cum autoritate praecepit, vt dominus seruis, et vt creator creaturis.

[z]) Ita quoque Hentenius. Arbitror tamen, ita legendum esse: *ὁ δὲ ματθαῖος, τὰς ἀνθρώπους. ἀνθρώπους νῦν κ. τ. λ.*

ἔωθεν· ὀλιγοπιστίαν δὲ τούτοις ὠνείδισεν, ὡς ἀτελῆ πίστιν εἰς αὐτὸν κεκτημένοις. ἤλπιζον γὰρ, ὅτι δύναται μὲν σώζειν, ἀλλ' ἐγρηγορώς, ὁ μὲν δὴ καὶ καθεύδων. διὸ καὶ ἐγείρουσιν αὐτόν.

Verſ. 26. Τότε — μεγάλη.

Ἐπετίμησεν, ἀντὶ τοῦ, ἐπέταξε. Φησὶ γὰρ ὁ Μάρκος, ὅτι καὶ [o]) ἔφτῃ θαλάσσῃ, σιώπα, πέφίμωσο. o) Marc. 4, 39.

Verſ. 27. Οἱ δὲ ἄνθρωποι — αὐτῷ;

Ὁ μὲν Λουκᾶς, τοὺς [p]) μαθητὰς εἰπεῖν τοῦτό, Φησιν· ὁ δὲ Ματθαῖος [2]) ἀνθρώπους νῦν, τοὺς ὄχλους [3]) λέγει, καθὼς Φησιν [4]) ὁ χρυσόστομος. καὶ γὰρ εἰκὸς, καὶ τούτους, μαθόντας τοῦτο τὸ θαῦμα παρὰ τῶν μαθητῶν, ὁμοίως θαυμάσαι, καὶ ὁμοίως εἰπεῖν. εἰ δ' οἱ μαθηταὶ, διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς πίστεως αὐτῶν, ὡς ἄνθρωπον ἔτι τοῦτον ἐθαύμαζον, πολλῷ μᾶλλον οἱ ὄχλοι. τὸ μὲν γὰρ κεχρῆσθαι πλοίῳ πρὸς περαίωσιν, καὶ ὑπνῶν, ἄνθρωπον αὐτὸν ἐκήρυττεν· ἡ δὲ τῶν ἀνέμων καὶ τῆς θαλάσσης ὑπακοὴ, ξένην τινὰ Φύσιν τούτῳ προσεμαρτύρει. διὸ καὶ ἐξαπορούμενοι ἔλεγον, ὁποῖος ἐστιν οὗτος; πλεῖον δὲ τῶν προλαβόντων θαυμάτων τὸ παρὸν ἐθαύμασαν, διότι οὐδεὶς ποτε τοιοῦτον εἰργάσατο. ἔτε γὰρ ἐζέτεινε ῥάβδον, ὡς Μωϋσῆς, ἔτε πρεσηνέχθη τοῖς ὕδασιν, ὡς ἕτεροι, ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν ἐπέταξεν, ὡς δεσπότης θέλοις, καὶ ὡς δημιουργὸς κτίσμασι.

p) Luc. 8, 25.

3) Forte λέγων. 4) Tom. VII. p. 334. E.

Cap. XII. De duobus daemoniacis.

Verſ. 28. *Quumque veniſſet — daemoniaci.*

Euangelia ſecundum Marcum et ſecundum Lucam Gadarenorum ſcribunt. Verum ſtagno Tiberiadi adiacet ciuitas Gergeſa, et non Gadara. Quidam autem dicunt binominem eſſe illam ciuitatem, et hoc, et illo vocari nomine. Praeterea Matthaeus duos habet daemoniacos, Marcus autem et Lucas vnius tantum meminerunt, vtpote notioris, qui legio dicebatur, de quo formidanda multa dicunt, cui etiam alter ſubſeruire dicebatur: propter quod etiam illi eum praeteriere. Matthaeus vero etiam hunc ſcripſit tanquam pariter daemoniacum.

† Imo emendatiora exemplaria habent Gergeſenorum, non Geraſenorum, neque Gadarenorum etiam apud Marcum. Gadaria enim ciuitas eſt apud Iudaeos, cui praeceps adiacet ſtagnum et nullo modo mare. Item Geraſa ciuitas eſt Arabiae, non habens mare aut ſtagnum propinquum: neque autem adeo manifeſtum mendacium dixiſſent etiam oſcitantes Euangeliſtae, viri adeo ſtudioſi in cognoſcendis locis, quae circa Iudaeam erant.

5) Hoc ſcholium in margine ſui Codicis reperit Hentenius. Ediderat hoc ex Codicibus Moſquenſibus in Catena ad Marci cap. 5. v. 1. Vol. I. p. 82. edit. Moſq. 1775. 8. Ex Codicibus Vindobonenſibus laudat Alter in Edit. N. Teſt. T. I. pag. 489. Habet etiam Poſſinus in Caten. ad Marc. p. 100. Conflatum autem eſt ex Origene T. IV. pag. 140. 141. qui audacter, hoc eſt, Patriſtice hunc locum corrupit. Callide hic expediuit ſe Chryſoſtomus ex

Κεφ. ΙΒ. Περὶ τῶν δύο δαιμονιζομένων.

Vers. 28. Καὶ ἐλθόντι — δαιμονιζόμενοι.

Τὸ δὲ κατὰ μάρκον q) εὐαγγέλιον, ἔτι δὲ καὶ τὸ κατὰ λεκᾶν, τῶν γαδαρηνῶν γράφουσιν. ἀλλὰ τῇ τιβεριάδι λίμνῃ ἡ πόλις γέργεσα παράκειται, καὶ ἐ τὰ γάδαρα. τινὲς δὲ φασιν, διώνυμον εἶναι τὴν τοιαύτην πόλιν, καὶ καλεῖσθαι τοῦτο κακεῖνο. ἀλλὰ ματθαῖος μὲν δύο δαιμονιζομένους φησὶ, μάρκος δὲ καὶ λεκᾶς ἑνὸς ἐμνημόνευσαν, τὸ μᾶλλον ἐπισημότερον, τοῦ λεγομένου λεγεῶνος, περὶ ὃ φοβερὰ πολλὰ λέγουσιν, ὡ καὶ ὑπηρετεῖν ὁ ἕτερος ἐδόκει. καὶ οἱ μὲν διὰ τοῦτο παρῆκαν αὐτὸν, ὁ δὲ ματθαῖος ἀνέγραψε καὶ τοῦτον, ὡς συνδαιμονιζόμενον.

q) Marc. 5, 1. Luc. 8, 26.

†† Οὔτε 5) γαδαρηνῶν, ἔτε γερασηνῶν, τὰ ἀκριβῆ ἔχει τῶν ἀντιγράφων, ἀλλὰ γεργεσηνῶν. γάδαρα γὰρ πόλις ἐστὶ τῆς ἰουδαίας. λίμνη δὲ κρημνοῖς παρακειμένη, ἡ θάλασσα, ἐδαμῶς ἐστὶν ἐν αὐτῇ. καὶ γέρασα δὲ, τῆς ἀραβίας ἐστὶ πόλις, ἔτε θάλασσαν, οὔτε λίμνην πλησίον αὐτῆς ἔχουσα. καὶ ἐκ ἂν ἔτω προφανὲς ψεῦδος καὶ ἐυέλεγκτον οἱ ἐυαγγελισταὶ εἰρήκασαν, ἄνδρες ἀκριβῶς γινώσκοντες τὰ περὶ τῆς ἰουδαίας. γέργεσα τοίνυν ἐστὶν,

ex laqueis Origenis. Post versum enim 27. statim ita transit ad vers. 29. Ἐπειδὴ δὲ ἀπέβη τῆς θαλάττης, διαδέχεται θαῦμα ἕτερον φοβερώτερον. δαιμονῶντες γὰρ, καθάπερ ὑραπέται πονηροὶ, δεσπότην ἰδόντες, ἔλεγον· τί ἡμῖν καὶ σοὶ κ. τ. λ. Vide Tom. VII. p. 335. C. Ex Chrysostomo ergo, qui data opera fumum fecit, de loco, vbi haec acciderunt, nihil discas. Discas autem, vnde sit Chrysostomus. Scilicet ἀλωπεκῆθεν.

erant. Gergesa igitur vnde dicti Gergeseni, vetus est ciuitas iuxta eam quae nunc Tiberias appellatur, et in decliui loco stagnum habet adiacens: in quod demonstratur porcos a daemonibus esse deiectos. Poteris autem interpretari habitaculum egredientium, vt prophetice fortasse ab euentu nomen acceperit.

Vers. 28. *Ex — exeuntes.*

In sepulchris libenter morantur daemones, prauam opinionem hominibus immittere volentes, quod mortuorum animae daemones fiant, sed circa propriorum corporum monumenta remaneant, imo quibusdam adhaereant. Sed nequaquam id orthodoxo persuadebunt. Si enim hoc verum esset, nullo modo cruciatus diues orasset Abraham, vt Lazarum mitteret in mundum, quo fratribus suis significaret, quae circa se gerebantur, sed ipse per seipsum hoc eis indicasset.

Vers. 28. *Saeui —* Vers. 29. *Dei?*

Quia et discipuli et turbae hominem ipsum dicebant: veniunt nunc daemones diuinitatem illius praedicantes: Occurrente enim illis diuino radio, statim eum cognouerunt: et non ferentes virtutem impetus, inuisibiliter eos inflammantem, clamauerunt dicentes: Quid nobis et tibi, hoc est, quae est nostra potentia, si ad tuam conferatur? tu enim ignis es intolerabilis, nos autem foenum quod facile accenditur.

Vers. 29.

ἐστὶν, ἀφ' ἧς γεργεσαῖοι, πόλις ἀρχαία περὶ τὴν νῦν καλεμένην τιβεριάδος λίμνην, περὶ ἣν κρημνὸς παρακείμενος τῇ λίμνῃ, ἀφ' οὗ δείκνυται τὸς χοίρες ὑπὸ τῶν δαιμόνων καταβεβλῆθαι. ἑρμηνέυεται δὲ ἡ γέργεσα, παροικίαι ἐκβεβλημότων, ἐπώνυμος ἴσα τάχα προφητικῶς, ἃ περὶ τὸν σωτῆρα πεποιήκασι, παρακαλέσαντες αὐτὸν μεταβῆναι ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν οἱ τῶν χοίρων δεσπόται.

Verſ. 28. Ἐκ — ἐξερχόμενοι.

Τοῖς τάφοις οἱ δαίμονες ἐμφιλοχωρῆσιν, ὀλέθριον δόγμα τοῖς ἀνθρώποις ἐνθεῖναι θέλοντες, ὡς ἄρα τῶν τελευτώντων αἱ ψυχαὶ, γιόμεναι δαίμονες, παραμένωσι τοῖς μνήμασι τῶν ἰδίων σωμάτων, καὶ κωλῶνταί τισιν. ἀλλ' ἐκ ἂν ποτε πείσωσι τὸν ὀρθόδοξον. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν ἀληθὲς, οὐκ ἂν βασανιζόμενος ὁ πλέσιος ἐδεῖτο τῶ ἀβραὰμ, ἀποσεῖλαι τὸν λάζαρον εἰς τὸν κόσμον, καὶ μηνύσαι τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ τὰ κατ' αὐτὸν, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἐμήνυσεν ἂν αὐτοῖς.

Verſ. 28. Χαλεποὶ — V. 29. Θεοῦ;

Ἐπειδὴ καὶ οἱ μαθηταὶ, καὶ οἱ ὄχλοι ἄνθρωπον αὐτὸν ἔλεγον, ἔρχονται λοιπὸν οἱ δαίμονες, ἀνακηρύττοντες τὴν αὐτοῦ θεότητα. προσβαλέσης γὰρ αὐτοῖς τῆς θείκης ἀκτῖνος, εὐθὺς ἐπέγνωσαν αὐτόν. καὶ μὴ φέροντες τὴν ἀράτως φλογίζουσαν αὐτὸς δύναμιν τῆς προσβολῆς, ἔκραζαν λέγοντες, τί ἡμῖν καὶ σοὶ, τετέσι, τίς ἡ ἡμετέρα δύναμις πρὸς τὴν σήν; σὺ μὲν γὰρ πῦρ ἄσεκτον, ἡμεῖς δὲ χόρτος, εὐέμπρηστος.

Verſ. 29.

Verſ. 29. *Veniſti — nos?*

Quia deprehenderat eos creaturam ſuam omnino tyrannice vexantes ac perdentes, peccatum quidem negare non poſſunt: quandam autem cauſae ſuae defenſionem praetexunt, quod non nunc poenas dare debeant, ſed tempore vniuerſalis iudicii, et grauiter diſcruciati dicunt: Veniſti huc, id eſt, in terram, vt affligas nos ante definitum tempus? Audierant ſiquidem a prophetis, quod Chriſtus poſt mundi conſummationem deſcenſurus eſſet in terram, ac iudicaturus mundum, et afflicturus daemones.

Verſ. 30. *Erat — V. 31. porcorum.*

Quando quidem iam hominibus nocere non poſſunt, ad irrationalia quae illi poſſident conuertuntur: vt oſtendatur furor, quem aduerſus nos gerunt. Nec ſolum hoc, verum etiam aliud admodum malum machinantur. Student enim porcos occidere, vt horum damno contriſtati domini gregis, Ieſum non ſuſcipiant, et ita, Euangelii praedicatione non ſuſcepta, maximo afficiantur damno. Etenim neque eiecti ceſſant nocere. Quid ergo Chriſtus?

Verſ. 32. *Et — in aquis.*

Vides malitiam illorum? Quum non ignoraret quid tentarent, permittit tamen, non vt illis complaceat, ſed diſpenſatorie alia intendens. Primum vt

6) Intell. τὸν ἄνθρωπον.

7) τῶν χοίρων. B. Hentenii interpretatio videtur etiam poſtulare ἀνθρώπων. τὰ τῶν ἀνθρώπων, intell.

Verſ. 29. Ἦλθες — ἡμᾶς.

Ἐπειδὴ κατέλαβεν αὐτοὺς, τὸ πλάσμα τὸ 6) ἑαυτῷ παντὶ τρόπῳ τυραννοῦντας καὶ διαφθείροντας, ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἁμαρτίαν ἐδύναντο, προβάλλονται δέ τινα δικαιολογίαν, ὅτι οὐ νῦν ὀφείλεται δῆναι δίκην, ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ τῆς παγκοσμίου κρίσεως, καὶ δεινοπαθοῦντες λέγουσιν· ἦλθες ὧδε, τετέσιν, ἐπὶ τὴν γῆν, βασανίσαι ἡμᾶς πρὸ τοῦ ὡρισμένου καιροῦ. καὶ γὰρ ἤκουον παρὰ τῶν προφητῶν, ὅτι ὁ χριστὸς μετὰ τὴν τοῦ κόσμου συντέλειαν μέλλει κατελθεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ κρῖναι τὸν κόσμον, καὶ βασανίσαι τοὺς δαίμονας.

Verſ. 30. Ἦν δὲ — V. 31. χοίρων.

Μηκέτι δυνάμενοι βλάπτειν τοὺς ἀνθρώπους, ἐπὶ τὰ τῶν 7) ἀνθρώπων ἐτράπησαν, πρὸς ἔνδειξιν, ἧς ἔχουσι καθ' ἡμῶν μανίας. καὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι μηχανῶνται, σφόδρα πονηρόν. μελετῶσι γὰρ ἀνελεῖν τοὺς χοίρους, ἵνα τῇ ζημίᾳ τούτων λυπηθέντες οἱ τῆς ἀγέλης κύριοι, μὴ παραδέξωνται τὸν ἰησοῦν, καὶ ζημιωθῶσι μάλιστα, μὴ δεξάμενοι τὸ κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου. καὶ γὰρ ἀπελαυνόμενοι πάυονται τοῦ βλάπτειν. τί οὖν ὁ χριστός;

Verſ. 32. Καὶ — ἐν τοῖς ὕδασιν.

Εἰδὼς τὴν πανουργίαν αὐτῶν, καὶ μὴ ἀγνοῶν, ὃ μελετῶσιν, ὅμως ἐπιτρέπει, ἐ χαριζόμενος ἐκείνοις, ἀλλ' οἰκονομῶν ἕτερα. ἓν μὲν, ἵνα διδάξῃ τοὺς

6) intell. χρήματα καὶ κτήματα. Hoc loco, τὸ χοίρους. Vicina vocabula, καθ' ἡμῶν, defendunt etiam hanc lectionem.

vt discant hi qui liberantur quot et quales habuerint inhabitatores. Deinde vt sciant omnes quod neque in porcos immigrare possent, nisi illis ipse permitteret. Tertium quod atrociora in illis exercerent quam in porcis, nisi etiam in eo quod tyrannice agunt, a Deo impedirentur, non permissi facere quae volunt. Cuilibet enim manifestum est quod homines magis, quam irrationalia oderunt: quum etiam irrationalia propter homines perdere studeant: et per illorum perditionem, his inferre tristitiam. Quarto vt mors porcorum omnibus confirmaret exisse daemones.

Et vide sapientissimam saluatoris cogitationem oppositam. Nam nocere volentes, magis ipsi nocumentum acceperunt. Siquidem Christi potentia apparuit, et illorum imbecillitas ac malitia deprehensa est. Per praeceps autem ferebatur grex in mare, hoc est, praecipitanter et facto impetu. Marcus vero numerum etiam porcorum scripsit, quod erant fere bis mille. Tu quoque mihi per anagogen intellige, quod daemones eiiciuntur ab hominibus, quibus sermone succurritur. Ingrediuntur autem porcos, eos videlicet qui irrationabiliter conuersantur, et in coeno voluptatum volutantur, ac illos in perditionem praecipitant.

Vers. 33. *Qui — omnia.*

Fugerunt timentes, ne se pariter occiderent daemones, qui suos peremerant porcos. Renuntiauerunt autem omnia quae a daemonibus et a Christo dicta fuerant: ac de perditione porcorum.

τὲς ἀπαλλαγέντας, ὅσες καὶ οἵες ἔσχον ἐνοίκες· ἕτερον δὲ, ἵνα μάθωσι πάντες, ὅτι ἐδὲ χοίροις ἐπιπηδῆσαι δύνανται, εἰ μὴ παραχωρήσῃ τέτοις αὐτός· τρίτον, ὅτι χαλεπώτερα τῶν χοίρων ἐκείνοις ἂν εἰργάσαντο πάντως, εἰ μὴ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τυραννεῖν ἀνεχαιτίζοντο παρὰ τὲ θεῖ, καὶ ἐ συνεχωρεῖντο ποιεῖν, ὅσα βέλονται. παντὶ γὰρ δῆλον, ὅτι τὲς ἀνθρώπες πλεῖον μισεῖσι τῶν ἀλόγων, ἐπεὶ καὶ τὰ ἄλογα διὰ τὸὺς ἀνθρώπους φθείρεσι, σπεύδοντες καὶ διὰ τῆς τέτων ἀπωλείας λυπεῖν αὐτές· τέταρτον, ἵνα ὁ θάνατος τῶν χοίρων βεβαιώσῃ πάντας, ὅτι ἐξῆλθον οἱ δαίμονες.

Καὶ ὅρα πάνσοφον ἀντιμηχάνημα τὲ σωτῆρος. μελετήσαντες γὰρ βλάψαι, πλεῖον ἐβλάβησαν καὶ τἐναντίον, ἃ ἐβέλοντο, γέγονεν. ἐξέλαμψε μὲν γὰρ ἡ τὲ χριτὲ δύναμις· ἠλέγχθη δὲ τέτων ἡ ἀσθένεια καὶ ἡ πονηρία. κατὰ τὲ κρημνὲ δὲ τέτων ἡ ὁρμησεν ἡ ἀγέλη εἰς τὴν θάλασσαν, ἀντὶ τὲ, διὰ τὲ κρημνὲ. μάρκος δὲ καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν χοίρων ἔγραψεν, ὅτι ἦσαν [r]) ὡς δισχίλιοι. σὺ δέ [r]) Marc. 5, 13. μοι νόει καὶ κατὰ ἀναγωγὴν, ὅτι οἱ δαίμονες ἀπὸ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐκβάλλονται, λέγω δὴ, τῶν λόγῳ βοηθεμένων· τοῖς δὲ χοίροις ἐφάλλονται, δηλαδὴ τοῖς ἀλόγως ἐγκυλιομένοις τῷ βορβόρῳ τῶν ἡδονῶν, καὶ κατακρημνίζεσιν αὐτὲς εἰς ἀπώλειαν.

Vers. 33. Οἱ δὲ — πάντα.

Ἔφυγον φοβηθέντες, μὴ καὶ αὐτὲς ἀνέλωσιν οἱ τὲς χοίρες αὐτῶν ἀνελόντες δαίμονες. ἀπήγγειλαν δὲ πάντα, δηλαδὴ τὰ ῥηθέντα, παρά τε τῶν δαιμόνων, καὶ παρὰ τὲ χριτὲ, καὶ τὰ τῆς ἀπωλείας τῶν χοίρων.

Verſ. 33. *Et quae — daemoniacis.*

De immutatione et honeſta modeſtia ipſorum.

Verſ. 34. *Et ecce — Ieſu.*

Veniebat enim ipſe ad ciuitatem. †† Omnis autem ciuitas, pro, omnes ciues.

Verſ. 34. *Et — ipſorum.*

Dolentes, vt dictum eſt, de perditione porcorum, ac etiam territi, vt dixit Lucas: timebant enim ne mali quippiam eiecti daemones etiam in ipſos perpetrarent. Chriſtus autem ſtatim paruit: neque enim digni erant doctrina ipſius. Quanquam praeceptores quoque eis reliquit, illos videlicet qui a daemonibus liberati fuerant, et qui porcos pauerant.

Cap. IX. v. 1. *Et — in ciuitatem ſuam.*

Ciuitatem ſuam dicit Capernaum. Siquidem Bethlehem ipſum protulit: Nazaret ipſum enutriuit: Capernaum deinceps incolam habuit.

Cap. XIII. De paralytico.

V. 2. *Et ecce — decumbentem.*

Dictionem, *Ecce*, ſcriptura hebraica frequenter ponit, tanquam linguae idioma, ſicut et alia multa.

8) Incluſa omittit. A.

9) Hic addit, καὶ ὁ αὐτὸς ἐπὶ τὴν πόλιν. A. A πᾶσα ad πολίτῃ omittit Henrenius.

Vers. 33. Καὶ τὰ — δαιμονιζομένων.

Τὰ τῆς μεταβολῆς καὶ εὐκοσμίας αὐτῶν.

Vers. 34. Καὶ ἰδοὺ — ἰησοῦ.

Ἦρχετο γὰρ [αὐτὸς [8]) ἐπὶ τὴν πόλιν.] πᾶσα δὲ ἡ πόλις, ἀντὶ τε., πάντες εἰ πολῖται. [9])

Vers. 34. Καὶ — αὐτῶν.

Λυπηθέντες μὲν, ὡς εἴρηται, καὶ διὰ τὴν ἀπώλειαν τῶν χοίρων, ἔτι δὲ καὶ φοβηθέντες, [9]) ὡς [8]) Luc. 8. 35. ὁ λεκὰς εἶπεν. ἐδεδοίκεισαν γὰρ, μήτι κακὸν καὶ εἰς αὐτὸς οἱ δαίμονες ἐκβληθέντες δράσωσιν. ὁ δὲ χριστὸς εὐθὺς ὑπήκουσεν. οὐ γὰρ ἦσαν ἄξιοι τῆς αὐτῷ διδασκαλίας. ἅμα δὲ καὶ κατέλιπεν αὐτοῖς διδασκάλους τοὺς ἀπαλλαγέντας τῶν δαιμόνων καὶ τοὺς συβώτας. [1])

Cap. IX. v. 1. Καὶ — εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν.

Ἰδίαν πόλιν αὐτοῦ, τὴν καπερναεὺμ λέγει. καὶ γὰρ ἡ μὲν βηθλεὲμ ἤνεγκεν αὐτόν· ἡ δὲ ναζαρὲτ, ἐθρεψεν· ἡ δὲ καπερναεὺμ, εἶχεν εἰς τὰ ἑξῆς οἰκοῦντα.

Κεφ. ΙΓ. Περὶ τοῦ παραλυτικοῦ.

Vers. 2. Καὶ ἰδὲ — βεβλημένον.

Τὸ ἰδὲ συνεχῶς ἡ ἑβραὶς τίθησι γραφὴ, ὡς ἰδίωμα, καθάπερ καὶ πολλὰ ἕτερα. προσήκει δὲ

[1]) His enim nuuis digni erant theologiae doctoribus.

multa. Dicendum eſt autem, alium eſſe hunc paralyticum ab eo cuius meminit Ioannes: nam ille ad Bethesda decumbebat, hic autem Capernaum: et ille quidem triginta et octo annos morbo tenebatur, de hoc vero nihil tale ſcriptum eſt: praeterea ille non habebat hominem, hic autem baiulos habebat: huic quoque ait: *Remiſſa ſunt tibi peccata tua:* illi vero: *vis ſanus fieri?* Ad haec, illum ſabbato curauit, vnde etiam murmurabant Iudaei: hunc autem alio die, ideoque tacuerunt.

Verſ. 2. *Intuitus — peccata tua.*

Sicut enim dicunt Marcus et Lucas, quum ingredi non poſſent, propter eorum multitudinem qui congregati erant, aſcenderunt in tectum domus in qua docebat Ieſus: eoque perfoſſo, per ipſum demiſerunt grabbatum in quo iacebat paralyticus: quae omnia magnae fidei erant: haec namque illis ne deſperarent, perſuaſit, vtque omnia et facerent, et paterentur, quo ipſum conſpectui ſaluatoris praeſentarent, credentes continuo illum aſſequuturum eſſe ſanitatem. Fidem, inquit, eorum: non ſolum demittentium, ſed eius quoque qui demiſſus erat. Neque enim ſe demitti ſuſtinuiſſet, niſi ſalutem conſequi ſperaſſet. Intuitus autem Ieſus tantam illorum fidem, primum quidem languido peccata remittit, deinde vero corpus ſanat: ſimul docens plurimos morbos e peccatis oriri, et prius oportere cauſam curare: Vnde etiam paralytico, de quo ſcribit Ioannes, dixit: *Ecce ſanus factus es, non pecces deinceps, ne quid deterius tibi contingat:* Simul quoque Deum ſe eſſe oſten-

[2]) De eodem diſputat Chryſoſt. Tom. VII. p. 342. B. Tom. VIII. p. 211. fin.

εἰπεῖν, ὅτι [2]) ἕτερός ἐστιν ὁ παραλυτικὸς οὗτος, παρὰ τὸν ὑπὸ [t]) ἰωάννου μνημονευόμενον. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐν τῇ βηθσαϊδὰ κατέκειτο· ἔτος δὲ ἐν τῇ καπερναὲμ ἦν. καὶ ὁ μὲν τριάκοντα καὶ ὀκτὼ εἶχεν ἔτη. περὶ τούτου δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἱστόρηται. καὶ ὁ μὲν ἐκ ἕξεως ἄνθρωπον· οὗτος δὲ εἶχε τοὺς βασάζοντας. καὶ τούτῳ μέν φησιν, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ἐκείνῳ δὲ, θέλεις [v]) ὑγιὴς γενέσθαι; καὶ τὸν μὲν ἐν σαββάτῳ τεθεράπευκε, διὸ καὶ ἐγογγυζον ἰουδαῖοι· τοῦτον δὲ κατ' ἄλλην ἡμέραν, διὸ καὶ ἐσίγησαν.

2) Ioh. 5, 5.

v) Ioh. 5, 6.

Verſ. 2. Καὶ ἰδὼν — αἱ ἁμαρτίαι σου.

Ὡς γὰρ ὁ μάρκος [x]) καὶ ὁ λουκᾶς εἶπον, μὴ δυναμένοις εἰσελθεῖν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν συλλεγέντων, ἀνῆλθον ἐπὶ τὴν στέγην τῆς οἰκίας, ἔνθα ἐδίδασκεν ὁ ἰησοῦς, καὶ ἀνορύξαντες αὐτὴν, ἐχάλασαν δι' αὐτῆς τὸν κράββατον, ἐφ' ᾧ κατέκειτο ὁ παράλυτος· ἃ πάντα μεγάλης πίστεως ἦσαν, ἥτις ἔπεισεν αὐτοὺς, μὴ ἀπογνῶναι, μηδ' ὑποστεῖλαι, ἀλλὰ πάντα ποιῆσαι καὶ παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς ὄψιν τοῦ σωτῆρος, πιστεύοντας, ὅτι αὐτίκα τεύξεται τῆς ἰάσεως. πίστιν δὲ αὐτῶν φησὶν, οὐ μόνον τῶν χαλασάντων, ἀλλὰ καὶ τοῦ χαλασθέντος. οὐ γὰρ ἂν ἠνέσχετο χαλασθῆναι, εἰ μὴ ἐλπίδι ἐπίστευεν. ἰδὼν δὲ ὁ χριστὸς τὴν τηλικαύτην πίστιν αὐτῶν, πρῶτον μὲν ἀφίησι τῷ νοσοῦντι τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ. μετὰ τοῦτο δὲ θεραπεύει τὸ σῶμα. ἅμα μὲν διδάσκων, ὅτι τὰ πολλὰ τῶν νοσημάτων ἐξ ἁμαρτιῶν φύονται, καὶ χρὴ πρῶτον ἰαθῆναι τὸ αἴτιον· καὶ γὰρ πρὸς τὸν παρὰ τῷ ἰωάννῃ παραλυτικὸν εἴρηκεν, ἴδε [y]) ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται· ἅμα δὲ δεικνύων, ὅτι θεός ἐστι. τὸ μὲν γὰρ

x) Marc. 2, 4. Luc. 5, 19.

y) Ioh. 5, 14.

ostendens. Corporeas siquidem curare infirmitates, etiam sanctorum est: peccata vero remittere solius Dei. Ideo etiam scribae turbabantur.

Vers. 3. *Et — blasphemat.*

Marcus manifestius dixit: Erant quidam scribarum ibi sedentes et cogitantes in cordibus suis: *Quid hic ita loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata praeter vnum,* nempe Deum? offendebantur autem prae inuidia et malitia. Nam frequenter eum viderant etiam cum autoritate morbos fugantem, daemones eiicientem, vento marique imperantem: et haec omnia modo humanas vires superante factitantem. Sed hi proprias vlcisscentes affectiones, Dei videbantur iniuriam vlcisci.

Vers. 4. *Quumque vidisset — vestris?*

Hic aliud quoque suae diuinitatis et ad patrem aequalitatis signum ostendit, cui contradici non possit, cognoscendo videlicet cogitationes cordium ipsorum, quod similiter solius erat Dei. Scriptum est enim: *Tu nosti corda solus omnium.* Et rursum: *Scrutans corda et renes Deus.* Et alibi: *Homo videbit in facien, Deus autem intuebitur in corda.* Nam quia illud, quum sibi videretur impossibile, non recipiebant, inducit hoc tanquam indubitatum, per hoc probans etiam illud, ac quodammodo dicens: vere nullus potest remittere peccata, nisi vnus, qui intuetur cogitationes hominum.

Vers. 5.

3) Correxi *Φανὲν*, loco *Φαμέν*. Ita etiam Hentenius videtur legisse.

ἰᾶσθαι σωματικὰς νόσες, καὶ τῶν ἀγίων ἦν· τὸ δὲ ἀφιέναι ἁμαρτίας, μόνε θεῦ. διὸ καὶ οἱ γραμματεῖς ἐθορυβήθησαν.

Verſ. 3. Καὶ — βλασφημεῖ.

Ὁ δὲ ῥάρκος φανερώτερον εἶπεν, ὅτι καὶ [z]) ἦσάν τινες τῶν γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, τί ἔτος ἔτω λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός; ἐσκανδαλίζοντο δὲ ὑπὸ φθόνε καὶ πονηρίας. καὶ γὰρ πολλάκις αὐτὸν εἶδον ἐξισιασικῶς καὶ νόσες φυγαδεύοντα, καὶ δαίμονας ἀπελαύνοντα, καὶ ἀνέμοις καὶ θαλάσσῃ ἐπιτιμῶντα, καὶ πάντα ταῦτα διαπραττόμενον ὑπὲρ ἄνθρωπον· ἀλλ' αὐτοὶ τὰ ἴδια πάθη ἐκδικοῦντες, ἐδόκεν τὸν θεὸν ἐκδικεῖν.

z) Marc. 2, 6. 7.

Verſ. 4. Ἰδὼν δὲ — ὑμῶν;

Ἐνταῦθα καὶ ἕτερον ἀναντίῤῥητον σημεῖον τῆς ἑαυτῦ θεότητος δείκνυσι, καὶ τῆς πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητος, τὸ γινώσκειν τὰς διαλογισμὰς τῶν καρδιῶν αὐτῶν, ἅπερ ὁμοίως ἦν μόνε θεῦ. γέγραπται γάρ. σὺ [a]) ἐπίσασαι καρδίας μονώτατος. καὶ πάλιν· ἐτάζων [b]) καρδίας καὶ νεφρὲς ὁ θεός. καὶ αὖθις· ἄνθρωπος [c]) ὄψεται εἰς πρόσωπον· ὁ δὲ θεὸς ὄψεται εἰς καρδίαν. ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνο, ὡς [3]) φανὲν αὐτοῖς ἀδύνατον, ἐν ἐξέλαντο, ἐπάγει τῆτο λοιπόν, ὡς ἀναμφίβολον· διὰ τῆτο κἀκεῖνο βεβαιῶν, καὶ τρόπον τινὰ λέγων, ὅτι ὄντως ἐθεὶς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς, ὁ βλέπων τὰς ἐνθυμήσεις τῶν ἀνθρώπων.

a) 2 Paral. 6, 30. b) Pſ. 7, 10. c) 1 Reg. 16, 7.

Verſ. 5. *Vtrum — ambula?*

Quando quidem, inquit, blasphemus vobis videor, vtpote remittens peccata, et aequalem faciens meipſum Deo: reſpondete mihi, vtrum eſt facilius vt opere perficiatur, an dicere hoc, vel dicere illud? Erant autem ambo de quibus interrogabat, Deo quidem poſſibilia, hominibus vero impoſſibilia. Nam et remittere peccata ſolius Dei erat: et ſimiliter ſua autoritate erigere ac confirmare paralyticum. Quum autem illi tacerent, eo quod neutrum altero facilius dicere poterant, ait ipſe,

Verſ. 6. *Vt — peccata.*

Defectiuus eſt hic loquendi modus. Deficit enim, *reſpicite*. Vt, inquit, cognoſcatis, quod qui vobis apparet homo, poteſtatem habeat tanquam Deus, reſpicite. Quod autem additur, *in terra*, ſimplici ſenſu ponitur: aut valet tantundem ac ſi dicatur: In conuerſatione quam habet in terra. Dicebat itaque hoc de ſeipſo.

Verſ. 6. *Tunc ait* — V. 7. *ſuam.*

Quia remittere peccata latentem habebat demonſtrationem: ad erigendum autem ſua autoritate paralyticum, manifeſta opus erat demonſtratione: facit quod manifeſtum eſt in ſignum eius, quod erat occultum: et per hoc, et per illud plenam facit fidem, quod et hoc poſſit et illud. Ad confirmationem autem quod corpus robuſtum relinqueretur, iuſſit vt tolleret grabatum ſuum: ne phantaſtico quodam modo fieri videretur. Dimittit

Verſ. 5. Τί γάρ — περιπάτει;

Ἐπεὶ βλάσφημος ὑμῖν δοκῶ, φησὶν, ὡς ἀφιεὶς ἁμαρτίας, καὶ ἴσον ἐμαυτὸν τῷ Θεῷ ποιῶν, ἀποκρίθητε· ποῖόν ἐστιν εὐχερέστερον εἰς πρᾶξιν, πότερον τὸ εἰπεῖν τόδε, ἢ τὸ εἰπεῖν τόδε; ἦσαν δὲ καὶ ἄμφω τὰ, περὶ ὧν ἠρώτησε, Θεῷ μὲν δυνατά, ἀνθρώπῳ δὲ ἀδύνατα. καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀφιέναι ἁμαρτίας, Θεῷ μόνῳ ἦν· ὁμοίως δὲ καὶ, τὸ κατ' ἐξουσίαν ἐγεῖραι, καὶ [4]) ἀρτιῶσαι τὸν παράλυτον. σιγώντων δὲ αὐτῶν, διὰ τὸ μηδέτερον ἔχειν εἰπεῖν εὐχερέστερον ἑτέρου, φησὶν αὐτός·

Verſ. 6. Ἵνα — ἁμαρτίας.

Ἔλλειπτικόν ἐστι τοῦτο τὸ σχῆμα τῆς λέξεως. λείπει γὰρ τὸ, θεωρήσατε. ἵνα δὲ, φησὶ, γνῶτε, ὅτι ὁ φαινόμενος ὑμῖν ἄνθρωπος, ἐξουσίαν ἔχει, ὡς Θεὸς, βλέψατε. τὸ δὲ, ἐπὶ τῆς γῆς, ἁπλῶς πρόσκειται, ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τῆς ἐν γῇ πολιτείας αὐτοῦ. ἔλεγε δὲ τοῦτο περὶ ἑαυτοῦ.

Verſ. 6. Τότε λέγει — V. 7. αὐτῷ.

Ἐπειδὴ τὸ μὲν ἀφιέναι ἁμαρτίας, ἀφανῆ τὴν ἀπόδειξιν εἶχε· τὸ δὲ κατ' ἐξουσίαν ἐγεῖραι τὸν παράλυτον, φανερᾶς ἐδεῖτο τῆς ἀποδείξεως· ποιεῖται τὴν φανερὰν τεκμήριον τῆς ἀφανοῦς, καὶ διὰ ταύτης καὶ περὶ ἐκείνης πληροφορεῖ, ὅτι ὁ τοῦτο δυνηθεὶς, δύναται κἀκεῖνο. πρὸς βεβαίωσιν δὲ τῆς συσφίγξεως τοῦ παρειμένου σώματος, ἐκέλευσεν ἆραι τὸν κράββατον, ἵνα μὴ δόξῃ φαντασία τις τὸ γεγενημένον. ἀποστέλλει δὲ αὐτὸν εἰς

4) i. e. ἀρτιμελῆ ποιῆσαι. συσφίγξαι. Frequentius occurrit ἀρτίζω, quam ἀρτιόω.

mittit etiam illum in domum suam, tum ne praesens ac visus, laudem sibi conciliaret: tum etiam, vt sanitatis testes haberet, quibus contradici non posset, ipsos nempe, qui morbi testes erant, vtque ipsis fidei fieret occasio.

Vers. 8. *Quum vidissent — hominibus.*

Admirabantur quidem, quod quasi Deus miraculum operatus erat: hominem tamen eum esse opinabantur, habentem potestatem super hominem.

Cap. XIV. De Matthaeo publicano.

Vers. 9. *Et — sequere me.*

Praeteriens, hoc est, pergens. Considera autem Euangelistam quomodo non erubuerit ob priorem vitam suam. Sed Marcus quidem et Lucas, ob condiscipuli reuerentiam, praetermittentes manifestum eius nomen, Leui hunc vocauerunt: Sic enim etiam appellabatur: ipse vero aperte seipsum publicanum fatetur. Siquidem neque Christum eius puduit. Simul autem hinc illius ostendit virtutem, qui se ad discipulatum vocauit: quam facile e medio telonio lucri maxime auidos ac impudentissime cauponantes abstraxerit. Telonium vero dicit huius commerciarii (vt ita loquamur) praetorium aut domum. Quum autem prius ostendisset Christus, quod peccata remittere posset, tunc etiam ad publicanum venit, ne turbentur aliqui, videntes eum discipulis annumeratum, sed cogitent

*) i. e. τὰς οἰκείας καὶ συγγενεῖς.

εἰς τὸν οἶκον αὐτῆ· τῆτο μὲν, ἵνα μὴ παρὼν καὶ ὁρώμενος ἔπαινον αὐτῷ προξενήσῃ· τῆτο δὲ καὶ, ἵνα σχῇ μάρτυρας τῆς ὑγιείας ἀναντιῤῥήτες, αὐτὲς τὲς[5]) ἀπαραγράπτες καὶ τῆς νόσου μάρτυρας, καὶ ἵνα τέτοις ἀφορμὴ γένηται πίσεως.

Verſ. 8. Ἰδόντες δὲ — ἀνθρώποις.

Ἐθαύμασαν μὲν, ὅτι ὡς θεὸς ἐθαυματέργησεν· ὅμως ἀνθρωπον αὐτὸν εἶναι ὑπελάμβανον, ἔχοντα ἐξεσίαν ὑπὲρ ἀνθρωπον.

Κεφ. ΙΔ. Περὶ ματθαίε τε τελώνε.

Verſ. 9. Καὶ — ἀκολέθει μοι.

Παράγων, ἀντὶ τε, πορευόμενος. ὅρα δὲ τὸν ἐυαγγελιςὴν, πῶς ἐκ ἐπαισχύνεται τὸν πρότερον ἑαυτῆ βίον. ἀλλὰ μάρκος[4]) μὲν καὶ λεκᾶς, αἰδοῖ τῆ συμμαθητῆ, τὸ φανερὸν ὄνομα τότε παρέδραμον, λευὶν τῆτον ὀνομάσαντες. ἐκαλεῖτο γαρ καὶ τῆτο. αὐτὸς δὲ φανερῶς τελώνην ἑαυτὸν ὁμολογεῖ, διότι ἐθ' ὁ χριςὸς ἐπησχύνθη τῆτον. ἅμα δὲ καὶ δείκνυσιν ἐντεῦθεν τὴν δύναμιν τοῦ καλέσαντος αὐτὸν εἰς μαθητείαν, πῶς ἀνέσπασε τῆτον ἐυχερῶς ἐκ μέσε τε τελωνίε, σφόδρα φιλοκερδῆς καὶ ἀναιδεζάτης καπηλείας. τελώνιον γὰρ λέγει, τὸ τε κομμερκιαρίε[6]) πραιτώριον. δείζας δὲ πρότερον ὁ χριςὸς, ὅτι δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, τότε καὶ ἐπὶ τὸν τελώνην ἔρχεται, ἵνα μὴ θορυβῶνταί τινες, βλέποντες αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς ἐναρίθμιον· ἀλλ' ἵνα λογίζωνται,

d) Marc. 2, 14. Luc. 5, 27.

[6]) κομμερκίε. A. male. Eadem vox ſupra legitur ad Matth. 5, 46. vbi τελώνης explicat, κομμερκιάριος.

tent potius, quod qui soluit aliorum peccata, multo magis suorum peccata absoluit.

† Tanquam de altero narrat, quae circa se contigerunt, iactantiam abhorrens: magna siquidem laude dignus erat, quod continuo sequutus est eum.

Vers. 9. *At ille — eum.*

Admirare perfectam eius, qui vocatus est obedientiam: quomodo neque consultauit apud se: quomodo nullum super ea re consuluit amicum: quomodo non disposuit, quae domus atque substantiae suae erant: sed confestim surgens, sequutus est, relicto vniuerso mundo: solam autem adduxit mentem ad omnia paratam, quae iussisset is, qui eum vocauerat, sicut et qui antea vocati fuerant.

Verum quam ob causam de Petro et Andrea, Iacobo, Ioanne ac Matthaeo, non solum ipse Matthaeus, sed et Marcus ac Lucas scripserunt, vnde et quomodo vocati sint: de reliquis vero discipulis nihil tale docuerunt? Quia hi inter alios abiectissima habebant vitae instituta: neque enim quippiam peius publicano, neque vilius piscatore. Propter quod etiam Euangelistae in omnibus fide digni habentur, quia neque ea, quae probrum adferre videbantur praetermiserunt, nec id solum de discipulis, verum etiam de praeceptore faciunt. Statim namque plurima reliquerunt miracula: nihil autem de his, quae passus est praetermiserunt: quum de discipulis ostenderint quod adeo abiecti, tanta gratia digni habiti sunt: de praeceptore vero, quod, quum tantus esset, talia propter nos passus sit.

Vers. 10.

7) Haec vterque Codex in margine habet. Eadem inferius exhibebat Hentenius.

ται, ὅτι ὁ ἑτέρων ἁμαρτήματα λύων, πολλῷ μᾶλλον ἔλυσε τὰ τῆ μαθητῆ.

[Ὡς [7]) περὶ ἑτέρε δὲ τὰ περὶ ἑαυτῆ διηγεῖται, σέργων τὸ ἀκόμπαστον. μέγα γὰρ ἐποίησεν, εὐθὺς ἀκολεθήσας αὐτῷ.]

Verſ. 9. Ὁ δὲ — αὐτῷ.

Θαύμασον τὴν τελείαν τῆ κληθέντος ὑπακοὴν, πῶς ἐ διεσκέψατο, πῶς ἐκ ἀνεκινώσατο περὶ τέτε φίλοις, πῶς ἐ διώκησε τὰ κατὰ τὸν οἶκον καὶ τὴν οὐσίαν· ἀλλ' εὐθέως ἀναστὰς ἠκολέθησε, πάντα μὲν τὸν κόσμον ἀπολιπὼν, μόνην δὲ τὴν γνώμην ἐπαγόμενος παρεσκευασμένην πρὸς τὰ κελευόμενα παρὰ τοῦ καλέσαντος, ἓν τρόπον καὶ [8]) οἱ προκληθέντες.

Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν περὶ πέτρε μὲν καὶ ἀνδρέε καὶ ἰακώβε καὶ ἰωάννε καὶ ματθαίε, οὐ μόνον αὐτὸς ὁ ματθαῖος, ἀλλὰ καὶ μάρκος καὶ λεκᾶς ἐγραψαν, πῶς καὶ τίνα τρόπον ἐκλήθησαν· περὶ δὲ τῶν ἄλλων μαθητῶν ἐδὲν τοιᾶτον ἐδίδαξαν; διότι μάλιστα τῶν ἄλλων οὗτοι ἦσαν ἐν ἀποβλήτοις ἐπιτηδεύμασιν. ἔτε γὰρ τελώνε τι χεῖρον, ἔτε ἁλιέως ἐυτελέστερον. διὸ καὶ μᾶλλον εἰ ἐυαγγελισαὶ τὸ ἀξιόπιστον ἐν ἅπασιν ἔχωσιν, ὅτι ἐδὲ τὰ δοκοῦντα φέρειν τοῖς μαθηταῖς ὄνειδος παρελίμπανον. καὶ ἐκ ἐπὶ τῶν μαθητῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆ διδασκάλε τᾶτο ποιᾶσιν. αὐτίκα γᾶν πολλὰ μὲν τῶν θαυμάτων αὐτῆ παρέδραμον, ἐδὲν δὲ τῶν παθημάτων αὐτῆ παρέλιπον, δεικνῦντες περὶ μὲν τῶν μαθητῶν, ὁποῖοι ὄντες, ὁποίας χάριτος ἠξιώθησαν, περὶ δὲ τῆ διδασκάλε, ὁποῖος ὢν, ὁποῖα πέπονθε δι' ἡμᾶς.

Verſ. 10.

[8]) *οἱ*, abeſt. B.

Vers. 10. *Et factum — eius.*

Intuitus Christus sinceriſſimam ac promptiſſimam huius obedientiam accedit, vt et illum honoret, et se illi familiarem praebens, libereque tribuens, his qui eo venerant aliquam correctionem tradat. Ille autem tantum assequutus bonum, liberalior efficitur, et sicut ait Lucas, fecit ei conuiuium magnum in domo sua, id est, officiosum epulum.

Publicanos vero appellat etiam peccatores, propter obtrectationem qua male audiebant: ipsi enim calumniam sustinebant, tanquam iniusti et auari ac raptores, omnique compassione carentes, et impudentes. Aut fortassis et alii quidam erant: nobiliora quidem vitae instituta habentes, eisdem tamen obnoxii affectibus: nam simile suo congaudet simili.

Et hos ergo Matthaeus conuiuio accepit, vtpote qui sibi in gaudio communicabant, et eius artis, eorundemque erant morum. Christus autem tolerabat, vt etiam pariter cum eo tales accumberent, propter venturam simul accumbentibus vtilitatem: et particeps cum eis erat ferculorum iniuste paratorum, ob grande lucrum, quod inde erat prouenturum: nec curabat multorum indignationem, sciens quod nisi medicus putredinem tolleret, ab ea non liberabit aegrotantes. Atqui plane nouerat prauam inde suspicionem de se exoriturum, quod ad epulum veniisset, et quod ad publicani epulum, quodque simul cum multis publicanis accumberet.

Vide enim postmodum Iudaeos improperantes ei, ac dicentes: *Ecce homo vorax, et potor vini, amicus publicanorum et peccatorum*: sed tamen haec

Vers. 10. Καὶ ἐγένετο — αὐτοῦ.

Ἰδὼν ὁ χριστὸς τὴν εἰλικρινεστάτην ὑπακοὴν τότε καὶ προθυμίαν, ἐπὶ τὴν οἰκίαν αὐτῦ παραγίνεται, τιμῶν τε αὐτὸν καὶ οἰκειέμενος, καὶ παῤῥησίας μεταδιδὰς, καὶ ἵνα καὶ τοῖς ἐκεῖ παράσχῃ τινὰ διόρθωσιν· αὐτὸς δὲ, τοιῦτο τυχὼν ἀγαθῦ, φιλοτιμότερον διεγείρεται, καὶ, καθὼς φησιν ὁ λεκᾶς, ἐποίησε e) δοχὴν μεγάλην αὐτῷ e) Luc. 5, 29. ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῦ, τετέσιν, ὑποδοχὴν, θεραπείαν, ἔξιασιν.

Τελώνας δὲ καὶ ἁμαρτωλὰς, τὰς αὐτοὺς λέγει, πρὸς διασυρμὸν αὐτῶν. διεβέβλητο γάρ, ὡς ἄδικοι καὶ πλεονέκται καὶ ἅρπαγες καὶ ἀσυμπαθεῖς καὶ ἀναιδεῖς· ἦ καὶ ἄλλοι τινὲς ἦσαν, ἴσως ἕτερα μὲν ἐπιτηδεύματα ἔχοντες, τοῖς αὐτοῖς δὲ πάθεσιν ἐνεχόμενοι. τῷ γὰρ ὁμοίῳ χαίρει τὸ ὅμοιον.

Παρέλαβε γὰρ καὶ τότε εἰς ἔξιασιν ὁ ματθαῖος, κοινωνήσοντας αὐτῷ τῆς χαρᾶς, ὡς ὁμοτέχνας καὶ συνήθεις. ὁ δὲ χριστὸς ἠνέσχετο καὶ ἀναπεσεῖν καὶ συναναπεσεῖν τοιῦτοις, διὰ τὴν μέλλουσαν γενέσθαι τοῖς συνανακειμένοις ὠφέλειαν· καὶ μετέσχε τῶν ἐξ ἀδικίας παρατεθέντων αὐτοῖς, διότι μέγα κέρδος ἐντεῦθεν ἐμέλλεν ἔσεσθαι, καὶ ἐκ ἐφρόντισε τῆς παρὰ τῶν πολλῶν μέμψεως, εἰδὼς, ὅτι ὁ ἰατρὸς, ἐὰν μὴ ἀνάσχηται σηπεδόνος, ἐκ ἀπαλλάττει ταύτης τὸς κάμνοντας· καίτοι σαφῶς ἐγίνωσκεν, ὅτι πονηρὰν ἐντεῦθεν ὑπόληψιν λήψεται, διότι τε πρὸς εὐωχίαν ἦλθε, καὶ διότι πρὸς εὐωχίαν τελώνε, καὶ διότι πολλοῖς τελώναις καὶ ἁμαρτωλοῖς συνανέπεσεν.

Ὅρα γῶν ὕστερον τὸς ἰουδαίους, ὀνειδίζοντας αὐτῷ καὶ λέγοντας, ἰδὲ ἄνθρωπος f) φάγος καὶ f) Matth. 11, 19. οἰνοπότης, φίλος τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν· ἀλλ'

haec omnia despicit, vt quod conatur efficiat. Vt autem scias quod simul accumbendo, rem maximam operetur, audi quid dicat Zacchaeus publicanus. Postquam enim Christum audiuit dicentem: *Hodie in domo tua oportet me manere:* animo gestiens, et prae gaudio in sublime eleuatus ait: *Ecce dimidium substantiae meae domine do pauperibus:* et si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Dixit autem ad eum Iesus: Hodie salus huic domui facta est.

Quomodo ergo dicit Paulus: Si quis dictus frater est fornicator aut auarus, cum huiusmodi nec cibum sumatis? Paulus in hoc non praeceptores, sed simpliciter fratres adhortatur. Praeterea de fratre hoc dicit ille: hi autem publicani nondum facti erant fratres. Ad haec, dum permanserint in peccatis hoc faciendum est: isti vero potius ex hoc conuertendi erant.

Vers. 11. *Et — magister vester?*

Marcus et Lucas dixerunt etiam scribas simul cum Pharisaeis hoc dixisse.

Vide autem, quod quando discipuli peccare videntur, praeceptori aduersus illos dicunt: *Ecce discipuli tui, faciunt*, quod non licet facere Sabbatis. Quando vero praeceptor, vt nunc, apud discipulos illum calumniantur: dolose agentes, vt chorum discipulorum a praeceptore separent. Quid ergo ait profunda sapientia?

Vers. 12.

9) μὴ. A.

1) Rarum hoc, πφαινεῖν πρός τινα.

ὅμως ἐκεῖνος ὑπερώρα τέτων πάντων, ἵνα τὸ σπεδαζόμενον ἀνύσῃ, καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι συναναπεσὼν αὐτοῖς, μέγιστον ἤνυσεν. ἄκουσον, τί φησι ζακχαῖος, ὁ τελώνης. ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσε τῶ χριςῶ λέγοντος, ὅτι σήμερον ἐν [g]) τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι, πτερωθεὶς ὑπὸ τῆς χαρᾶς, εἶπεν, ἰδὲ τὰ [h]) ἡμίσια τῶν ὑπαρχόντων μοι, κύριε, δίδωμι πτωχοῖς, καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλᾶν. εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἰησῦς, σήμερον [i]) σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο.

g) Luc. 19, 5.
h) Luc. 19, 8.
i) Luc. 19, 9.

Καὶ πῶς ὁ παῦλος λέγει· ἐάν τις ἀδελφὸς [k]) ὀνομαζόμενος ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, τῷ τοιέτῳ μηδὲ [9]) συνεσθίειν; ὁ παῦλος δὲ πρὸς διδασκάλες, ἀλλὰ [1]) πρὸς ἁπλῶς ἀδελφοὺς τοῦτο παραινεῖ. ἀλλὰ καὶ περὶ ἀδελφῶν ἐκεῖνος τῦτο φησίν· οὗτοι δὲ οἱ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ, ἔπωγενόμενοι ἀδελφοί. ἀλλὰ καὶ, ὅταν ἐπιμένωσι τοῖς ἁμαρτίαις· ἔτοι δὲ μεταβληθῆναι μᾶλλον ἔμελλον.

k) 1 Cor. 5, 11.

Vers. 11. Καὶ — ὁ διδάσκαλος ὑμῶν;

Μάρκος [l]) δὲ καὶ λεκᾶς φασὶν, ὅτι καὶ οἱ γραμματεῖς τῦτο μετὰ τῶν φαρισαίων ἔπον.

l) Marc. 2, 16. Luc 5, 30.

Ὅρα δὲ, πῶς, ὅτε μὲν οἱ μαθηταὶ δικαῖοι ἁμαρτάνειν, τῷ διδασκάλῳ κατ' αὐτῶν λέγεσιν· ἰδὲ οἱ [m]) μαθηταί σου [2]) ποιεῖσιν, ὃ ἐκ ἔξεσι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ· ὅτε δὲ ὁ διδάσκαλος, ὡς καὶ νῦν, παρὰ τοῖς μαθηταῖς διαβάλλεσιν αὐτὸν, κακκυργέντες, ὥσε τὸν χρεὼν τῶν μαθητῶν ἀποζητῆσαι τοῦ διδασκάλου. τί οὖν ἡ ἄπειρος σοφία;

m) Matth. 12, 2.

[2]) σου, omittit. B.

Verſ. 12. *Quo audito Ieſus — male habentibus.*

A communi exemplo os illis oppreſſit: et accuſationem hanc potius ad virtutis opus conuertit: oſtendens non ſolum irreprehenſibile eſſe, ſed magis laude dignum. Deinde a ſcriptura quoque prophetica perſuadet, dicens.

Verſ. 13. *Euntes — ſacrificium.*

Improperat quoque illis ſcripturarum ignorantiam: reuocans ad modeſtiam faſtum ipſorum, et id quod agit ſupra ſacrificia extollens. Eſt autem tantundem ac ſi dicat: Non eſt contra ſcripturam ſacram, quod facio. Deus enim per prophetam dicens: *Miſericordiam volo non ſacrificium*, oſtendit meliorem eſſe miſericordiam quam ſacrificium. Ideo et ego miſericordiam praeſtans his, qui peccatis ſunt morbidi, infero me illis: et cum eis conuerſans, omnem curandi modum adhibeo.

Verſ. 13. *Neque — poenitentiam.*

Non veni vt cum iuſtis conuerſer: nam ipſi ſibi ad ſalutem ſufficiunt: ſed fateor propter ſolos peccatores me veniſſe, qui poenitentia indigent: quomodo ergo hos abominabor propter quos veni? Dicit autem Chryſoſtomus hoc ironice Chriſtum dixiſſe: Non veni vt vocem iuſtos, quales vos eſtis iuſtificantes vos ipſos.

Verſ. 14.

3) ἐν, omittit. A.

Verſ. 12. Ὁ δὲ ἰησοῦς ἀκούσας — κακῶς ἔχοντες.

Ἀπὸ κοινῆ παραδείγματος ἐπεξόμισεν αὐτοὺς, καὶ τὸ ἔγκλημα τῆτο μᾶλλον εἰς κατόρθωμα περιέτρεψε, δείξας ἐ μόνον ἄμεμπτον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπαινετόν. εἶτα καὶ ἀπὸ γραφῆς προφητικῆς αὐτὲς ἔπεισεν εἰπών·

Verſ. 13. Πορευθέντες — θυσίαν.

Ὀνειδίζει μὲν αὐτοῖς, καὶ ἀμαθίαν τῶν γραφῶν, καταξέλλει δὲ καὶ τὸ φρόνημα τέτων, ἐπαιρομένων ἐπὶ ταῖς θυσίαις. ὃ δὲ λέγει, τοιῆτόν ἐστιν. ὅτι οὐδὲν ἐναντίον τῇ θείᾳ γραφῇ ποιῶ. καὶ γὰρ ὁ θεὸς εἰπὼν διὰ τῆ προφήτε, ἔλεον [n]) θέλω, καὶ ἐ θυσίαν· ἔδειξεν, ὅτι κρειττων θυσίας ἐστὶν ὁ ἔλεος. διὸ κἀγὼ ἐλεῶν τὲς νοσοῦντας [3]) ἐν ἁμαρτίαις, ἐπιθυμῶ τέτοις, ὡς ἰατρὸς, καὶ συναναστρέφομαι, καὶ παντὶ τρόπῳ θεραπεύω.

n) Oſee 6, 6.

Verſ. 13. Οὐ — μετάνοιαν.

Οὐκ ἦλθον ἐπιστρέψαι δικαίες· αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοῖς ἀρκεῖσιν εἰς σωτηρίαν· ἀλλ' ἁμολογῶ, διὰ μόνες τὲς ἁμαρτωλὲς ἐλθεῖν, δεομένες μετανοίας. καὶ πῶς ἄρα βδελύζομαι τέτες, δι' οὓς ἐλήλυθα; φησὶ δὲ ὁ [4]) χρυσόστομος, τὸν χριςὸν τῆτο κατ' εἰρωνείαν εἰπεῖν, ὅτι ἐκ ἦλθον καλέσαι δικαίες, οἷοί ἐστε ὑμεῖς, οἱ δικαιῶντες ἑαυτές.

4) Tom. VII. pag. 351. A.

Vers. 14. *Tunc — ieiunant?*

Et hoc quoque Marcus et Lucas scribas et Pharisaeos dixisse aiunt. Itaque manifestum est hos primum illud dixisse: deinde et Ioannis discipulos concitasse, ac si etiam illi aduersus Christum quasi aemuli affecti essent. Et quia a saluatore os illis obturatum erat, transferunt indignationem ad eius discipulos, et accedentes accusabant eos. Est autem tantundem ac si dicerent: Si tu haec quasi medicus ita agis, quare discipulos non iubes ieiunare, et non genio indulgere? Primum autem seipsos laudant, gloriantes quod frequenter ieiunarent. Nam ieiunabant: hi quidem a Ioanne id accipientes, illi vero a lege. Deinde autem discipulis eius detrahebant. Et vide Christi mansuetudinem. Neque enim arguit eos quasi arrogantes, sed per parabolam illis hilariter respondet.

Vers. 15. *Et ait — sponsus?*

Superius seipsum medicum nominauit, hic autem sponsum. Et merito: medicum quidem, vtpote aegrotas animas curantem: sponsum vero tanquam has, quae in virginitate degunt, sibi desponsantem. Filios autem sponsi dicit domesticos eius quae desponsata est. Dixit autem hoc reducens illis ad memoriam Ioannis verbum, qui dixit: *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.*

Est ergo verborum intellectus iste. Ego veni vt Ecclesiam fidelium per fidem mihi desponsam et coniungam: et hoc tempus est nuptiarum: Non ergo tempus est luctus, sed gaudii. Itaque

Vers. 14. Τότε — νηστεύουσιν;

Ὁμοίως καὶ τοῦτο μάρκος o) καὶ λουκᾶς, τοὺς γραμματεῖς καὶ φαρισαίους εἰπεῖν, λέγουσιν, ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι πρῶτον μὲν ἐκεῖνοι τῷτο εἶπον, εἶτα παρώρμησαν καὶ τὸς τῷ βαπτιςῷ μαθητὰς, ὡς διακειμένους καὶ αὐτὸς πρὸς τὸν χριςὸν ζηλοτύπως. καὶ ἐπεὶ ὑπὸ τῷ σωτῆρος ἐπεςομίθησαν, μετέςησαν τὴν μέμψιν ἐπὶ τὸς μαθητὰς αὐτῷ, καὶ προσελθόντες ἐνεκάλεν κατ' αὐτῶν. ὁ δὲ ἔλεγον, τοιῷτον ἦν. ὅτι εἰ καὶ σὺ, ὡς ἰατρὸς, ταῦτα ποιεῖς, διατί ἐκ ἐπιτάττεις τοῖς μαθηταῖς σε νηστεύειν, καὶ μὴ τρυφᾶν; ἑαυτοὺς δὲ πρῶτον ἐπαινῶσι, κομπάζοντες, ὅτι νηστεύομεν πολλά. καὶ γὰρ ἐνήστευον, οἱ μὲν, παρὰ ἰωάννου τοῦτο μαθόντες, οἱ δὲ, παρὰ τῷ νόμε. εἶτα τὸς μαθητὰς αὐτοῦ διασύρουσι. καὶ ὅρα τὴν ἐπιείκειαν τῷ χριςῷ, πῶς οὐκ ἤλεγξεν αὐτὸς ἀλαζόνας, ἀλλὰ διὰ παραβολῆς αὐτοῖς ἀπελογήσατο μεθ' ἱλαρότητος.

o) Marc. 2, 18. Luc. 5, 33.

Vers. 15. Καὶ εἶπεν — νυμφίος;

Ἄνω μὲν ἰατρὸν ἑαυτὸν ὠνόμασεν, ἐνταῦθα δὲ νυμφίον. καὶ εἰκότως. ἰατρὸν μὲν, ὡς καθαίροντα τὰς νοσώσας ψυχάς· νυμφίον δὲ, ὡς μνηστευόμενον ταύτας παρθενευθάσας. υἱὸς δὲ τῷ νυμφῶνος λέγει, τὸς οἰκείως τῆς νυμφεύσεως. ταῦτα δὲ εἴρηκεν, ἀναμιμνήσκων αὐτὸς τῶν ῥημάτων τῷ ἰωάννε, φήσαντος, ὅτι ὁ ἔχων τὴν p) νύμφην, νυμφίος ἐςὶν· ὁ δὲ φίλος τῷ νυμφίε, ὁ ἑςηκὼς καὶ ἀκέων αὐτῷ, χαρᾷ χαίρει, διὰ τὴν φωνὴν τῷ νυμφίε.

p) Ioh. 3, 29.

Ἔςι δὲ ὁ νῦς τῶν ῥητῶν τοιῷτος. ὅτι παρεγενόμην ἐπὶ τῷ νυμφεύσαθαι καὶ συνάψαι ἐμαυτῷ διὰ πίςεως τὴν ἐκκλησίαν τῶν πιςῶν· ὁ δὲ καιρὸς ἔτος τῆς νυμφεύσεως ἐκ ἔςι πέντε καιρὸς, ἀλλὰ

Itaque non possunt ieiunare familiares ac propinqui sponsae: nam ieiunare tribulationis est, et his congruit, qui imperfecto modo adhuc affecti sunt. Hos vero gaudere oportet, quamdiu cum eis sum, quamdiu mecum versantur, et vocem meam audiunt.

Vers. 15. *Venient — ieiunabunt.*

Hic significauit se occidendum: illos autem postmodum frequenter ieiunaturos, ac multa mala passuros.

Vers. 16. *Nemo — veteri.*

Volens ostendere, quod tanquam adhuc imbecilles discipulos non oneret pondere ieiunii, per parabolam hoc significat dicens: Nullus resarciens detritam vestem veterem, assuit fragmentum panni rudis, hoc est noui, in parte veteri. Deinde addit et causam.

Vers. 16. *Aufert — fit.*

Supplementum siue plenitudo eius, id est, integritas panni rudis, quum sit fortis et dura, tollit, ac detrahit a veste, quae detrita erat, quantumcunque acceperit, et maior ruptura fit. Itaque neque ego nunc vetustati ac debilitati discipulorum immitto duritiem ac robur ieiunii: ne amplius deterantur, non potentes ferre quod immissum est: sed condescendo imbecillitati eorum, donec per spiritum sanctum renouentur.

Vers. 17. *Neque — veteres.*

Aliam quoque accipit similitudinem: vinum nouum vocans austeritatem ac vehementiam praeceptorum:

χαρᾶς· καὶ λοιπὸν ἐ δύναντας νηστεύειν οἱ οἰκεῖοι αὐτῆς. θλιβερὸν γὰρ τὸ νηστεύειν τοῖς ἀτελῶς ἔτι διακειμένοις· τότε δὲ χρὴ χαίρειν, ἕως ἓ εἰμὶ μετ' αὐτῶν, συνόντας μοι, καὶ τῆς φωνῆς μὲ ἀκούοντας.

Verſ. 15. Ἐλεύσονται — νηστεύσουσιν.

Ὁ δὲ λουκᾶς, τίνι ὁμοιώσω [a]) τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης; ὁμοιώσω δὲ, ἀντὶ τοῦ, παρεικάσω. βέλεται δὲ τὸ δυσάρεσον ἐλέγξαι τῶν Ἰουδαίων. a) Luc. 7, 31

9) [illegible]

Verſ. 16. *Similis — ſuis.*

Puerulis Iudaeos comparauit, propter eorum inſipientiam. Forum autem locus eſt publicus in quem multitudo vndique confluit negotiationis gratia. Conſodalibus vero, hoc eſt amicis ſuis: et ſeipſum ac Baptiſtam intelligit, quibus acclamabant ſiue colloquebantur Iudaei.

Verſ. 17. *Et — planxiſtis.*

Dicunt praedicti conſodalibus ſuis, Tibia cecinimus vobis, etc. Habent autem hunc ſenſum: Oſtendimus vobis facilem viuendi normam, et non placuit: ac difficilem, et rurſus diſplicuit. Tibia namque laeta canere, facile eſt: lugubria vero canere, difficile. Et rurſum ſaltare, altero laeta canente tibia, delectat: ſimiliter plangere ſiue lugere, aliquo lugubria canente complacet. Deinde ſubdens interpretatur praedicta dicens:

Verſ. 18. *Venit — v. 19. peccatorum.*

Iohannis viuendi modus difficilis erat et aſper: neque enim panem edebat, neque vinum bibebat: Chriſti vero, facilis ac leuis: panem ſiquidem edebat vinumque bibebat: et erant inuicem contrariae hae viuendi rationes, neutrius tamen conuerſatio placuit: ſed Iohannem quidem propter eſcarum, vinique abſtinentiam, daemonium habere dicebant: Chriſtum vero, quod ederet ac biberet, comedonem, vinique potorem nominabant: quanquam manifeſte horum calumnias non ſcripſerit Euangeliſta, praeſentem ſermonem arbitratus ſufficere.

Quem-

Vers. 16. Ὁμοία — αὐτῶν.

Παιδίοις τοῖς Ἰουδαίοις παρείκασε, διὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν· ἀγορὰ δέ ἐστι, τόπος δημόσιος, ἐν ᾧ τὰ πλήθη πανταχόθεν συρρέουσιν, ἐμπορίας χάριν· ἑταίροις δὲ, τοῖς, φίλους αὐτῶν, λέγει ἑαυτὸν, καὶ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην, οἷς προσεφώνουν, ἔφασκον, συνελάλουν οἱ Ἰουδαῖοι.

Vers. 17. Καὶ — ἐκόψασθε.

Καὶ λέγουσι τοῖς δηλωθεῖσι παιδίοις οἱ τοιοῦτοι ἑταῖροι αὐτῶν, ὅτι ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε, ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε. ταῦτα δὲ, τοιαύτην ἔχει διάνοιαν· ὅτι ἐπεδειξάμεθα ὑμῖν πολιτείαν εὐπρόσιτον, καὶ οὐκ ἠρέσθητε· καὶ δυσπρόσιτον, καὶ πάλιν οὐκ ἠρέσθητε. τὸ μὲν γὰρ αὐλεῖν, εὐπρόσιτον· τὸ δὲ θρηνεῖν, δυσπρόσιτον. καὶ ἅπαξ ὁ ἀρχούμενός τε αὐλοῦντός τινος ἀρέσκεται, καὶ ὁ κοπτόμενος, ἔφασκον κλαίων, θρηνοῦντός τινος ἀρέσκεται. εἶτα ἐφερμηνεύει τὰ ῥηθέντα λέγων.

Vers. 18. Ἦλθε — v. 19. ἁμαρτωλῶν.

Ἦ μὲν τῷ Ἰωάννῃ δίαιτα, δυσπρόσιτος καὶ τραχεῖα. ἔτε γὰρ ἤσθιεν ἄρτον, ἔτε ἔπινεν οἶνον· ἡ δὲ τοῦ χριστοῦ, εὐπρόσιτος καὶ ἡμαλή. τί γάρ; ἤσθιεν ἄρτον, καὶ ἔπινεν οἶνον· καὶ ἦσαν μὲν ἀλλήλαις ἐναντίαι αὗται αἱ δίαιται. ἑκατέρᾳ δὲ τῶν ἔτω διαιτωμένων ἠρέσκοντο· ἀλλὰ τὸν Ἰωάννην μὲν, διὰ τὴν ἀστιάν καὶ ἀοινίαν, δαιμόνιον ἔχειν ἔλεγον· τὸν δὲ χριστὸν, διὰ τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν, φάγον καὶ οἰνοπότην ὠνόμαζον, εἰ καὶ μὴ ῥητῶς ταὺς διαβολὰς τούτων ἀνέγραψεν ὁ εὐαγγελιστὴς, νομίσας ἀρκεῖν τὸν παρόντα λόγον.

Quemadmodum enim duo venatores, animal captu difficile venari conantes, quod solis duobus modis capi potest sibi mutuo contrariis, diuidentes hos inter se, vt alterum quisque eligat, oppositio quidem inter se inuicem modo venantur: idem tamen faciunt. Ita quoque hic dispositum est, vt Iohannes quidem duriorem viuendi regulam haberet, Christus vero molliorem: vt siue hunc, siue illum eligentes, obedirent eis: et vel per hunc vel per illum caperentur. Et erant sane hae viae inter se inuicem contrariae: simile tamen erat opus. Verum hi, tanquam fera captu difficilis, vtrumque fugientes, vtrique detrahebant.

Interrogemus ergo illos. Est ne proba vita asperior? quomodo ergo non obedistis Iohanni Christum vobis demonstranti? At fortassis vita mollior ac suauior magis placet. Et quare non obedistis Christo viam salutis vos docenti?

Verum quam ob causam Iohannes potius asperam viuendi normam habuit? Quia oportebat poenitentiae praedicatorem tristem quandam grauitatem prae se ferre: et remissionis peccatorum largitorem, humanum atque benignum esse. Et quia Iohannes nihil amplius, quam solam vitae normam Iudaeis demonstrauit: siquidem Iohannes, inquit, nullum fecit signum: Christus vero etiam a diuinis miraculis testimonium adeptus est.

Praeterea quoque sciens imbecilles esse homines demittit sese, vt illos magis lucrifaceret, et propter hoc ad mensas etiam publicanorum dispensatorie accedebat: et indignantibus causam reddebat, dicens: Non veni ad vocandum iustos, sed peccatores ad poenitentiam.

Neque

*) δυσθήρευτον. A. Vtrumque probum, vti ἀθήρευτος et ἀθήρατος. Sed ἀθήρευτος et δυσθήρατος frequentiora sunt.

Ὥσπερ γὰρ δύο θηρευταί, ζῶν δυσθήρατον [1]) ἐλεῖν σπεύδοντες, ἐκ δύο μόνων διεξόδων θηρευθῆναι μέλλον, ἐναντίων ἀλλήλαις, ἑκατέραν διέξοδον ἑκάτερος διαλαβών, ἐξεναντίας μὲν ἀλλήλοις ἵσανται, τὸ αὐτὸ δὲ ποιοῦσιν· ἔτως οἰκονομήθη, τὸν μὲν ἰωάννην σκληροτέραν ἔχειν ἀγωγήν, τὸν δὲ χριστὸν μαλακωτέραν, ἵνα εἴτε τοῦτον, εἴτε ἐκεῖνον ἀποδεξάμενοι, πεισθῶσιν αὐτοῖς, καὶ εἴτε διὰ τούτου, εἴτε δι' ἐκείνου θηραθῶσι. καὶ ἦσαν ἐναντίαι μὲν ἀλλήλαις αἱ ὁδοί· τὸ δὲ ἔργον, ὅμοιον. ἀλλ' αὐτοὶ, καθάπερ θηρίον δύστροπον, ἑκατέρας φεύγοντες, ἑκατέρας ἐκάκιζον.

Ἐρωτήσωμεν τοίνυν αὐτοὺς, καλὸν ἡ σκληροτέρα πολιτεία; καὶ πῶς οὐκ ἐπείθητε τῷ ἰωάννῃ, τὸν χριστὸν ὑμῖν ὑποδεικνύοντι; ἀλλὰ καλὸν ἡ μαλακωτέρα· καὶ πῶς οὐκ ἐπείθητε τῷ χριστῷ, τὴν ὁδὸν ὑμᾶς τῆς σωτηρίας διδάσκοντι;

Διατί δὲ μᾶλλον ὁ ἰωάννης τὴν σκληροτέραν ἀγωγὴν εἶχε; διότι ἔδει τὸν μὲν κήρυκα τῆς μετανοίας, σκυθρωπὸν εἶναι, τὸν δὲ δοτῆρα τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, χαρίεντα. καὶ ὅτι ὁ μὲν ἰωάννης οὐδὲν πλέον ἐπεδείξατο τοῖς ἰουδαίοις, εἰ μὴ πολιτείαν μόνην· ἰωάννης [b]) γάρ, φησιν, οὐδὲν b) Io. 10, 41. ἐποίησε σημεῖον· ὁ δὲ χριστὸς καὶ τὴν [2] ἀπὸ τῶν θεοπρεπῶν θαυμάτων μαρτυρίαν ἐκέκτητο.

Ἄλλως τε δὲ, καὶ γινώσκων ἀθενεῖς τοὺς ἀνθρώπους, συγκατέβαινεν, ἵνα κερδήσῃ μᾶλλον αὐτοὺς ἐντεῦθεν. διὰ τοῦτο καὶ εἰς τραπέζας τελωνῶν οἰκονομικῶς εἰσήρχετο, καὶ τοῖς μεμφομένοις ἀπελογεῖτο, τὴν αἰτίαν λέγων· οὐκ ἦλθον c) Matth. 9, 13. καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

Ἀλλ'

[2]) ἀπὸ τῶν omittit, B.

Neque tamen duram viuendi normam neglexit, in deserto cum feris versatus, ac diebus quadraginta ieiunans, vt supra dictum est. Praeterea quoque ad mensas accedens verecunde, temperate, et prout sanctos decet, religiose edebat ac bibebat.

Vers. 19. *Et — suis.*

Iustificata est, id est, iusta habita est, siue admirationi habita est Dei sapientia, quae disposuit vt Christus ac Iohannes oppositis viis incederent, propter ipsam hominum vtilitatem. Admirationi autem habita est a filiis suis, siue ab intelligentibus illam: filii namque sapientiae sunt sapientes aut intelligentes. Vel iustificata est, hoc est iusta ac irreprehensibilis habita est: vtpote quae fecit quicquid debuit: et omni modo vsa est ad illorum salutem.

Vers. 20. *Tunc — resipuissent.*

Exprobrare, hoc est miseras dicere ac deplorare. Nam probrum miseria est. Virtutes autem dicit miracula.

Vers. 21. *Vae tibi — resipuissent.*

In sequentibus Sodoma et Gomorrha ponit, vtpote in libidine nominatissima: Tyrum autem et Sidona tanquam maxime in idololatria insignes.

Vers. 22.

5) Τὸ, propter vicinum τὴν δὲ, vix ferri potest. Crediderim ergo, Euthymium scripsisse τά. Hentenius videtur legisse: ἐν τοῖς ἑξῆς σόδομα. Cur autem

Ἀλλ' οὐδὲ τῆς σκληρᾶς ἠμέλησεν ἀγωγῆς, ἐν τῇ ἐρήμῳ μετὰ τῶν [d]) θηρίων οἰκήσας, καὶ τεσσαράκοντα νηστεύσας ἡμέρας, ὡς προδεδήλωται. καὶ εἰς τραπέζας δὲ εἰσιὼν, εὐλαβῶς τε καὶ ἐγκρατῶς καὶ ἁγιοπρεπῶς ἤσθιε καὶ ἔπινε.

d) Marc. 1, 13.

Verſ. 19. Καὶ — αὐτῆς.

Ἐδικαιώθη, ἀντὶ τοῦ, δικαία ἐλογίσθη, τουτέστιν ἐθαυμάσθη ἡ σοφία τοῦ θεοῦ, ἡ οἰκονομήσασα τὸν ἰωάννην καὶ τὸν χριστὸν ἐναντίας ὁδοὺς πολιτειῶν ἰέναι, διὰ τὴν αὐτὴν ὠφέλειαν τῶν ἀνθρώπων. ἐθαυμάσθη δὲ, ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, ἤγουν, παρὰ τῶν συνιέντων αὐτήν. υἱοὶ γὰρ σοφίας, οἱ συνετοί· ἢ ἐδικαιώθη, ἀντὶ τοῦ, δικαία καὶ ἀνέγκλητος ἐλογίσθη, ὡς ποιήσασα πᾶν, ὃ ἔδει, καὶ παντὶ τρόπῳ χρησαμένη πρὸς σωτηρίαν αὐτῶν.

Verſ. 20. Τότε — μετενόησαν.

Ὀνειδίζειν, ἀντὶ τοῦ, ταλανίζειν. ὄνειδος γὰρ καὶ ὁ ταλανισμός. δυνάμεις δὲ, τὰ θαύματα λέγει.

Verſ. 21. Οὐαί σοι — μετενόησαν.

Τὸ [3]) σόδομα μὲν καὶ γόμοῤῥα τίθησιν, ὡς εἰς ἀσέλγειαν ἐπιφανέστατα· τὴν τύρον δὲ καὶ τὴν σιδῶνα, ὡς εἰς εἰδωλολατρίαν διαβοήτους.

Verſ. 22.

autem γόμοῤῥα memorauit, quorum nulla hic fit mentio? Vel ex loco ſimili Matth. 10, 15. vel quod alibi etiam iſtae vrbes coniungi ſolent.

Verſ. 22. *Attamen — vobis.*

Attamen, id eſt propter hoc. Significat autem miſeriam ac minas, vt vel erubeſcant vel paueant.

Verſ. 23. *Et — hodiernum diem.*

Capernaum celebris fuit, eo quod habitauerit in ea Chriſtus: multaque miracula in ea ediderit. Dicit ergo: Et tu per gloriam vſque ad coelum exaltata, vsque ad inferos detraheris per ignominiam. Sunt autem quae dicuntur alterius rei ſignificatiua. Siquidem vsque ad coelum, gloriae demonſtrat magnitudinem: vſque ad inferos autem, ignominiae. Augmentum vero criminis et demonſtratio extremae prauitatis eſt, non ſolum pejores eſſe peccatoribus qui tunc erant, ſed et illis qui unquam fuerant.

Verſ. 24. *Attamen — tibi.*

Vobis, ad ciuitatis illius ciues dictum eſt: Tibi vero ad ciuitatem.

Verſ. 25. *In — paruulis.*

Ἀποκρίσεως vocabulum (quod nos communiter responſionem vertimus) varia ſignificat. Mitto nunc ſeparationem ac digeſtionem ſecundum medicos, et quae ad hoc fit, terminationem. Interdum quidem principii locum habet, vt quum dicitur, Reſpondens Ieſus dixit, Confiteor tibi pater, Domine coeli et terrae, de quo nunc eſt ſermo: nulla enim praeceſſit interrogatio. Quandoque vero ad interrogationem redditur, vt eſt illud, Reſpon-

Vers. 22. Πλὴν — ὑμῖν.

Τὸ πλὴν, ἀντὶ τοῦ, διὰ τοῦτο· μιγνύει δὲ τῷ παλαισμῷ καὶ ἀπειλὴν, ἵνα ἢ αἰσχυνθῶσιν, ἢ φοβηθῶσι.

Vers. 23. Καὶ — σήμερον.

Ἡ καπερναούμ, ἔνδοξος γέγονε, διὰ τὸ κατοικεῖν ἐν αὐτῇ τὸν χριστὸν, καὶ τὰ πολλὰ τῶν θαυμάτων ἐν αὐτῇ τελέσαι. Φησὶν οὖν, ὅτι καὶ σὺ, ἡ μέχρι τῦ ἐρανοῦ ὑψωθεῖσα τῇ δόξῃ, ἕως ἅδου καταβιβασθήσῃ τῇ ἀδοξίᾳ. ἐμφαντικὰ δὲ τὸ, μέχρι τοῦ ἐρανοῦ, καὶ τὸ, ἕως ἅδου. ἐμφαίνουσι γὰρ, τὸ μὲν, μέγεθος δόξης· τὸ δὲ, ἀδοξίας. αὔξησις δὲ κατηγορίας καὶ ἀπόδειξις κακίας ὑπερβαλλούσης, τὸ λέγειν, αὐτοὺς μὴ μόνον χείρους τῶν τότε ἁμαρτωλῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πώποτε γενομένων.

Vers. 24. Πλὴν — σοί.

Τὸ μὲν ὑμῖν, πρὸς τοὺς πολίτας τῆς πόλεως ἐκείνης εἴρηται· τὸ δὲ σοὶ, πρὸς τὴν πόλιν.

Vers. 25. Ἐν — νηπίοις.

Τὸ τῆς ἀποκρίσεως ὄνομα, πολυσήμαντόν ἐστι. ἵνα γὰρ ἐάσω τὸν διαχωρισμὸν καὶ τὴν διαφόρησιν, κατὰ τοὺς ἰατροὺς, καὶ τὴν εἰς τοῦτο κατάληξιν· ποτὲ μὲν τόπον ἀρχῆς ἔχει, ὡς τὸ· ἀποκριθεὶς [e] ὁ ἰησοῦς εἶπεν, ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, κύριε τῦ ἐρανῦ καὶ τῆς γῆς· περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος· ἐπρενηγήσατο γὰρ ἐρώτησις· ποτὲ δὲ, πρὸς ἐρώτησιν ἀποδίδοται· ὡς τὸ· ἀποκριθεὶς [f] σίμων πέτρος εἶπε· σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τῦ θεῦ τῦ ζῶντος· πρὸ-

e) Matt. 11, 25.

f) Matt. 16, 16.

ſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui: praeceſſit enim interrogatio. Interdum quoque ſermonis continuationem ſignificat, vt capite vicesimo nono huius, quum Cananea dixiſſet, Vtique Domine, nam et catelli edunt de micis, quae cadunt a menſa dominorum ſuorum: conſequenter ſtatim ſubiungitur: Tunc reſpondens Ieſus dixit illi: O mulier magna eſt fides tua: Fiat tibi ſicut vis. Ad haec quoque ſignificat exhortationem ſiue deprecationem: vt quum dicitur, Reſpondens autem Petrus dixit ei: Exiſſere nobis parabolam hanc. Quandoque autem abundat: vt quum dicitur, Reſpondens autem Petrus dixit illi: Et ſi omnes offendantur per te, ego tamen nunquam offendar. Siquidem Marcus praetermiſit Reſpondens, et dixit: Petrus autem ait illi, etc. Interdum vero ſignificat etiam interrogationem: vt quum dicitur, Reſpondit eis Ieſus, Num ego vos duodecim elegi?

Confiteor autem dicit nunc gratiarum actionem. Sapientes vero et prudentes, eos qui tales populo videbantur, puta Scribas et Phariſaeos. Paruulos vero, Apoſtolos, propter ſimplicitatem et innocentiam, ac ſinceritatem. Gratias tibi ago, inquit, quod abſconderis fidei myſteria a ſapientibus et prudentibus, illa cognoſcere nolentibus: et reuelaris ea paruulis, laeto animo ipſa ſuſcipientibus. Gratias autem agens patri, demonſtrauit ſe filium eius eſſe ab illo miſſum. Egit ergo gratias credentium nomine, ſignificans quem erga homines haberet amorem. Hanc autem gratiarum actionem Deo obtulit etiam pro ſeptuaginta quos emiſerat, quando ad eum reuerſi ſunt, ſicut dixit Lucas.

Verſ. 26.

προηγήσατο γὰρ ἐρώτησις· ποτὲ δὲ, λόγου διαδοχὴν δηλοῖ τῆς γὰρ χαναναίας εἰπέσης· ναὶ κύριε. καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν· ἀποκριθεὶς ὁ ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ· ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις, γενηθήτω σοι ὡς θέλεις· ποτὲ δὲ σημαίνει παράκλησιν, ὡς τὸ, ἀποκριθεὶς [b]) δὲ ὁ πέτρος εἶπεν αὐτῷ· [φράσον [4]) ἡμῖν τὴν παραβολὴν ταύτην· ποτὲ δὲ, περιττὸν τέθεται· ὡς τό· ἀποκριθεὶς [5]) ὁ πέτρος εἶπεν αὐτῷ·] εἰ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοὶ, ἐγὼ δὲ οὐδέποτε σκανδαλισθήσομαι· καὶ γὰρ ὁ [k], μάρκος παρέλιπε τὸ, ἀποκριθεὶς, καὶ εἶπεν· ὁ δὲ πέτρος ἔφη αὐτῷ· ἐσι δ', ὅτε δηλοῖ καὶ τὴν ἐρώτησιν· ὡς τό· ἀπεκρίθη [l]) αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς· οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην.

g) Matth. 15, 27. 28.

h) Matt. 15, 15.

i) Matt. 26, 33.

k) Marc. 14, 29.

l) Io. 6, 70.

Ἐξομολόγησιν δὲ νῦν, τὴν εὐχαριστίαν λέγει. καὶ σοφοὺς μὲν καὶ συνετοὺς, τοὺς ἕτω δοκοῦντας τῷ λαῷ γραμματέας καὶ φαρισαίους· νηπίους δὲ, τοὺς ἀποστόλους, διὰ τὸ ἄκακον καὶ ἀπόνηρον καὶ ἀφελές. εὐχαριστῶ σοι, φησὶν, ὅτι ἀπέκρυψας τὰ τῆς πίστεως μυστήρια ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, μὴ θελησάντων ἐπιγνῶναι ταῦτα, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις, τοῖς παραδεξαμένοις αὐτά. εὐχαριστήσας μὲν οὖν τῷ πατρὶ, [5]) ἔδειξεν, ὅτι υἱός ἐσιν αὐτῷ, καὶ παρ' ἐκείνου ἀπέσταλται· ὑπὲρ τῶν πιστευσάντων δὲ ποιήσας τὴν εὐχαριστίαν, ἐδήλωσεν, ἣν ἀγάπην ἔχει περὶ αὐτούς. ταύτην δὲ τὴν εὐχαριστίαν προσήγαγε τῷ θεῷ, καὶ ὑπὲρ τῶν ἑβδομήκοντα [m], ἀποστόλων, ὅτε ὑπέστρεψαν πρὸς αὐτὸν, ὡς εἴρηκεν ὁ λουκᾶς.

m) Luc. 10, 21.

Vers. 26.

4) Inclusa in margine habet. B.

5) ἀπέδειξεν. A.

Verſ. 26. *Vtique pater — apud te.*

Vtique gratias tibi ago pater, quia ita fuit bona voluntas, ſiue beneplacitum coram te, hoc eſt, quia ita bene placuit tibi, vt haec repelleres ab iis qui ea repellunt tanquam indignis, reuelares autem ea his, qui ad illa accedunt tanquam dignis: idque iuſtum eſt. Ne tamen patri gratias agens, videatur hominibus minus illo potens, et a natura paterna alienus, dixit.

Verſ. 27. *Omnia — meo.*

Omnia videlicet quae patris ſunt. Siquidem etiam alibi dicit: omnia quae pater habet, mea ſunt. Quodſi omnia ei tradita ſunt, omnium vtique dominus eſt: ſi vero omnium dominus eſt, aequalis certe eſt patri.

Id autem, Tradita ſunt, prout Deum decet intellige, non quod primum ea non habens poſtmodum acceperit: nihil enim illum praeceſſit, ne ipſe quidem pater, ſed ſimul pater et ſimul filius, ſimulque omnium Dominus. Verum conſueuit diſpenſatorie haec ſaepius dicere, patrem honorans. Hanc ergo in ſimilibus habeto ſolutionem.

Verſ. 27. *Et — niſi filius.*

Cognitionem dicit non vulgarem, ſed iuxta naturam ipſorum. Quod enim ſint pater et filius, cognoſimus omnes credentes. Quis autem ſit pater iuxta naturam, et quis filius, nemo cognoſcit. Dicit enim Lucas: Nemo cognoſcit quis ſit filius, niſi pater: et quis ſit pater, niſi filius. Hoc ergo dixit Chriſtus, manifeſtius docens aequalitatem ad patrem,

[6]) τετέσι, omittit. A.

Vers. 26. Ναὶ ὁ πατὴρ — ἔμπροσθέν σου.

Ναὶ, ἐυχαριςῶ σοι, ὦ πάτερ, διότι ὕτως ἐγένετο ἐυδοκία, ἤγουν, ἀρέσκεια ἐνώπιόν σου, τουτέσι [o]) διότι ὕτως ἠυδόκησας, ἀποκρυβῆναι μὲν ταῦτα ἀπὸ τῶν ἀπρσεισαμένων αὐτὰ, ὡς ἀναξίων, ἀποκαλυφθῆναι δὲ ταῦτα τοῖς προσιεμένοις αὐτὰ, ὡς ἀξίοις. δίκαιον γὰρ τοῦτο ἐστιν. ἵνα δὲ μὴ, ἀπὸ τῦ ἐυχαριςῆσαι τῷ πατρὶ, δόξῃ τοῖς ἀνθρώποις ἀθενέτερος αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο τῆς πατρικῆς Φύσεως ἀλλότριος, Φησί·

Vers. 27. Πάντα — μου.

Πάντα, τὰ τοῦ πατρὸς δηλονότι. καὶ ἀλλαχοῦ γάρ Φησι· πάντα, [n]) ὅσα ἐχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστιν. ἐὰν δὲ πάντα αὐτῷ παρεδόθη, πάντων ἄρα κύριός ἐστιν· εἰ δὲ πάντων ἐστὶ κύριος, ἴσος ἄρα τῷ πατρί ἐστι. n) Io. 16, 15.

Τὸ δὲ παρεδόθη, θεοπρεπῶς νόησον, οὐχ ὅτι μὴ ἔχων ταῦτα πρότερον, παρέλαβεν ὕστερον· ἐδὲν γάρ ἐστιν αὐτοῦ προγενέστερον, οὐδὲ αὐτὸς ὁ πατὴρ, ἀλλ' ἅμα πατὴρ καὶ ἅμα υἱὸς, καὶ ἅμα πάντων κύριοι· ἀλλ' εἰωθεν οἰκονομικῶς λέγειν τοιαῦτα πολλαχοῦ, τιμῶν τὸν πατέρα, καὶ ταύτην ἐπὶ τῶν τοιούτων ἔχε τὴν λύσιν.

Vers. 27. Καὶ — εἰ μὴ ὁ υἱός.

Ἐπίγνωσιν, οὐ τὴν ἁπλῶς Φησὶν, ἀλλὰ τὴν κατὰ Φύσιν αὐτῶν. ὅτι μὲν γάρ ἐστιν υἱὸς καὶ πατὴρ, ἐπιγινώσκομεν πάντες οἱ πιστεύοντες· τίς δὲ κατὰ τὴν Φύσιν ἐστὶν ὁ υἱὸς, καὶ τίς ὁ πατὴρ, ἐδεὶς ἐπιγινώσκει. λέγει γάρ ὁ λουκᾶς, ἐδεὶς [o]) γινώσκει, τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ· καὶ τίς ἐστιν ὁ πατὴρ, εἰ μὴ ὁ υἱός· τῦτο δὲ εἶπεν ὁ χριστὸς, διὰ- o) Luc. 10, 22.

patrem. Nam si soli omnium aequalem habent de se inuicem cognitionem, aequales vtique sunt.

Vers. 27. *Et — reuelare.*

Etiam hoc aequalitatem indicat. Si enim reuelat pater, vt supra dictum est, reuelat et filius: aequales certe sunt: Reuelabit autem naturam patris iis, qui digni fuerint in futuro saeculo. Quodsi patris naturam reuelabit, vtique et suam et spiritus sancti. Vna enim et eadem est trium. Dicendo vero: Nemo cognoscit, creaturas significauit: Spiritum sanctum autem, vtpote increatum non comprehendit.

Et quam ob causam de hoc etiam manifestius non est loquutus? Quia nondum tempus erat vt de eo doceret. Primum siquidem oportebat filii cognitionem mentibus discipulorum insinuari: deinde etiam illis ea reuelari, quae sunt spiritus sancti.

Vers. 28. *Venite — vos.*

Qui laboratis in opere peccati, et eius pondere onerati estis. Vides quomodo ostenderit peccatum, et laborem et pondus habere? Nam laborem habet priusquam perficiatur: habet pondus postquam perfectum est.

Potest autem et alio modo dici: Qui laboratis ad vana, et horum curis onerati estis. Et ego refocillabo vos, siue liberabo tali labore, talique pondere.

Vers. 29.

7) καί, quod Hentenius etiam agnoscit, addidi.
8) Inclusa vterque Codex in margine habet. Non agnoscit Hentenius.

διδάσκων φανερώτερον τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητα. εἰ γὰρ μένοι τῶν πάντων ἴσην ἔχουσι τὴν περὶ ἀλλήλων γνῶσιν, ἴσοι ἄρα εἰσίν.

Verſ. 27. Καὶ — ἀποκαλύψαι.

Καὶ τοῦτο τὴν ἰσότητα δείκνυσιν. εἰ γὰρ ἀποκαλύπτει μὲν ὁ πατὴρ, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται, ἀποκαλύπτει δὲ καὶ ὁ υἱὸς, ἴσοι ἄρα εἰσίν. ἀποκαλύψει δὲ τοῖς ἀξίοις, τὴν φύσιν τὸ πατρὸς, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. εἰ δὲ τὴν φύσιν τοῦ πατρὸς ἀποκαλύψει, πάντως καὶ τὴν ἑαυτοῦ, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος. μία γὰρ καὶ [7]) ἡ αὐτή ἐστι τῶν τριῶν. [ἀποκαλύψει [8]) δὲ, ὅσον ἐφικτόν.] εἰπὼν δὲ, ὅτι ἑδεὶς ἐπιγινώσκει, τοὺς κτισοὺς ἐδήλωσε. τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὡς ἄκτιστον, οὐ συμπεριέλαβε.

Καὶ διατί μὴ καὶ περὶ τούτε φανερῶς εἴρηκε; διότι ἔπω καιρὸς ἦν διδάξαι περὶ αὐτοῦ. καὶ γὰρ ἔδει πρῶτον τὴν περὶ τὸ υἱοῦ γνῶσιν ἐνσημανθῆναι ταῖς ψυχαῖς τῶν μαθητῶν, ἔιτα καὶ τὰ περὶ τὸ ἁγίε πνεύματος αὐτοῖς ἀποκαλυφθῆναι.

Verſ. 28. Δεῦτε — ὑμᾶς.

Οἱ κοπιῶντες εἰς τὴν ἐργασίαν τῆς ἁμαρτίας, καὶ πεφορτισμένοι τῷ βάρει τούτης. ἐρᾶς, ὅπως ἔδειξε, τὴν ἁμαρτίαν καὶ κόπον καὶ βάρος ἔχουσαν; ἔχει γὰρ, ἔχει κόπον μὲν, πρὸ τοῦ ἀποτελεσθῆναι· βάρος δὲ, μετὰ τοῦτο.

Λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἕτερος, ὅτι καὶ [9]) οἱ κοπιῶντες εἰς τὰ μάταια, καὶ πεφορτισμένοι ταῖς μερίμναις τούτων. κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, ἤγουν, ἐλευθερώσω, καὶ τὸ τοιούτε κόπου καὶ τοῦ τοιούτου βάρους.

9) καὶ, abeſt. A.

Verſ. 29. *Tollite — vos.*

Iugum nominauit euangelica praecepta ſua, quod in iugi modum ſuperponantur accedentibus ad ea: et ipſos colligent ad ſe inuicem, et ad aurigam Chriſtum.

Verſ. 29. *Et — corde.*

Mititatem hic dicit modeſtiam: pars ſiquidem modeſtiae eſt mititas. Ideo poſtquam dixit, Quod mitis ſim, interpretatur quod dixit: et vide quid addat: Neque enim dixit, humilis tantum, ſed humilis corde, hoc eſt humilis animo et electione. Humilitas namque ab infortunio procedens, infructuoſa eſt, vtpote leuis et inuoluntaria: Praeterea humilitatem eis attulit, tanquam omnis radicem virtutis. Seipſum item in exemplum conſtituit, vt facilius ſermo ſuſciperetur.

Verſ. 29. *Et — veſtris.*

Humilitas enim cordis, quaecunque patitur, verbo ſolum pati videtur, neque turbatur. Quidam vero Requiem, eam quae aeterna eſt interpretantur.

Verſ. 30. *Iugum enim — leue.*

Iugum quoque vocauit onus: Sed iugum quidem propter dictam cauſam: onus autem, eo quod graue ſit inexercitatis. Vide ergo quomodo et iugum dixerit, et ſuaue vocauerit: onus quoque

*) *Accedentibus*, Hentenius. Forte legit, ἐπερχομένοις. Rectius, *ſuccedentibus*.

Vers. 29. Ἄρατε — ὑμᾶς.

Ζυγὸν ὠνόμασε, τὰς εὐαγγελικὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, διὰ τὸ ἐπικεῖσθαι τρόπον ζυγῷ τοῖς [1]) ὑπερχομένοις αὐτὰς, καὶ συνδεῖν αὐτοὺς ἀλλήλοις τε καὶ τῷ ἐλατῆρι χριστῷ.

Vers. 29. Καὶ — καρδίᾳ.

Πραότητα νῦν, τὴν ταπείνωσιν λέγει· μέρος γάρ τῆς ταπεινώσεως, ἡ πραότης· διὸ καὶ εἰπὼν, ὅτι πρᾷός εἰμι, ἐφερμήνευσεν, ὅπερ εἶπε, καὶ σκόπει τὴν προσθήκην. ἐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ταπεινὸς μόνον, ἀλλ' ὅτι ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, τετέσι, ταπεινὸς τῇ ψυχῇ, τῇ προαιρέσει. ἡ γὰρ ἐκ περιτάσεως ταπείνωσις ἄκαρπος, ὡς ἐπιπόλαιός τε καὶ ἀπροαίρετος. τὴν ταπείνωσιν δὲ πάλιν αὐτοῖς προέτεινεν, ὡς ῥίζαν ἁπάσης ἀρετῆς. ἑαυτὸν δὲ παράδειγμα [2]) προεστήσατο, ποιῶν εὐπαράδεκτον τὸν λόγον.

Vers. 29. Καὶ — ὑμῶν.

Ὁ γὰρ ταπεινὸς, πάντα, ὅσα πάσχει, κατὰ λόγον πάσχειν δοκῶν, ἐ ταράσσεται. τινὲς δὲ ἀνάπαυσιν, τὴν αἰώνιον ἑρμηνεύουσιν.

Vers. 30. Ὁ γὰρ ζυγὸς — ἐλαφρόν ἐστι.

Τὸν ζυγὸν, ἐκάλεσε καὶ φορτίον. ἀλλὰ ζυγὸν μὲν, διὰ τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν· φορτίον δὲ, διὰ τὸ βαρεῖν πρὸς καιρὸν τοὺς ἀγυμνάστους. ὅρα δὲ, πῶς καὶ ζυγὸν εἶπε, καὶ χρηστὸν ἐκάλεσε, καὶ

[2]) Quod primus talem se ad exemplum exhibuit. Igitur προεστήσατο, non παρεστήσατο.

que dixerit, et leue appellauerit: vt neque despicias, quasi facilia: neque fugias, tanquam laboriosa. Quaere autem in quinto capite interpretationem eius quod dicitur de angusta porta et stricta via quae ducit ad vitam.

Cap. XII. v. 1. *In illo — segetes.*

Sabbatis, hoc est, die Sabbati. Segetes, hoc est, agros seminatos frumentis.

Vers. 1. *Discipuli vero — comedere.*

Marcus autem dixit: Coeperunt discipuli eius inter ambulandum vellere spicas. Quia enim per medias segetes transibant, vna spicas auellebant vt praegredi possent, et auulsa grana edebant, confricantes manibus, sicut dixit Lucas, hoc est, terentes: nam esuriebant, tanquam fame compulsi hoc facientes: siquidem minimam corporis curam gerebant, sed omni tempore auditu et assiduitate saluatoris detinebantur, et ideo fame premebantur.

Vers. 2. *Pharisaei autem — Sabbato.*

Lucas vero ait, quod ita dixerint discipulis: Quid facitis quod non licet facere Sabbatis. Siquidem et Christo et discipulis haec dixerunt, anxie circa minutula occupati, ac carpendi quaerentes occasionem: et de hoc quidem dixit Matthaeus, de illis autem Lucas, taliaque frequenter inuenies. Indignabantur autem quod vellerent, ac si opus esset, non quod manducarent.

Vers. 3.

3) Ergo hic quoque comprobant lectionem τί, pro ὅτι.
4) μέσων videtur legisse Hentenius.

φορτίον εἵρηκε, καὶ ἐλαφρὸν προσηγόρευσεν· ἵνα μήτε ὡς εὐκόλων καταφρονήσῃς, μήτε ὡς ἐπίπονα φύγῃς. ζήτει δὲ καὶ εἰς τὸ πέμπτον κεφάλαιον, τὴν ἐξήγησιν τοῦ, [3]) Τί[P]) σεινὴ ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. p) Matth. 7, 14.

Cap. XII. v. 1. Ἐν — σπορίμων.

Τοῖς σάββασιν, ἀντὶ τοῦ, ἐν ἡμέρᾳ σαββάτων, τουτέστιν, ἐν σαββάτῳ· σπέρματα δὲ λέγει, τὰ γήδια, τὰ λήια.

Vers. 1. Οἱ δὲ μαθηταὶ — ἐθίειν.

Ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι καὶ q) ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν, τίλλοντες τοὺς στάχυας. ἐπεὶ γὰρ μέσον [4]) τῶν σπορίμων διήρχοντο, ἅμα μὲν ἀνέσπων τοὺς στάχυας, ἵνα προβαίνειν ἔχοιεν· ἅμα δὲ ἤθιον τοὺς ἀνασπωμένους, ψώχοντες ταῖς χερσὶν, ὡς ὁ [F]) λουκᾶς εἴρηκεν, ὅ ἐστι, τρίβοντες. ἐπείνων γὰρ, οἷα λιμῷ μαχόμενοι. βραχέα μὲν γὰρ τῷ σώματος ἐφθόντιζον· τὸ πᾶν δὲ τῇ ἀκροάσει καὶ προσεδρείᾳ [5]) τοῦ σωτῆρος ἔνεμον, καὶ διὰ τοῦτο ἐλίμωττον. q) Marc. 2, 23. r) Luc. 6, 1.

Vers. 2. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι — σαββάτῳ.

Ὁ δὲ λουκᾶς φησὶν, ὅτι τοῖς μαθηταῖς οὗτοι εἶπον· [1]) τί ποιεῖτε, ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τοῖς σάββασι; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο, κἀκείνοις ταῦτα εἶπον οἱ σμικρολόγοι καὶ μεμψίμοιροι. καὶ περὶ ἐκείνου μὲν εἴρηκεν ὁ ματθαῖος· περὶ τούτων δὲ ὁ λουκᾶς. καὶ πολλαχοῦ τοιαῦτα πολλάκις εὑρήσεις· ἐμέμψαντο δὲ τὸ τίλλειν, ὡς ἔργον, ὃ τὸ ἐθίειν. s) Luc. 6, 2.

5) προσεδρίᾳ. A.

Verſ. 3. *Ieſus autem* — v. 4. *ſolis*;

Primo Regum volumine ſcriptum eſt, quod Dauid inſidiis appetitus Saul ſoceri ſui, ac fugiens, eſuriit: et ingreſſus Nobe ciuitatem ſacerdotum Dei, finxit quod quadam neceſſitate miſſus eſſet a rege Saul, panesque petiuit, quumque caſu alios non inueniſſet, accepit a ſacerdote fame compulſus propoſitionis panes. Propoſitio autem illa, erat menſa, ſuper quam panes oblationis in templo poſiti erant: et acceptos comedit ipſe, et pueri qui cum eo erant. Haec itaque eſt hiſtoria.

Illud autem, Non licebat, id eſt, non erat a lege conceſſum. Hanc vero hiſtoriam Chriſtus Phariſaeis obiecit in patrocinium diſcipulorum ſuorum: oſtendens quod venia digni eſſent propter famem, propter quam ipſe quoque Dauid ſamatiſſimus ſoluit legem panum propoſitionis: neque ſolum correptus non eſt a ſacerdote, qui tunc ſorte ſua miniſtrabat, imo potius ipſos ab illo accepit.

Verſ. 5. *Num* — *ſunt?*

Ipſis frequenter recenſebat, Num legiſtis? exprobrans illis vanum laborem, vt qui non intelligerent quae legebant. Nam lex erat, quae praecipiebat nullum opus fieri in Sabbato: et rurſus altera lex permittens ſacerdotibus vt ſacrificarent Sabbato, et propter ſacrificium ligna ſcinderent, ignem accenderent, animalia paſcerent, et alia quaedam ſimilia facerent. Et certe omnino operabantur: et ita Sabbatum prophanabant ſiue contaminabant, ſed tanquam res ſacras operantes, ſine crimine erant.

6) τȣ̃, abeſt. A.

Vers. 3. Ὁ δὲ ἰησοῦς — v. 4. μόνοις;

Ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ τῶν βασιλειῶν [t]) ἱστόρηται, [t]) 1 Reg. 21.
ὅτι δαυὶδ ἐπιβαλευθεὶς ὑπὸ σαουλ, τὸ ἴδιον πενθερόν, καὶ φεύγων αὐτὸν, ἐπείνασε, καὶ ἀπελθὼν εἰς νομμὰ, πόλιν τῶν ἱερέων τοῦ θεοῦ, προσεποιήσατο παρὰ σαουλ [c]) τὸ βασιλέως ἀποσταλῆναι πρὸς χρείαν τινὰ, καὶ ἐζήτησεν ἄρτους, καὶ μὴ εὑρὼν ἄλλους καιρὸν ἐκεῖνον, ἔλαβε παρὰ τοῦ ἱερέως, διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ λιμοῦ, τοὺς τῆς προθέσεως. ἡ δὲ πρόθεσις, τράπεζα ἦν ἐν τῷ ναῷ, ἐφ' ἧς οἱ ἄρτοι τῆς θυσίας προέκειντο· καὶ λαβὼν ἔφαγεν αὐτὸς καὶ τὰ μετ' αὐτοῦ παιδάρια. ἡ μὲν οὖν ἱστορία τοιαύτη.

Τὸ δὲ, οὐκ ἐξὸν ἦν, ἀντὶ τοῦ, οὐ συγκεχωρημένον ἦν παρὰ τοῦ νόμου. ταύτην δὲ τὴν ἱστορίαν προσβάλετο τοῖς φαρισαίοις ὁ χριστὸς, εἰς συνηγορίαν τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, δεικνύων, ὅτι συγγνώμης εἰσὶν ἄξιοι, διὰ τὸν λιμὸν, δι' ὃν καὶ αὐτὸς ὁ περιώνυμος δαυὶδ ἔλυσε τὸν νόμον τῶν ἄρτων τῆς προθέσεως, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐπετιμήθη παρὰ τοῦ τηνικαῦτα ἐφημερέυοντος ἱερέως, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον παρ' αὐτοῦ τούτους ἔλαβεν.

Vers. 5. Ἢ οὐκ — εἰσιν;

Συνεχῶς αὐτοῖς [7]) ἐπιλέγει τὸ, οὐκ ἀνέγνωτε; ὀνειδίζων τούτοις ματαιοπονίαν, ὡς μὴ ἐπιγινώσκουσιν, ἃ ἀναγινώσκουσι. νόμος δὲ ἦν, κελεύων, μηδὲν ἔργον ἐν σαββάτῳ ποιεῖν· καὶ νόμος πάλιν ἕτερος, ἐπιτρέπων τοῖς ἱερεῦσι θύειν ἐν σαββάτῳ, καὶ διὰ τὴν θυσίαν ξυλοκοπεῖν, καὶ πῦρ ἀνάπτειν, καὶ κρεανομεῖν, καὶ ἄλλά τινα τοιαῦτα ποιεῖν. καὶ ὡς μὲν ὅλως ἐργαζόμενοι, ἐβεβήλουν τὸ σάββατον, ἔτουν, ἐμίαινον· ὡς δὲ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἀναίτιοι ἦσαν.

τὴν

7) λέγει. A.

erant. Hiſtoriam itaque Dauid poſuit, diſcipulos venia dignos iudicans, vt praediximus. Praeſens autem ſumpſit exemplum, abunde oſtendens quod omnino ſine crimine erant.

Et vide a quot partibus hoc confirmauerit. Primum a perſona: Sacerdotes inquit. Deinde a loco, quia in templo. Tertio a re ipſa, quia prophanant: Non enim dixit: irritum reddunt Sabbatum, ſed quod grauius eſt, prophanant. Deinde induxit quod rei caput erat, Quod etiam ſine crimine ſunt.

Praepoſuit itaque leuiorem reſponſionem, ac poſtmodum adduxit et fortiorem. Dauid ſiquidem propter caſum inopinatum ſemel legem ſoluit de panibus propoſitionis, et per veniam dimiſſum eſt ei crimen. Sacerdotes vero quotidie ſine huiusmodi caſu legem de Sabbato ſoluentes, per legem ſuae transgreſſionis fructum referunt.

Verſ. 6. *Dico — hic.*

Ipſe enim templi Dominus, hic praeſens eſt. Quodſi ſacerdotes templi, Sabbatum ſoluentes ſine crimine ſunt, multo magis diſcipuli Domini templi: Nam ſicut illi propter cauſam rationabilem crimine vacant, eo quod ſacrificent, et ſacra faciant opera, ita etiam iſti. Hebraeis ſiquidem propter ſuam imbecillitatem vnum hebdomadae diem attribuit, quo ab operibus ceſſarent, puta Sabbatum: vt in eo et ipſi ab aliis vacarent operibus: et ſerui ſui ac iumenta requieſcerent: darent autem operam legis lectioni et ſacrificiis. Chriſtian's

[8]) προέλαβε, pro παρὸν ἔλαβε. A.

[9]) Cuilibet in mentem venit τόπου. Atque ita Hentenius. Fortaſſe mox pro ἱερῷ, voluit ναῷ.

τὴν μὲν οὖν κατὰ τὸν δαυὶδ ἱστορίαν τέθεικε, συγγνώμης τοὺς μαθητὰς ἀξίων, ὡς προέφημεν· τὸ δὲ παρὸν [8], ἔλαβε παράδειγμα, δεικνύων ἐκ περιουσίας, ὅτι παντελῶς εἰσιν ἀναίτιοι.

Καὶ ὅρα ἀπὸ πόσων τοῦτο κατασκευάζει; πρῶτον ἀπὸ τῶ προσώπου· οἱ ἱερεῖς γάρ, φησιν· εἶτα ἀπὸ τῶ [9] ναοῦ· ἐν τῷ ἱερῷ γάρ· ἔπειτα, ἀπὸ τῶ πράγματος· βεβηλοῦσι γάρ· ἐδὲ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἀθετοῦσι τὸ σάββατον, ἀλλὰ τὸ βαρύτερον, ὅτι βεβηλοῦσιν· εἶθ' ἕτως ἐπήγαγε τὸ τοῦ λόγε κεφάλαιον, ὅτι καὶ ἀναίτιοί εἰσι.

Προέταξε μὲν οὖν τὴν εὐχερεστέραν ἀπολογίαν· εἶτα ἐπήγαγε τὴν ἰσχυροτέραν. ὁ μὲν γὰρ δαυὶδ, ἅπαξ διὰ περίστασιν λύσας τὸν περὶ τῶν ἄρτων τῆς προθέσεως νόμον, κατὰ συγγνώμην ἀφείθη [1] τοῦ ἐγκλήματος· οἱ δ' ἱερεῖς, καθ' ἕκασον σάββατον, δίχα περιστάσεως, λύοντες τὸν τοῦ σαββάτε νόμον, κατὰ νόμον ἀπολέλυνται τῆς παρανομίας.

Vers. 6. Λέγω — ὧδε.

Αὐτὸς γὰρ ἐνταῦθα πάρεστιν ὁ τῶ ἱερῶ δεσπότης. καὶ ἐὰν οἱ τοῦ ἱερῶ τὸ σάββατον λύοντες, ἀναίτιοι ὦσι, πολλῷ μᾶλλον οἱ τοῦ δεσπότε τοῦ ἱερῶ. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι διʼ αἰτίαν εὔλογον ἀναίτιοί εἰσι· διὰ τὸ θύειν γὰρ καὶ ἱερὰ ἔργα πιεῖν· ἕτω καὶ οὗτοι. καὶ γὰρ τοῖς μὲν ἑβραίοις, διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν, μίαν ἡμέραν τῆς ἑβδομάδος ἄπρακτον ἀπεκλήρωσεν ὁ θεός· λέγω δὴ τὸ σάββατον· ὥσε ἐν αὐτῷ τότες ἀργεῖν μὲν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἔργων, καὶ διαναπάυειν τοὺς ὑπὸ χεῖρα, καὶ τὰ ὑποζύγια· σχολάζειν [2] δὲ τῇ ἀναγνώσει τε

[1] τῷ ἐγκλήματι. B.
[2] δὲ, abeſt. A.

ſtianis vero tanquam fortioribus, tota hebdomada iuſſit operam dare lectioni ac ſpiritualibus ſacrificiis: et illis quidem alia prohibuit, vt operam darent lectioni ac ſacrificiis: hos autem ſpiritualibus vacantes, ne ab aliis quidem abſtraxit. Non enim illorum manus alligari oportebat, qui eas ad nihil prauum extendebant: neque de paruis legem ferre his, qui de magnis philoſophabantur, aut imperfectos aequaliter ſeſe in modo viuendi habere cum perfectis.

Nos vero dominicum diem praecipue honoramus, tanquam proprie requiem, in quo a mortalitate requieuit is, qui noſtrae maſſae primitias accepit, et innouauit nobis reſurrectionem, vitamque immortalem.

Verſ. 7. *Quod ſi — innocentes.*

Quia odioſius videbatur quod dixerat, Templo maior eſt hic, ſermonem ad veniam mutauit, ſed cum increpatione: nam rurſum illis ignorantiam improperat ſcripturarum, dicens: Si ſciretis quid ſignificet prophetae dictum, quo miſericordiam praeponit Deus ſacrificio, miſerti vtique fuiſſetis adeo eſurientium, vt immaturum ederent triticum: nec eis indignati fuiſſetis, quum culpa vacarent: et ſi non ob aliud, at ſaltem propter famem. Si enim propter ſacrificium ſoluitur Sabbatum, vt praedictum eſt, multo magis propter miſericordiam: maior eſt enim miſericordia ſacrificio, iuxta dictam ſententiam.

Verſ. 8.

[3]) Forte τῶν ἐκτεινόντων.

[4]) Incluſa, in marg. habet. A.

τȣ̃ νόμȣ καὶ ταῖς θυσίαις· τοῖς δὲ χριςιανοῖς, ὡς ἰσχυροτέροις, ἅπασαν τὴν ἑβδομάδα σχολάζειν τῇ ἀναγνώσει καὶ ταῖς πνευματικαῖς θυσίαις ἐπέταξε. κἀκείνους μὲν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐκώλυσεν, ἵνα σχολάζωσι τῇ ἀναγνώσει καὶ ταῖς θυσίαις· τȣ́τȣς δὲ, σχολάζοντας τοῖς πνευματικοῖς, οὐδ' ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐκώλυσεν. οὐκ ἔδει γὰρ δεδέσθαι τὰς χεῖρας τοὺς[3]) πρὸς μηδὲν φαῦλον ταύτας ἐκτείνοντας, ȣ̓δὲ τὰ μικρὰ παιδεύεσθαι τȣ̀ς τὰ μεγάλα φιλοσοφοῦντας, ȣ̓δὲ τοῖς ἀτελέσιν ἐπίσης πολιτεύεσθαι τοὺς τελείους.

[Τὴν[4]) μέντοι κυριακὴν τιμῶμεν κατ' ἐξαίρετον, ὡς κυρίως καταπαύσιμον, ἐν ᾗ τελείως κατέπαυσεν ἀπὸ τῆς θνητότητος ἡ ἀπαρχὴ τȣ̃ ἡμετέρȣ φυράματος, καὶ ἐνεκαίνισεν ἡμῖν τὴν ἀνάςασιν, καὶ τὴν ἐν ἀθανασίᾳ ζωήν.]

Verſ. 7. Ἐι δὲ — ἀναιτίȣς.

[Τοῦ[5]) προφήτου[v]) ὠσηέ.] Ἐπειδὴ φορτικὸς ἔδοξεν, εἰπὼν, ὅτι[x]) τοῦ ἱεροῦ μεῖζόν ἐςιν ὧδε, μεθιςᾷ τὸν λόγον ἐπὶ συγγνώμην, ἀλλὰ μετ' ἐπιπλήξεως. πάλιν γὰρ ἄγνοιαν αὐτοῖς ὀνειδίζει τῶν γραφῶν· εἰ ἐγνώκειτε, λέγων, τί σημαίνει τὸ προφητικὸν ῥητὸν, δι' οὗ ὁ θεὸς τὸν ἔλεον προτετίμηκε τῆς θυσίας, ἠλεήσατε ἂν τοὺς πεινῶντας τοσοῦτον, ὡς ἐσθίειν ἀκατέργαςον σῖτον, καὶ οὐκ ἂν ἐμέμψασθε τούτοις, ἀναιτίοις οὖσιν, εἰ καὶ μὴ δι' ἕτερον, ἀλλά γε διὰ τὸν λιμόν. εἰ γὰρ διὰ θυσίαν λύεται τὸ σάββατον, ὡς προείρηται, πολλῷ μᾶλλον δι' ἔλεον. μείζων γὰρ θυσίας ἡ ἐλεημοσύνη, κατὰ τὴν δηλωθεῖσαν θείαν ἀπόφασιν.

v) Oſee. 6, 6.
x) Matth. 12, 6.

Verſ. 8.

5) In margine. B.

Verſ. 8. *Dominus — hominis.*

Rurſum diuinitatem ſuam oſtendit. Interdum ſiquidem hanc obumbrat propter obtuſum aſpectum quaerentium carpendi anſam: quandoque vero manifeſtat ob acutum viſum modeſtiorum. Dominus eſt, inquit, Sabbati qui incarnatus eſt, vtpote effector ac legislator eius: itaque me Domino praeſente ac tolerante, vos fruſtra meos condemnaſtis.

In Euangelio autem iuxta Marcum aliam quoque inuenire eſt reſponſionem, vbi ait Chriſtus: Sabbatum propter hominem factum eſt, non homo propter Sabbatum, hoc eſt, Sabbati otium ad hominis vtilitatem ſtatutum eſt, et non e diuerſo: Aut etiam Sabbatum ipſum, cunctique dies illud praecedentes, ad hominis vtilitatem facti ſunt.

Non autem admirandum eſt, ſi quaedam vnus Euangeliſta proponit, alius vero praetermittit. Neque enim ſimul, vt Chriſtus loquebatur, Euangelia ſcripſerunt, vt omnium etiam verborum illius poſſent meminiſſe: ſed multis poſtmodum annis: et ita veriſimile eſt, quum homines eſſent, quorundam oblitos fuiſſe: hanc ergo ad ſimilia additamenta aut praetermiſſiones habeto ſolutionem. Saepius quoque breuitatis cauſa quaedam aliqui reliquerunt: interdum etiam tanquam non neceſſaria.

Verſ. 9. *Et — illorum.*

Marcus autem dixit, quod rurſum ingreſſus eſt Synagogam. Lucas vero manifeſtius loquutus eſt, dicens: Factum eſt autem, vt altero quoque Sabbato ingrederetur Synagogam et doceret.

Cap

Vers. 8. Κύριος — ἀνθρώπε.

Πάλιν παρεμφαίνει τὴν ἑαυτοῦ θεότητα. ποτὲ μὲν γὰρ συσκιάζει ταύτην, διὰ τὴν ἀμβλυωπίαν τῶν μεμψιμοιρων· πρτὲ δὲ παρανοίγει, διὰ τὴν ὀξυωπίαν τῶν ἐπιεικεστέρων. κύριος γάρ, φησιν, ἐστὶ τοῦ σαββάτε ὁ ἐνανθρωπήσας, ὡς ποιητὴς καὶ νομοθέτης αὐτοῦ. καὶ λοιπὸν, παρόντος ἐμοῦ τε κυρίου, καὶ ἀνεχομένου, μάτην ὑμεῖς τοὺς ἐμοὺς καταδικάζετε.

Ἐν δὲ τῷ κατὰ μάρκον εὐαγγελίῳ, καὶ ἑτέραν ἀπολογίαν ἔυρηται λέγων ὁ χριστὸς, ὅτι τὸ σάββατον [1]) διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον, τουτέστιν, ἡ τοῦ σαββάτε ἀργία δι' ὠφέλειαν τε ἀνθρώπε νενομοθέτηται, καὶ οὐ τὸ ἀνάπαλιν. ἢ καὶ αὐτὸ τὸ σάββατον, καὶ αἱ πρὸ τέτε ἡμέραι πᾶσαι, δι' ὠφέλειαν τοῦ ἀνθρώπε γεγόνασιν. y) Marc. 2, 27.

Οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν, εἰ τὰ μὲν ἕτος ὁ εὐαγγελιστὴς προστιθησι, τὰ δὲ ἐκεῖνος παραλιμπάνει. καὶ γὰρ οὐχ ἅμα τῷ λέγειν τὸν χριστὸν, ἐγραφον τὰ εὐαγγέλια, ἵνα καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν αὐτοῦ λόγων ἀπομνημονέυειν ἔχοιεν· ἀλλὰ μετὰ πολλοὺς ὕστερον ἑνιαυτούς. καὶ εἰκὸς, ἀνθρώπες ὄντας αὐτοὺς, ἐπιλαθέσθαι τινῶν. καὶ ταύτην ἔχε τὴν λύσιν ἐπὶ τῶν τοιέτων προσθηκῶν τε καὶ παραλέψεων. πολλάκις δὲ καὶ διὰ συντομίαν τινά τινες παρελίμπανον· ἔστι δ', ὅτε καὶ ὡς οὐκ ἀναγκαῖα.

Vers. 9. Καὶ — αὐτῶν.

Ὁ δὲ μάρκος [2]) εἶπεν, ὅτι καὶ εἰσῆλθε πάλιν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν. ὁ δὲ [3]) λουκᾶς, φανερώτερον εἶπεκεν, ὅτι ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ, εἰσελθὼν αὐτὸν εἰς τὴν συναγωγὴν καὶ διδάσκειν. z) Marc. 3, 1. a) Luc. 6, 6.

Cap. XXI. De eo qui manum habebat aridam.

Verſ. 10. *Et ecce — aridam.*

Lucas autem dixit etiam vtra manus fuerit, quum ſcriberet: Et manus eius dextera erat arida.

Verſ. 10. *Et — eum.*

Suſpicantes quod rurſus Sabbatis quosdam curaturus eſſet, interrogatione eum anticipiant: vt quum reſpondiſſet licitum eſſe, ſumerent occaſionem illum iam accuſandi tanquam transgreſſorem: et ita prohiberent, et illum ne curaret, et alios qui propter ſanitates fuiſſent crediturí. Malebant enim ſuae gentis homines morbis corrumpi, quam Chriſtum glorificari.

Verſ. 11. *Ille autem — eriget?*

Vide, quomodo illos hoc exemplo concluſerit: oſtendens poſſeſſionum potius amatores eſſe quam hominum: et quod iumentis parcentes, hominum non miſererentur. Obſerua etiam quo pacto diuerſas variis in locis dederit de Sabbati ſolutione rationes, prout res expetebat: vt rationabiliter legem ſolueret, nec tamen Iudaeos perturbaret.

Verſ. 12. *Quanto — oue.*

Quum illi ſuo ſilentio ei aſſentirent: id enim quod ipſe interrogauerat lex permittebat, nec contradicere poterant: enunciatiue dixit, quod homo longe dignior eſt oue.

Verſ. 12.

6) i. e. προχρῆντο, intelligitur enim μᾶλλον.
7) συλλογίζεται καὶ δείκνυσιν αὐτοὺς φιλοχρημάτους, intell. ὄντας. Ita cohaeret.

Κεφ. ΚΑ. Περὶ τοῦ ξηρὰν ἔχοντος τὴν χεῖρα.

Verſ. 10. Καὶ ἰδοὺ — ξηράν.

Ὁ δὲ λευκᾶς εἶπε, καὶ ποίαν χεῖρα, γράψας, ὅτι καὶ [b]) ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρά. b) Luc. 6, 6.

Verſ. 10. Καὶ — αὐτοῦ.

Ὑποπτεύοντες, ὅτι πάλιν ἐν σαββάτῳ θεραπεύσει τινὰς, προκαταλαμβάνουσιν αὐτὸν τῇ ἐρωτήσει, ἵνα ἀποκριθέντος, ὅτι ἔξεστι, λάβωσιν ἀφορμὴν καὶ κατηγορήσωσιν αὐτοῦ λοιπὸν, ὡς παρανόμου, καὶ κωλύσωσιν ἔτω τὴν θεραπείαν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς θεραπείας πιστεύειν μέλλοντας. [c]) ἠθέλησε γὰρ φθάσαι ταῖς νόσοις τοὺς ὁμοφύλους, ἢ δεξάζεσθαι τὸν χριστόν.

Verſ. 11. Ὁ δὲ — ἐγερεῖ;

Ὅρα, πῶς [d]) συλλογίζεται αὐτοὺς διὰ τῶν παραδείγματος τέτε καὶ δείκνυσι φιλοχρημάτες μᾶλλον, ἢ φιλανθρώπους, καὶ κτηνῶν μὲν φειδομένες, ἀνθρώπε δὲ οὐκ ἐλεεῖντας; παρατήρει δὲ καὶ, πῶς ἄλλοτε μὲν ἄλλας ἀπολογίας ποιεῖται περὶ τῆς τῶ σαββάτε λύσεως; πάσας δὲ καταλλήλες τοῖς πράγμασιν, ἵνα καὶ τὸν νόμον εὐλόγως ἀναπαύσῃ, καὶ μὴ πλήξῃ τὲς ἰεδαίες.

Verſ. 12. Πόσῳ — πρεβάτε.

Συνομολογησάντων αὐτῶν, διὰ τῆς σιωπῆς· καὶ γὰρ ὁ νόμος ἐπέτρεπεν, ὃ ἠρώτησε, καὶ ἀντειπεῖν οὐκ ἠδύναντο· φησὶν ἀποφαντικῶς, ὅτι πολλῷ τιμιώτερός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος τῶ πρεβάτε.

Vers. 12. *Licet itaque — benefacere.*

Quum exemplo ab oue sumpto illorum ora obturasset, deinceps ad id, quod ab eis interrogauerat, respondet. Siquidem Marcus et Lucas dicunt, quod etiam hominem statuerit in medium, et interrogauerit eos: Vtrum licet Sabbatis benefacere, an malefacere? Postquam enim eis responderat, statuit illum in medium, vt a miserabili aspectu dissolueret cordis illorum duritiem, eisque persuaderet vt inuidiam abiicerent, conspicientes quod semper bonum sit eos qui dira patiuntur curare. Deinde contra, etiam illos inexplicabilem interrogat quaestionem. At illi veritate redarguti, tacebant quidem, sed ob prauam voluntatem non plene ei acquiescebant: ideoque cum ira circumspiciebat eos, sicut dicit Marcus, quo illos confunderet, contristatus super duritia cordis ipsorum. Nam ab inuidia induratum, nec aspectu miserabili placabatur, nec sermonem cui contradicere non poterant, recipiebat.

Vers. 13. *Tunc ait — altera.*

Suo hunc iussu curauit: et illos exterrens, et Deum se esse ostendens. Gestat autem dextram manum aridam, quisquis dexteram operationem non exercet: dico sane virtutem.

Vers. 14. *Pharisaei vero — perderent.*

Consilium ceperunt inter se inuicem. Marcus autem dicit quod cum Herodianis consultarunt, qui et ipsi genere quidem erant Iudaei, vehementer

8) *Ad id, quod interrogatus fuerat*, non, *quod ab eis interrogauerat.*

Vers. 12. Ὥστε ἔξεστι — καλῶς ποιεῖν.

Διὰ τοῦτο τὸ πρόβατον παραδείγματος φιμώσας αὐτοὺς, λοιπὸν, ὁ [8]) ἠρωτήθη παρ' αὐτῶν, ἀποκρίνεται. μάρκος [c]) δὲ καὶ λουκᾶς φασιν, ὅτι καὶ ἔστησε τὸν ἄνθρωπον εἰς τὸ μέσον, καὶ ἠρώτησεν αὐτοὺς, τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν, ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι. μετὰ γὰρ τὸ ἀποκριθῆναι αὐτοῖς, ἔστησεν αὐτὸν εἰς τὸ μέσον, ἵνα ἀπὸ τῆς ἐλεεινῆς θέας καταμαλάξῃ τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν, καὶ πείσῃ τούτους ἀποθέσθαι μὲν τὴν βασκανίαν, συνιδεῖν δὲ, ὅτι καλὸν ἀεὶ, θεραπεύεσθαι τοὺς κακῶς ἔχοντας· εἶτα ἀντηρώτησε καὶ αὐτὸς αὐτοὺς ἐρώτημα ἄψυκτον· οἱ δὲ ἐσιώπων, ἐλεγχόμενοι μὲν ὑπὸ τῆς ἀληθείας, ἐθελοκακοῦντες δὲ· διὸ καὶ περιεβλέψατο [d]) αὐτοὺς μετ' ὀργῆς, καθά φησιν μάρκος, ὥστε ἐντρέψαι, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν. πωρωθῆσα [9]) γὰρ ὑπὸ τοῦ φθόνου, ἅτε ὄψιν ἐλεεινὴν ἐδυσωπεῖτο, ἅτε λόγον ἀναντίρρητον παρεδέχετο.

c) Marc. 3, 3. Luc. 6, 8.

d) Marc. 3, 5.

Vers. 13. Τότε λέγει — ἄλλη.

Προστάγματι ταύτην ἰάσατο, καταπλήττων τὲ αὐτοὺς, καὶ δεικνύων, ὅτι θεός ἐστι. ξηρὰν δὲ φέρει τὴν δεξιὰν χεῖρα, καὶ πᾶς ὁ τὴν δεξιὰν πρᾶξιν μὴ μετερχόμενος, φημὶ δὴ, τὴν ἀρετήν.

Vers. 14. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι — ἀπολέσωσι.

Σύμβουλιον ἔλαβον παρ' ἀλλήλων· ὁ δὲ [e]) μάρκος φησὶν, ὅτι μετὰ τῶν ἡρωδιανῶν τοῦτο ἐβουλεύσαντο. οἱ δὲ ἡρωδιανοὶ, γένος μὲν ἦσαν ἰουδαῖοι καὶ αὐτοὶ,

e) Marc. 3, 6.

τοὶ,

9) ἡ καρδία.

ter autem Herodem colebant, et ipsum esse dicebant Christum a Prophetis promissum. Nam quia prophetarum erat tunc venturum esse Christum quando deficeret qui ex Iudaeis imperaret: defecerat autem diebus Herodis qui infantes necauerat: primus siquidem hic alienigena Iudaeis imperauit: ideo hunc esse suspicabantur qui venturus expectabatur; et coniuncti inuicem, propriam fecerunt sectam. Et quia Herodem plurimum amabant, Herodiani cognominati sunt. Haec itaque de Herodianis dicta sint. De Iudaeis autem dixit Lucas, quod dementia repleti sunt, et mutuo colloquebantur, quidnam ipsi Iesu facerent. Neque enim solum perterriti non erant, sed et inuidia obtenebrati, et dementia repleti erant: et primum quidem colloquebantur quidnam ipsi facerent mali, deinde consultauerunt, vt eum interficerent.

Vers. 15. *Iesus autem — inde.*

Oportet enim a prauis recedere: nec se periculis obiiciendo, eorum insaniae permittere. Simul etiam, quia nondum aduenerat tempus mortis ipsius, multosque adhuc oportebat curari ac frui doctrina eius.

Vers. 15. *Et* — v. 16. *facerent.*

Hoc in loco verbum ἐπετίμησε interminatus est, tantundem valet, ac si dicas, praecepit et variis verbis suasit. Vide autem quomodo et aegrotorum

*) ἀφιέναι. A. Hoc prorsus alienum est. In illo autem intelligitur ἑαυτόν. Sed vocabulo ἀναχωρεῖν respondet etiam ἐπιέναι. Hentenius tamen videtur etiam reperisse ἐφιέναι. Aliud autem est ἐφιέ-

τοὶ, τὸν ἡρώδην δὲ διαφερόντως ἐτίμων, καὶ αὐτὸν ἔλεγον εἶναι τὸν ὑπὸ τῶν προφητῶν καταγγελλόμενον χριστόν. ἐπεὶ γὰρ τότε προεφητεύετο ἐλθεῖν ὁ χριστὸς, ὅτε ἐκλείψει ἡγούμενος ἰουδαίος· ἐξέλιπε δὲ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν ἡρώδου τοῦ βρεφοκτόνου· πρῶτος γὰρ ἔτος ἀλλόφυλος, ἰουδαίων ἐβασίλευσεν· ὑπέλαβον, αὐτὸν εἶναι τὸν προσδοκώμενον ἥξειν, καὶ συσσήσαντες, ἰδίαν αἵρεσιν ἐποιήσαντο. διὸ καὶ, ἀπὸ τῆς σφόδρα φιλεῖν τὸν ἡρώδην, ἡρωδιανοὶ ἐπωνομάσθησαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἡρωδιανῶν. περὶ δὲ τῶν ἰουδαίων ὁ λεκᾶς ἔφη, ὅτι ἐπλήσθησαν[f], ἀνοίας καὶ διελάλουν πρὸς ἀλ- f) Luc. 6, 11.
λήλους, τί ἂν ποιήσειαν τῷ ἰησοῦ. καὶ γὰρ ἐμόνον οὐ κατεπλάγησαν, ἀλλὰ καὶ σκοτισθέντες ὑπὸ τῆς βασκανίας, ἐπλήσθησαν ἀσυνεσίας. καὶ πρῶτα μὲν συνελάλησαν, τί ἂν ποιήσειαν αὐτῷ κακὸν, ἅτα συνεβουλεύσαντο ἀνελεῖν αὐτόν.

Vers. 15. Ὁ δὲ ἰησοῦς — ἐκεῖθεν.

Χρὴ γὰρ ἀναχωρεῖν ἀπὸ τῶν πονηρῶν, καὶ μὴ ῥιψοκινδύνως ἐφιέναι[x]) ταῖς μανίαις αὐτῶν. ἅμα δὲ καὶ, ἔπω ἐλήλυθεν ἡ ὥρα τῆ θανάτε αὐτοῦ, καὶ ἔδει πολλὰς ἔτι θεραπευθῆναι, καὶ ἀπολαῦσαι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ.

Vers. 15. Καὶ — v. 16. ποιήσωσιν.

Ἐνταῦθα τὸ, ἐπετίμησεν, ἀντὶ τοῦ, παρήγγειλε, καὶ ἐζησφαλίσατο. σκόπει δὲ, πῶς καὶ τῶν νοσούντων ἐπιμελεῖται, καὶ τὸν φθόνον τῶν

 ἰουδαί-

ἐφιέναι τῷ θυμῷ, ταῖς ἡδυπαθείαις et similia i. e. *indulgere*: aliud ἐφιέναι ταῖς ἄλλων μανίαις. i. e. *se immittere*. προσχωρῆσαι, προσοίσαι ἑαυτόν.

rum curam habet, et Iudaeorum deuitat inuidiam, praecipiens ne se manifestum facerent quod curaret: plerumque enim futurum erat, vt hoc audientes exasperarentur. Quia autem huiusmodi praeceptum prae magna manſuetudine ac lenitate faciebat, malens ſuam gloriam penitus occultari, quam hos ad maiorem inſaniam accendi, inducit propheram Euangeliſta, qui de tanta eius lenitate ac tolerantia olim fuerat loquutus, et dicit.

Verſ. 17. *Vt* — v. 18. *elegi.*

Haec ſub perſona patris dicit: Ecce filius meus vnigenitus, quem elegi, hoc eſt omnibus praetuli. Quia autem duo continet in ſe Chriſtus: in eo quod dicit, Filius, diuinitatem ſignificat: in eo vero quod addit: Quem elegi, humanitatem. Et ſimilia ſunt quae ſequuntur.

Verſ. 18. *Dilectus — mea.*

Pari modo, Dilectus meus, de diuinitate dictum eſt: In quo bene complacuit ſibi anima mea, de humanitate. Eſt enim dilectus vnigenitus. In ipſo vero bene ſibi complacuit, vtpote in quo oblectatus eſt: vel tanquam in eo, per quem bona voluit, dico ſane hominum ſalutem.

Ipſo quoque baptizato, huiusmodi vocem pater deſuper emiſit, dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacitum eſt: ſimilemque ibi dedimus enarrationem: lege ergo et illam, vt planius intelligas. Quod autem dicitur, In quo bene complacuit ſibi anima mea, idem eſt quod, In quo bene mihi complacitum eſt: Multa item huiusmodi quae hominum ſunt, veteris teſtamenti

[2]) αὐτοῦ, pro ἄνωθεν. A.

ἰσθαίων θεραπεύει, παραγγέλλων, ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν, ὅτι θεραπεύει; τοῦτο γὰρ ἀκούοντες, ἐμέλλον ἐπὶ πλεῖον ἐξαγριοῦσθαι. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ μακροθυμίας πολλῆς ἐποιεῖτο τὴν τοιαύτην παραγγελίαν, αἰδέμενος μάλιστα συγκαλύπτεσθαι τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐξάπτεσθαι τούτους εἰς πλείονα μανίαν, εἰσάγει τὸν προφήτην ὁ εὐαγγελιστὴς, προαναφωνοῦντα τὴν τοιαύτην αὐτοῦ μακροθυμίαν καὶ ἀνεξικακίαν, καὶ φησίν.

Verſ. 17. Ὅπως — v. 18. ἠρέτισα.

Προσώπῳ τῷ πατρὸς ταῦτά φησιν. ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὁ μονογενής. ὃν δὲ ἠρέτισα, ἀντὶ τοῦ, ὃν προέκρινα πάντων. ἐπεὶ δὲ διπλοῦς ἐστιν ὁ χριστός· τὸ μὲν, ὁ παῖς μου, δηλωτικόν ἐστι τῆς θεότητος· τὸ δὲ, ὃν ἠρέτισα, τῆς ἀνθρωπότητος. καὶ τὰ ἑξῆς δὲ, τοιαῦτα.

Verſ. 18. Ὁ ἀγαπητὸς — με.

Ὁμοίως τὸ μὲν, ὁ ἀγαπητός μου, περὶ τῆς θεότητος εἴρηται· τὸ δὲ, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου, περὶ τῆς ἀνθρωπότητος. ἔστι γὰρ ἀγαπητὸς μὲν, ὡς μονογενὴς· εἰς αὐτὸν δὲ εὐδόκησεν, ὡς εἰς αὐτὸν ἐπαναπαυόμενος, ἢ ὡς δι' αὐτοῦ τὰ ἀγαθὰ θελήσας, λέγω δὴ, τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων.

Καὶ βαπτιζομένου δὲ αὐτοῦ τοιαύτην ὁ πατὴρ ἄνωθεν [2]) ἀφῆκε φωνὴν εἰπών· οὗτός [g]) ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. καὶ τοιαύτην κἀκεῖ τὴν ἐξήγησιν ἐποιησάμεθα. καὶ ἀνάγνωθι κἀκείνην, καὶ ἐπιγνώσῃ σαφέστερον. τὸ δὲ, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου, ἀντὶ τοῦ, εἰς ὃν εὐδόκησα ἐγώ. πολλὰ δὲ τοιαῦτα ἀνθρωποπρεπῆ φησὶν ἡ

[g]) Matth. 3, 17.

ſtamenti ſcriptura dicit de Deo, propter craſſam Hebraeorum mentem: quae omnia intelligere oportet quatenus Deo conueniunt.

Verſ. 18. *Ponam — eum.*

De filio incarnato hoc dixit, tanquam de homine proficiente per acceſſum Spiritus ſancti: de quo etiam dicit Lucas: Puer autem creſcebat et corroborabatur ſpiritu, plenus ſapientia, et gratia Dei erat ſuper illum.

Verſ. 18. *Et — annuntiabit.*

Iudicium vocat legem euangelicam, quam per Apoſtolos praedicauit gentibus. Vel iuſtum iudicium ſuum, quo repellentibus eum Iudaeis, aſſumpſit gentes. Hoc enim vere iuſtum eſt iudicium, ne omnino pereat opus manuum eius.

Verſ. 19. *Non — vocem eius.*

Propter haec verba totam poſuit prophetiam. Nam quum manſuetus eſſet ac mitis, non contendit aduerſus contradictores, neque clamauit, dum ei fieret iniuria: neque foris docuit, vt faciunt hi qui gloriam ab hominibus venantur: ſed in templo, et in ſynagogis Iudaeorum, ac in deſertis montibus et littoribus. Deinde prophetat etiam de imbecillitate eorum, qui huic omnipotenti Deo inſidiabantur.

Verſ. 20. *Arundinem — confringet.*

Arundinem vocauit Iudaeos, tanquam valde imbecilles ad diuinam et inexpugnabilem eius potentiam:

παλαιὰ γραφὴ ἐπὶ τῷ θεῷ, διὰ τὴν παχύτητα τῆς διανοίας τῶν ἑβραίων, ἃ χρὴ πάντα θεοπρεπῶς νοεῖν.

Vers. 18. Θήσω — αὐτόν.

Περὶ τοῦ ἐναυθρωπήσαντος υἱοῦ τοῦτο εἴρηκεν, ὡς περὶ ἀνθρώπε, προκόπτοντος τῇ ἐπιφοιτήσει τῷ παναγίου πνεύματος, περὶ οὗ φησὶ καὶ ὁ λεκᾶς, τὸ δὲ παιδίον b) ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό. h) Luc. 2, 40.

Vers. 18. Καὶ — ἀπαγγελεῖ.

Κρίσιν λέγει, τὸν εὐαγγελικὸν νόμον, ὃν ἐκήρυξε τοῖς ἔθνεσι διὰ τῶν ἀποστόλων· ἢ τὴν δικαιοκρισίαν αὐτοῦ, ὅτι τῶν ἰουδαίων ἀπωσαμένων αὐτὸν, προσελάβετο τὰ ἔθνη. τοῦτο γὰρ δικαία κρίσις ὄντως ἐστὶν, ἵνα μὴ τέλεον ἀπόληται τὸ πλάσμα τῶν χειρῶν αὐτοῦ.

Vers. 19. Οὐκ — τὴν φωνὴν αὐτοῦ.

Διὰ ταῦτα τὰ ῥητὰ, τὴν ὅλην ἐντέθεικε προφητείαν. μακρόθυμος γὰρ ὢν καὶ πραότατος, οὐκ ἤρισε πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας, οὐδ' ἐκραύγαζεν ἀδικούμενος, οὐδ' ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐδίδασκεν, ὡς οἱ τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων δόξαν ζηρεύοντες· ἀλλ' ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν ἰουδαίων, καὶ ἐν ἐρημίαις καὶ ὄρεσι καὶ αἰγιαλοῖς. εἶτα προφητεύει, καὶ περὶ τῆς ἄγαν ἀθεσίας τῶν ἐπιβουλευόντων τῷ παντοδυνάμῳ τότῳ θεῷ.

Vers. 20. Κάλαμον — κατεάξει.

Κάλαμον ὠνόμασε, τοὺς ἰουδαίους, ὡς ἀθενεσάτους πρὸς τὴν θείαν καὶ ἄμαχον αὐτοῦ δύναμιν, καὶ

tiam: nec tamen ſimpliciter arundinem, ſed etiam comminuram, ad augmentum imbecillitatis eorum. Dicit ergo quod potens ſit eos tanquam arundinem comminutam facillime confringere: nec tamen hoc faciet propter ſuam tolerantiam ac modeſtiam.

Verſ. 20. *Et — non extinguet.*

Hic Iudaeorum accenſum aduerſus Chriſtum animum ſignificat: quem etiam linum fumigans appellat, vt quod facile extingui poſſit a Chriſti virtute: ſicut facile quis extinguit linum fumigans, id eſt accenſum. Linum autem in hoc loco intelligimus pannum lineum: hunc tamen non extinguet vt patiatur: et patiendo demonſtret eximium, quem erga nos gerit amorem ſuum.

Verſ. 20. *Donec — ſuum.*

Donec ad finem ac perfectionem deducat iuſtitiam ſuam. Siquidem victoriam nominauit perfectionem: iudicium autem, iuſtitiam. Quousque adimpleat iuſtitiam ſuam, quousque ſuas oſtendat iuſtificationes, quibus Iudaeos condemnet, et eorum impudentem amputet cauſationem. Poſt haec autem tanquam vaſa figuli, confringet illos in virga ferrea, principatu Romanorum Veſpaſiani et Titi, qui eos obſederunt ac exterminauerunt.

Verſ. 21. *Et — ſperabunt.*

Sperabunt quod ſolus ipſe in afflictionibus inuocatus, ſperantes in ſe liberabit.

Cap.

καὶ ἐδὲ ἁπλῶς κάλαμον, ἀλλὰ συντετριμμένον πρὸς ἐπίτασιν τῆς ἀσθενείας αὐτῶν. λέγει δὲ, ὅτι δυνάμενος, ὡς κάλαμον συντετριμμένον, εὐκολώτατα διακλάσαι αὐτοὺς, ὅμως οὐ ποιήσει τοῦτο, δι' οἰκείαν μακροθυμίαν.

Verſ. 20. Καὶ — σβέσει.

Ὁ δὲ μάρκος ἔιπεν, ὅτι καὶ d) ἠγανάκτησε κατὰ τῶν κωλυόντων· προσίεται δὲ τὰ παιδία, δεικνύων μὲν, ὅτι τοὺς ἀκάκους προσίεται· διδάσκων δὲ καὶ, ὅτι προσήκει καταπατεῖν τὸν ἀπὸ τῆς ὑπεροχῆς τύφον, καὶ πρσίεσθαι καὶ τοὺς εὐκαταφρονήτους. οὐκ ἔπε δὲ, ὅτι τέτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὅτι τῶν τοιέτων, τῶν μιμεμένων τὴν ἀπλότητα τέτων, περὶ ὧν εἴρηται πλατύτερον ἐν τῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ.

d) Marc. 10, 14.

Vers. 15. Καὶ — ἐκεῖθεν.

Μάρκος δὲ ἔιπεν, ὅτι καὶ e) ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὰ, εὐλόγει αὐτά.

e) Marc. 10, 16.

autem faciebat illorum adimplens petitionem qui eos adduxerant. Oblati sunt enim, inquit, ei paruuli, vt manus imponeret eis et oraret. Simul etiam ostendit iterum quod amplectitur, sibique familiarem efficit eum, qui dolo ac malitia caret: et ponit super eum manus siue excubantem suam virtutem, ac benedicit, eumque sanctificat.

Cap. XLI. De diuite interrogante Iesum.

Vers. 16. *Et — aeternam?*

Principem dixit hunc Lucas, videlicet Iudaeorum. Non erat autem hic adolescens dolosus aut fictus, vt aiunt quidam: neque enim iuuitus illum Iesus dilexisset eum, quod dixit Marcus, sed in caeteris quidem bonus erat, vitaeque cupidus aeternae: sed auaritiae spina pingue suae animae aruum perdiderat.

Vers. 17. *Ipse — Deus.*

Nullus neque corporeus, neque incorporeus proprie bonus est, nisi solus Deus: quia Deo secundum naturam conuenit bonitas, ideoque mutari non potest: caeteris autem omnibus visibilibus et inuisibilibus secundum voluntatem, et ideo mutabilis est. Quia ergo hic Christum hominem tantum esse suspicabatur, bonumque vocabat eum, non tanquam Deum, sed tanquam hominem, et vnum quempiam praeceptorum apud Hebraeos: ad huiusmodi suspicionem eius nunc etiam ipse quasi homo cum eo differit, dicens: Quid me dicis

[8]) καὶ addendum credo.

αὐτά. τοῦτο δὲ ἐποίει, πληρῶν τὴν αἴτησιν τῶν ταῦτα προσηγαγόντων. προσηνέχθησαν γάρ, φησιν, αὐτῷ παιδία, ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς καὶ προσεύξηται. ἅμα δὲ πάλιν ἔδειξεν, ὅτι καὶ ἐναγκαλίζεται, καὶ οἰκειοῦται τὸν ἀπόνηρον, καὶ τίθησιν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ἤτοι τὴν θρεπτικὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, καὶ εὐλογεῖ καὶ ἁγιάζει αὐτόν.

Κεφ. ΜΑ. Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν ἰησοῦν πλουσίου.

Verſ. 16. Καὶ — αἰώνιον.

Ἄρχοντα [z]) τοῦτον εἶπεν ὁ λεπτὸς, δηλαδὴ, τῶν Ἰουδαίων. οὐκ ἦν δὲ ὕπελος ὁ νεανίσκος οὗτος, ὥς φασί τινες. οὐ γὰρ ἂν ὁ ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτὸν, ὡς εἴρηκε [a]) μάρκος. ἀλλὰ τἄλλα μὲν καλὸς ἦν, καὶ ζωῆς ἐπεθύμει τῆς αἰωνίου· τῆς δὲ φιλαργυρίας ἡ ἄκανθα τὴν λιπαρὰν ἄρδεραν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ διελυμήνατο. z) Luc. 18, 18. a) Marc. 10, 21.

Verſ. 17. Ὁ — θεός.

Οὐδεὶς ἔτε ὑλικὸς, ἔτε ἄϋλος, ἀγαθὸς ἐστι κυρίως, εἰ μὴ μόνος ὁ θεός. διότι τῷ θεῷ μὲν, κατὰ φύσιν ἡ ἀγαθότης, καὶ διὰ τοῦτο ἀτρεπτοτάτη· τοῖς ἄλλοις δὲ πᾶσιν, ἐρατοῖς τε καὶ ἀοράτοις, κατὰ προαίρεσιν, καὶ διὰ τοῦτο τρεπτή. ἐπεὶ τοίνυν οὗτος, ἄνθρωπον ἁπλῶς τὸν χριστὸν ὑπέλαβεν εἶναι, καὶ ἀγαθὸν αὐτὸν ἐκάλεσεν, οὐχ ὡς θεὸν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον, [8]) ἕνα τῶν παρ' ἑβραίοις διδασκάλων, πρὸς τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν αὐτοῦ λοιπὸν καὶ αὐτὸς, ὡς ἄνθρωπος, αὐτῷ διαλέγεται, λέγων· διατί με λέγεις ἀγαθὸν,

dicis bonum, qui homo ſum iuxta tuam ſuſpicionem? Nam tanquam homo non ſum bonus, tanquam Deus autem, etiam maxime bonus ſum: ſolus namque Deus proprie bonus eſt. Hoc autem dixit non homines priuans bonitate, ſed de ea quae proprie bonitas eſt docuit: ſimulque adulationem repulit, et inſtruxit nos ne laudibus aſſentiamur.

† † Natura quidem bonus, ſolus deus: mentis vero conformatione bonus, ſolus is, qui deum imitatur.

Verſ. 17. *Quod ſi — v. 18. Quae?*

Non tentando dixit, Quae? ſed putabat praeter legalia eſſe alia, quae ad talem inducerent vitam.

Verſ. 18. *Ieſus autem — v. 20. infantia mea.*

Principaliora praecepta legalia diſpenſatorie ipſi profert, ſimul ea honorans, et vt ipſo reſpondente, Haec omnia opere compleui: nam id ſignificat Cuſtodiui, et ab infantia: ſciebat enim et quod opere compleuiſſet, et quod ita reſponſurus eſſet: auditoribus manifeſtaretur conuerſatio illius virtuti conſentanea: deinde tandem prolato ei vno euangelico praecepto, dico ſane diuitiarum abiectione, facilius conuinceret eum eſſe auarum: et ita bona occaſione demonſtraret manifeſte auaritiam corrumpere omnem virtutem: et ita demonſtrato damno deuitari poſſet huiusmodi affectus.

Quare

[9]) Haec in marg. B. Hentenius non agnoſcit.
[1]) Incluſa abſunt. A.
[2]) Impedita eſt conſtructio, quod multa inculcata ſunt. Γνωριῶ pendet ex ſuperiori ἵνα.

ἄνθρωπον ὄντα κατὰ τὴν σὴν ὑπόληψιν; ὡς μὲν γὰρ ἄνθρωπος, οὐκ εἰμὶ ἀγαθός· ὡς δὲ θεὸς, καὶ μάλα. μόνος γὰρ κυρίως ἀγαθὸς ὁ θεός. τοῦτο δὲ εἰπὼν, ἐ τοὺς ἀνθρώπους ἀπεξέρησε τῆς ἀγαθότητος, ἀλλὰ περὶ τῆς κυρίως ἀγαθότητος ἐδίδαξεν· ἅμα δὲ καὶ τὴν κολακείαν ἀπώσατο, καὶ ἐπαίδευσε, μὴ συγκατατίθεσθαι τοῖς ἐπαίνοις.

[Φύσει[9]) μὲν ἀγαθὸς, μόνος ὁ θεός· γνώμῃ δὲ ἀγαθὸς, μόνος ὁ θεομίμητος.]

Verſ. 17. Εἰ — v. 18. ποίας;

Οὐχ, ὡς πειράζων, εἶπε, ποίας· ἀλλ' ἐνόμισε, παρὰ τὰς νομικὰς ἑτέρας εἶναί τινας, τὰς εἰσαγέσας εἰς τὴν τοιαύτην ζωήν.

Verſ. 18. Ὁ δὲ ἰησοῦς — v. 20. νεότητός μου.

Τὰς κεφαλαιωδεστέρας αὐτῷ προτείνει τῶν νομικῶν ἐντολῶν οἰκονομικῶς, ἅμα μὲν τιμῶν αὐτὰς, ἅμα δὲ καὶ, ἵνα εἰπόντος αὐτοῦ, ὅτι κατώρθωσα ταύτας· [τοῦτο[1]) γὰρ δηλοῖ τὸ, ἐφυλαξάμην, καὶ ὅτι ἐκ νεότητος· ἐγίνωσκε γὰρ, καὶ ὅτι ἕτω κατώρθωκε ταύτας,] καὶ ὅτι ἕτως ἀποκριθήσεται· γνωριθῇ[2]) μὲν τοῖς ἀκροωμένοις ἡ φιλάρετος αὐτῷ πολιτεία· εἶτα λοιπὸν, μίαν αὐτῷ προτείνας τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν· φημὶ δὴ, τὴν ἀπόκτησιν τοῦ πλούτου· ῥᾷον[3]) ἐλέγξῃ φιλάργυρον, καὶ ἕτως ἐυαφέρμως καὶ ἐναργῶς ὑποδείξῃ τὴν φιλαργυρίαν πάσας λυμαινομένην τὰς ἀρετὰς, καὶ λοιπὸν, φανείσης τῆς ἐντεῦθεν ζημίας, φευκτὸν γένηται τὸ τοιοῦτον πάθος.

Καὶ

3) ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἵνα.

Quare autem non protulit illi primum et maximum praeceptum, puta, Diliges dominum Deum tuum? Quia alia huius bona opera occulta erant: pietas vero huius ad Deum omnibus nota erat.

Dubitabit autem aliquis, vtrum propoſita legalia praecepta concilient vitam aeternam? Cui dicere poſſumus, quod conciliant quidem, at non talem qualem euangelica. Nam vita aeterna accipienda eſt fruitio quae eſt in coelis, quae varia eſt et multiplex: multae enim apud ſolum Deum fruitiones ſunt.

Rurſum dubitabit aliquis, vtrum vere dicebat adoleſcens? ſiquidem quum multas haberet poſſeſſiones, quomodo diligebat proximum ſicut ſeipſum? Vtrum enim diuidebat has parum aut nihil habentibus? Quid ergo dicendum eſt? Quod hoc quoque praeceptum compleuerat, quatenus ipſum compleri tunc permiſſum erat. Diligebat namque proximum ſicut ſeipſum: ſed quaſi nullum ei inferendo nocumentum, non quaſi diuidendo ſuas cum eo poſſeſſiones. Nam id excelſum eſt et ſupra Iudaicam in humum depreſſionem.

† Quae eo tempore maxime erant neceſſaria. Caetera quidem in vna Exodi parte ſtatuta ſunt. Illud autem: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum, in alia: et manifeſte ita habetur in Leuitico. Aſſumpſit autem et hoc tanquam maxime neceſſarium.

Verſ. 20.

*) Reſpicit Io. 14, 2. Manſiones haud dubie, non fruitiones, voluit ſcribere Hentenius.

Καὶ διατί μὴ προέτεινεν αὐτῷ καὶ τὴν πρώτην καὶ μεγάλην ἐντολὴν, τὸ ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου; διότι τὰ μὲν ἄλλα τούτου κατορθώματα κεκρυμμένα ἦσαν· ἡ θεοσέβεια δὲ αὐτοῦ τοῖς πᾶσι γνώριμος ἐτύγχανεν.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ αἱ προταθεῖσαι νομικαὶ ἐντολαὶ προεξένουν ζωὴν αἰώνιον; πρὸς ὃν εἴποιμι ἄν, ὅτι προεξένουν μὲν, ἀλλ' οὐ τοιαύτην, οἵαν αἱ εὐαγγελικαί. ζωὴν γὰρ αἰώνιον, τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀπόλαυσιν ὑποληπτέον, ἥτις ποικίλη καὶ πολυειδής ἐστι. πολλαὶ γὰρ[4]) μοναὶ παρὰ τῷ θεῷ.

Ἐπαπορήσει δέ τις, εἰ ἀληθῶς ἔλεγεν ὁ νεανίσκος; ἔχων γὰρ κτήματα πολλὰ, καθὼς δηλωθήσεται, πῶς ἠγάπα τὸν πλησίον, ὡς ἑαυτόν; ἢ γὰρ ἂν ἐμερίσατο ταῦτα πρὸς τοὺς ὀλίγα, ἢ οὐδόλως ἔχοντας; τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν; ὅτι κατόρθωσε καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν, ὡς ἐνεχώρει τότε κατορθοῦν αὐτήν. ἠγάπα μὲν γὰρ τὸν πλησίον, ὡς ἑαυτὸν, ἀλλ' ὥστε μηδὲν βλαβερὸν αὐτῷ ἐνδείξασθαι, οὐ μὴν ὥστε καὶ συμμερίσασθαι αὐτῷ τὸν ἴδιον πλοῦτον. τοῦτο γὰρ ὑψηλὸν, καὶ τῆς ἰουδαϊκῆς χαμαιζηλίας ἀνώτερον.

[Ὧν[5]) εἶχε χρείαν μᾶλλον ὁ τότε καιρός. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι καθ' ἓν μέρος ἐν τῇ ἐξόδῳ[b]) νενομοθέτηνται· τὸ δὲ, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν, καθ' ἕτερον, καὶ φανερῶς οὕτως ἐν τῷ λευιτικῷ.[c]) παρέλαβε[6]) καὶ τοῦτο νῦν, ὡς χρειωδέστατον.]

b) Exod. 20, 12. seqq.

c) Leuit. 19, 18.

Vers. 20.

5) Haec leguntur in margine Codicis B. referunturque ad vocabulum κεφαλαιωδεστέρας, quod in principio scholii legitur.

6) δὲ addendum videtur.

Verſ. 20. *Quid adhuc mihi deeſt?*

Quid adhuc habere me oportet quo careo? Hoc autem dicens manifeſtabat quod maiorem deſiderabat virtutem. Ideo quoque, vt ait Marcus intuitus illum Ieſus dilexit eum et dixit ei, Vnum tibi deeſt. Lucas autem dixit, Vnum tibi deficit. Intuitus ſiquidem eſt illum manſuetum: dilexit autem eum quaſi vehementer ſalutem appetentem: quanquam auaritiae tyrannide praepediebatur. Quid eſt autem quod deficit? Vt ſequatur eum. Audi ergo.

Verſ. 21. *Ait — ſequere me.*

Quia ea quae habebat, id eſt, diuitiae impedimento erant ne ſequeretur: iubet haec vendi, darique pauperibus. Dicit ergo: ſi vis perfectus eſſe: imperfecti enim ſunt, qui ſola legalia complent praecepta: quia et ipſa imperfecta erant propter Iudaeorum imbecillitatem. Habebis theſaurum autem, dixit conſolans eius auaritiam: ac promittens quod iterum theſaurum reconderet: nec id tantum, ſed et melius, quia in coelo. Vocat autem theſaurum in coelo bonorum retributionem operum, quae ibi his qui digni fuerint, repoſita ſunt. Quod autem addit, Veni, ſequere me, tantundem eſt ac ſi dicat: Gradere iuxta veſtigia meae conuerſationis, ſequere mea praecepta: hoc enim tibi deficit, qui legalia adimpleſti.

Verſ. 22. *Audito — multas poſſeſſiones.*

Quo plura habebat, eo magis ſeruus eorum effectus erat: additio ſiquidem diuitiarum, additionem facit auaritiae. Opulentia itaque cauſa fuit triſtitiae et incredulitatis.

Verſ. 23.

Vers. 20. Τί ἔτι ὑστερῶ;

Τί λείπομαι; τοῦτο δὲ εἰπὼν, ἐνέφηνεν, ὅτι μείζονος ἐφίεται ἀρετῆς. διὸ καὶ, ὡς φησι μάρκος, [d] ὁ ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ ἠγάπησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἓν σοι ὑστερεῖ. λουκᾶς δὲ εἶπεν, ὅτι [e] ἓν σοι λείπει. ἐνέβλεψε μὲν γὰρ αὐτῷ ἥμερον· ἠγάπησε δὲ αὐτὸν, ὡς σφόδρα σωτηρίας ὀρεγόμενον, εἰ καὶ τῇ τυραννίδι τῆς φιλαργυρίας ἐπεπέδητο. τί δέ ἐστι τὸ λεῖπον; τὸ ἀκολούθησαι αὐτῷ. καὶ ἄκεσε.

d) Marc. 10, 21.

e) Luc. 18, 22.

Vers. 21. Ἔφη — ἀκολούθει μοι.

Ἐπεὶ τὰ ὑπάρχοντα, τετέσιν, ὁ πλοῦτος, ἐμπόδιον ἦσαν τῷ ἀκολουθῆσαι, κελεύει ταῦτα πωλῆσαι, καὶ δοῦναι πτωχοῖς. φησὶν οὖν, εἰ θέλεις τέλειος εἶναι. καὶ γὰρ ἀτελεῖς οἱ τὰς νομικὰς κατορθοῦντες ἐντολὰς, ἐπεὶ καὶ αὗται ἀτελεῖς, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἰουδαίων. ἔξεις δὲ θησαυρὸν εἶπε, παραμυθούμενος τὴν φιλοχρηματίαν αὐτοῦ, καὶ ἐπαγγελλόμενος, ὅτι θησαυρίσει πάλιν. καὶ ἐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ κρεῖττον. ἐν ἐρανῷ γάρ. θησαυρὸν δὲ ἐν ἐρανῷ λέγει, τὴν ἀποκειμένην ἐκεῖ τοῖς ἀξίοις ἀμοιβὴν τῶν κατορθωμάτων. τὸ δὲ δεῦρο, ἀκολούθει μοι, ἀντὶ τοῦ, βάδιζε κατ' ἴχνος τῆς ἐμῆς πολιτείας, ἀκολούθει ταῖς ἐμαῖς ἐντολαῖς. τοῦτο γάρ σοι λείπει, τὰ νομικὰ κατορθώσαντι.

Vers. 22. Ἀκέσας — κτήματα πολλά.

Ὅσον εἶχε πολλὰ, τοσοῦτον αὐτοῖς ἐδεδέλωτο. καὶ γὰρ ἡ προσθήκη τῷ πλέτε προσθήκην ποιεῖ τῆς φιλαργυρίας. γέγονεν οὖν αἰτία τῆς λύπης καὶ τῆς ἀπειθείας ἡ πολυκτημοσύνη.

Vers. 23.

Verſ. 23. *At — coelorum,*

Quodſi diues difficulter, auarus nullo modo. Si enim condemnatur qui non dat quae ſua ſunt, multo amplius qui rapit aliena.

Verſ. 24. *Rurſus — intrare.*

Quum rem dixiſſet difficilem, hanc ſubiunxit impoſſibilem: nec ſimpliciter impoſſibilem, ſed et impoſſibili magis impoſſibilem. Impoſſibile ſiquidem eſt camelum viuum tranſire per foramen acus: hoc autem impoſſibilius eſt illud. Fertur autem hic ſermo per exaggerationem ad auarorum terrorem.

Quidam autem camelum vocant funem nauis craſſiorem. Verum haec dicens Chriſtus non vituperat diuitias, ſed ſeruire diuitiis. Eſt autem optimum exemplum: nam ſicut foramen acus non eſt capax cameli propter nimiam ſui anguſtiam, et propter grandem illius molem ac tumorem: Ita quoque via quae ducit ad vitam non capit diuitem propter ſui anguſtiam, et propter huius tumorem. Oportet ergo omnem repellere tumorem iuxta Apoſtolum, et attenuari per voluntariam paupertatem.

Verſ. 25. *Quum autem audiſſent — ſaluus fieri?*

Exterriti ſunt, id eſt, turbati ſunt, non tamen pro ſeipſis; quum pauperes eſſent, ſed pro diuitibus. Coeperunt enim praeceptorum aſſumere viſcera, ac dolere plurimum pro perditione hominum dicentes, Quis ergo diuitum poteſt ſaluus fieri?

Verſ. 26.

Vers. 23. Ὁ δὲ — οὐρανῶν.

Ἐι δὲ πλέσιος δυσκόλως, πλεονέκτης οὐδ' ὅλως εἰ γὰρ ὁ μὴ διδοὺς τὰ ἑαυτῦ, κατακρίνεται· πολλῷ μᾶλλον, ὁ καὶ τὰ ἑτέρων ἁρπάζων.

Vers. 24. Πάλιν — εἰσελθεῖν.

Ἐιπὼν τὸ πρᾶγμα δύσκολον, ἔπειτα λέγει τοῦτο καὶ ἀδύνατον, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀδύνατον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀδυνάτου ἀδυνατώτερον. ἀδύνατον μὲν γὰρ τὴν κάμηλον, τὸ ζῶον, διὰ τρυπήματος βελόνης διελθεῖν·[7] ἀδυνατώτερον δὲ τέτε ἐκεῖνο. κατ' ἐπίτασιν δὲ ὁ λόγος, εἰς φόβον τῶν Φιλαργύρων.

Τινὲς δὲ κάμηλόν φασι, σχοινίον παχύτατον πλοίου. ταῦτα δὲ λέγων ὁ χριστὸς, ἐ διαβάλλει τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ τὸ δουλεῦσθαι τῷ πλέτῳ. κάλλιτον δὲ τὸ παράδειγμα. καθάπερ γὰρ τὸ τρύπημα τῆς βαφίδος ἐ χωρεῖ τὴν κάμηλον, διά τε τὴν ἄγαν ἑαυτῦ ξενότητα, καὶ διὰ τὸν ἄγαν ἐκείνης ὄγκον· ἕτω καὶ ἡ ὁδὸς, ἡ ἀπάγυσα εἰς τὴν ζωὴν, ἐ χωρεῖ τὸν πλέσιον, διά τε τὴν ἑαυτῆς ξενότητα, καὶ διὰ τὸν τούτε ὄγκον. προσήκει οὖν ὄγκον[f]) ἀποθέσθαι πάντα, κατὰ τὸν ἀπόστολον, καὶ λεπτυνθῆναι δι' ἐκσοίου πενίας. f) Hebr. 12, 1.

Vers. 25. Ἀκέσαντες δὲ — σωθῆναι;

Ἐξεπλήσσοντο, ἀντὶ τοῦ, ἐθορυβῦντο. πλὴν οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν· πένητες γὰρ ἦσαν· ἀλλ' ὑπὲρ τῶν πλησίον. ἤρξαντο γὰρ σπλάγχνα διδασκάλων ἀναλαβεῖν, καὶ ὑπεραλγεῖν τῆς ἀπωλείας τῶν ἀνθρώπων, λέγοντες, τίς ἄρα τῶν πλησίον δύναται σωθῆναι;

7) εἰσελθᾶν. A.

Verſ. 26. *Intuitus — poſſibilia.*

Primum miti aſpectu exterritam eorum mentem conſolatus eſt. Deinde dixit: Apud homines diuites, hoc puta ſaluum fieri, impoſſibile eſt: fortiter enim auaritiae vinculis alligati ſunt, factique impotentes, vt a ſeipſis ſolis huiusmodi tyrannide liberentur. Deus autem non ſolum ſaluare hos poteſt, ſed etiam omne aliud poteſt. Saluabit ergo hos, ſi quod poſſunt ſtudium adhibentes, ac diuitias in pauperes euacuantes, ignemque cupiditatis diuitiarum extinguentes, hunc inuocauerint auxiliatorem ac libertatis aſſertorem.

Docuit ergo omnis hic ſermo, quod auarum impoſſibile eſt ſaluum eſſe, niſi quod in ſe eſt adferat ſtudium, vt dictum eſt: et Deum habeat adiutorem ad liberationem illius miſerrimae affectionis. Aiunt autem quidam, quodſi Deo omnia ſunt poſſibilia, vtique et facere malum Deo poſſibile eſt. Quibus nos dicimus, quod facere malum non eſt potentiae, ſed impotentiae. Ideo etiam Dauid peccata appellauit imbecillitates ſiue infirmitates dicens: Multiplicatae ſunt infirmitates eorum. Et Paulus ait, Quum nos eſſemus infirmi ſiue peccatores. Praeterea et alio modo iuxta Gregorium Theologum, principium mali eſt negligere bonum: quomodo autem bonum negliget, qui eſt ipſa bonitas?

Verſ. 27. *Tunc — nobis?*

Quae omnia beate Petre? An arundinem, rete, nauim, artemque piſcatoriam? Vtique inquit, quae et quanta habebam: mea ſiquidem voluntas integra fuit. Quum ergo dixiſſet ſaluator adoleſcenti,

ſi

Vers. 26. Ἐμβλέψας — δυνατά.

Πρῶτον ἡμέρᾳ βλέμματι φρίττουσαν αὐτῶν τὴν διάνοιαν παρηγόρησεν, εἶτα εἶπεν, ὅτι παρὰ ἀνθρώποις πλουσίοις τοῦτο, δηλαδὴ τὸ σωθῆναι, ἀδύνατόν ἐστι. δεδεσμημένοι γὰρ ἰσχυρῶς ταῖς σειραῖς τῆς φιλαργυρίας, ἀδυνατοῦσιν ἀφ' ἑαυτῶν μόνων ἐλευθερωθῆναι τῆς τοιαύτης τυραννίδος. ὁ δὲ θεὸς ἐ μόνον σῶσαι τούτους δύναται, ἀλλὰ καὶ πᾶν ἕτερον δύναται. σώσει δὲ τούτους, ἐὰν τὴν παρ' ἑαυτῶν σπουδὴν εἰσφέροντες, καὶ κενοῦντες τὸν πλοῦτον εἰς πένητας, καὶ σβεννύοντες τὸ πῦρ τῆς ἐπιθυμίας τῶν χρημάτων, ἐπικαλέσωνται καὶ τοῦτον ἐπίκουρον καὶ συλλήπτορα τῆς ἐλευθερίας.

Ἐδίδαξε τοίνυν ὁ σύμπας λόγος, ὅτι ἀδύνατον σωθῆναι φιλάργυρον, ἐὰν μὴ τὴν παρ' ἑαυτοῦ σπουδὴν εἰσφέρων, ὡς εἴρηται, σχοίη καὶ τὸν θεὸν βοηθὸν τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ τοιούτου χαλεπωτάτου πάθους. φασὶ δέ τινες, ὅτι ἐὰν πάντα δυνατὰ τῷ θεῷ, δυνατὸν ἄρα τῷ θεῷ καὶ τὸ κακόν. πρὸς οὓς λέγομεν, ὅτι τὸ κακὸν οὐκ ἔστι δυνάμεως, ἀλλ' ἀδυναμίας. διὸ καὶ ὁ δαυὶδ τὰς ἁμαρτίας, ἀσθενείας ὠνόμασεν, εἰπών, ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι[g] αὐτῶν. καὶ ὁ παῦλος δέ φησιν, ὄντων ἡμῶν[h] ἀσθενῶν, ἤγουν, ἁμαρτωλῶν. καὶ ἑτέρως δέ, κατὰ τὸν θεολόγον γρηγόριον, ἀρχὴ τὸ κακοῦ, τὸ ἀμελῆσαι τοῦ ἀγαθοῦ. πῶς δ' ἂν ἀμελήσῃ τοῦ ἀγαθοῦ ἡ αὐτοαγαθότης;

g) Ps. 15, 4.
h) Rom. 5, 6.

Vers. 27. Τότε — ἡμῖν;

Ποῖα πάντα, ὦ μακάριε πέτρε; τὸν κάλαμον, τὸ δίκτυον, τὸ πλοῖον, τὴν ἁλιευτικήν; ναί φησιν, ἃ εἶχον, καὶ ὅσα εἶχον. ἡ προαίρεσίς μου γὰρ ἐντελής. εἰπόντος οὖν τοῦ σωτῆρος πρὸς τὸν

si vis perfectus esse, abi, vende quae habes, et da pauperibus, habebisque thesaurum in coelo: timuit Petrus sibi ac condiscipulis: quasi ipsi minus feciſſent, quia non vendiderant quae habebant, nec dederant pauperibus: ideo etiam ait, Ecce nos non vendidimus, nec pauperibus dedimus, sed simpliciter omnia quae habebamus reliquimus, et sequuti sumus te: quid ergo erit nobis retributionis?

Vers. 28. *Iesus autem — Israel.*

Regenerationem dicit nunc a mortuis resurrectionem, quasi iteratam vivificationem. Quid ergo? sedebunt tunc Apostoli et iudicabunt? Nequaquam: solus enim Christus sedebit, et solus ipse iudicabit. Sed per duodecim sedes innuit fruitionem sive requiem ac praecellentiam duodecim discipulorum, et regni sui communicationem. Iudicantes autem dicit, hoc est condemnantes. Ait ergo: Fruemini tunc sive requiescetis, et praecelletis ac conregnabitis mihi, condemnantes Israelitas: non quod ipsi iudicaturi sint, sed sicut vicesimo tertio capite dicebat Niniuitas ac reginam Austri condemnaturos generationem illam: ita et hos nunc condemnaturos ait duodecim tribus Israel. Ideo enim non dicit gentes aut orbem, sed solos Israelitas suos contribules, suos cognatos. Condemnabunt enim eos non quasi iudicantes, sed quia is qui iudicabit, a fide horum sit condemnaturus illos. Siquidem quum eisdem moribus ac legibus et hi et illi sint enutriti: hi tamen crediderunt, illi vero credere noluerunt.

Quid

νεανίσκον, εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θυσαυρὸν ἐν οὐρανῷ· ἐθελήσασεν ὁ πέτρος περί τε ἑαυτοῦ καὶ περὶ τῶν μαθητῶν, ὡς ἠλαττωμένων, διὰ τὸ μὴ πωλῆσαι τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δοῦναι πτωχοῖς. διὸ καί φησιν· ἰδοὺ ἡμεῖς οὐκ ἐπωλήσαμεν, ἵτε μὴν ἐδώκαμεν πτωχοῖς, ἀλλ' ἀφήκαμεν ἁπλῶς πάντα, ὅσα εἴχομεν, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι, τί ἄρα ἔσαι ἡμῖν εἰς ἀμοιβήν;

Verſ. 28. Ὁ δὲ ἰησοῦς — ἰσραήλ.

Παλιγγενεσίαν λέγει νῦν, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ὡς παλινζωΐαν. τί οὖν; καθεδοῦνται καὶ οἱ ἀπόστολοι τότε, καὶ κρινοῦσιν; ἐδαμῶς. μόνος γὰρ ὁ χριστὸς καθίσει, καὶ μόνος αὐτὸς κρινεῖ. ἀλλὰ διὰ μὲν τῶν δώδεκα θρόνων παρεδήλωσε, τὴν τότε ἀνάπαυσιν, καὶ προτίμησιν τῶν δώδεκα μαθητῶν, καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς βασιλείας αὐτοῦ. κρίνοντες δέ, φησιν, ἀντὶ τοῦ, κατακρίνοντες. ἔπεν οὖν, ὅτι ἀναπαυθήσεσθε τότε, καὶ προτιμηθήσεσθε, καὶ συμβασιλεύσετέ μοι, κατακρίνοντες τοὺς ἰσραηλίτας, οὐχ ὡς αὐτοὶ δικάζοντες, ἀλλ', ὥσπερ ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοὺς νινευίτας ἔφησε κρῖναι τὴν βασίλισσαν τοῦ νότου κατακρίνειν τὴν γενεὰν ἐκείνην, οὕτω καὶ νῦν τούτους τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ ἰσραήλ. διὰ τοῦτο γὰρ οὐκ εἶπε τὰ ἔθνη, οὐδὲ τὴν οἰκουμένην, ἀλλὰ μόνους τοὺς ἰσραηλίτας, τοὺς ὁμοφύλους, τοὺς συγγενεῖς. κατακρινοῦσι γὰρ αὐτοὺς, οὐχ ὡς δικάζοντες, ὡς εἰρήκαμεν, ἀλλ' ὡς τοῦ δικάζοντος ἀπὸ τῆς τούτων πίστεως καταδικάζοντος αὐτούς, ὅτι τοῖς αὐτοῖς ἐνετράφησαν οὗτοί τε κἀκεῖνοι νόμοις καὶ ἤθεσι, καὶ ὅμως οὗτοι μὲν ἐπίστευσαν· ἐκεῖνοι δὲ ἠπίστησαν.

Quid ergo, Iudasne etiam ſedem habebit et condemnabit? Nequaquam: communis enim facta eſt promiſſio ad duodecim diſcipulos, ne per hanc Iudas in vllo caeteris deterior haberetur: ipſe vero animae prauitate ſeipſum hac priuauit. Eſt enim Dei lex a Ieremia promulgata ad Iudaeos, quae dicit, ſi conuerſa fuerit gens illa ab iniquitatibus ſuis, poenitebit et me malorum quae cogitaueram facere illis. Deinde ait, Et ſi fecerit malum coram me, vt non audiat vocem meam, poenitebit et me de bonis quae decreueram facere illis. Quid ergo ait iſta lex? Si comminatus fuero vt faciam tibi malum, et tu corrigaris, ſolues meam ſententiam: et ſi promiſero tibi bona, et ignauiter egeris, ſolues meam promiſſionem: tua enim cauſa factus es ea indignus. Poenitentiam ergo in Deo intelligimus propoſiti mutationem, cuius nos omnino cauſa ſumus. Scire autem oportet, quod diſcipulis connumerat eos, qui poſtmodum in chorum duodecim diſcipulorum ſubingreſſuri ſunt, vtpote eandem fidem idemque miniſterium ſuſcepturi.

Verſ. 29. *Et — haereditate accipiet.*

Vobis quidem duodecim contingent quae dixi, caeteris vero credentibus erunt haec et iſta. Matthaeus itaque dixit, Propter nomen meum, id eſt propter me. Marcus autem addidit, Et propter euangelium, hoc eſt propter praedicationem. Lucas vero ait, Propter regnum Dei, vt ſcilicet illud conſequatur. Quemadmodum autem quando dicebat, Qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inueniet eam: non hoc dicebat, vt nosipſos interimamus, ſed vt ipſi etiam animae noſtrae, fidem quae in ipſum eſt praeponamus. Ita et nunc dicens,

Τί δὲ, καὶ ὁ ἰάδας θρόνον ἕξει, καὶ κατακρινεῖ; ἀχί. κοινὴ μὲν γὰρ ἡ ἐπαγγελία πρὸς τοὺς δώδεκα μαθητὰς, ἵνα μηδ' ἐν τούτῳ τῶν ἄλλων ὁ ἰάδας ἐλαττωθείη. φαυλότητι δὲ ψυχῆς αὐτὸς ἑαυτὸν ταύτης ἀπεξέρησεν. ἔστι γὰρ νόμος τοῦ θεοῦ παρὰ ἱερεμίᾳ πρὸς ἰσδαίους ἐκφωνηθεὶς, καὶ λέγων· ἐὰν i) ἐπιστρέψῃ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ἀπὸ τῶν i) Ier. 18, 8. 10.
κακιῶν αὐτῶν, μετανοήσω κἀγὼ ἀπὸ τῶν κακῶν, ὧν ἐλογισάμην ποιῆσαι αὐτοῖς. εἶτα, καὶ ἐὰν ποιήσωσι τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν μου, τοῦ μὴ ἀκούειν τῆς φωνῆς μου, μετανοήσω κἀγὼ περὶ τῶν ἀγαθῶν, ὧν ἐλάλησα τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. τί οὖν φησὶν οὗτος ὁ νόμος; ὅτι ἐὰν ἀπειλήσω κακῶσάί σε, καὶ διορθωθῇς, λύσεις μου τὴν ψῆφον· καὶ ἐὰν ὑπόσχωμαί σοι ἀγαθὰ, καὶ ῥαθυμήσῃς, λύσεις μου τὴν ἐπαγγελίαν. σὺ γὰρ αἰτιος, ἀνάξιος ταύτης γενόμενος. μετάνοιαν γὰρ ἐπὶ τοῦ θεοῦ, τὴν ἐναλλαγὴν τοῦ σκοποῦ νοοῦμεν, ἧς αἴτιοι πάντως ἡμεῖς. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τοῖς δώδεκα μαθηταῖς συναριθμεῖ καὶ τοὺς ὕστερον ἀντεισαχθέντας εἰς τὸν χορὸν τῶν δώδεκα μαθητῶν, ὡς τὴν αὐτὴν καὶ πίστιν καὶ διακονίαν ἀναδέξασθαι μέλλοντας.

Verſ. 29. Καὶ — κληρονομήσει.

Ὑμῖν μὲν τοῖς δώδεκα γενήσεται, καθὼς εἴρηκα, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ πᾶσι, τοῖς πιστεύουσιν, ἔσται τάδε καὶ τάδε. ματθαῖος μὲν οὖν εἶπεν, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἀντὶ τοῦ, διὰ ἐμέ. μάρκος δὲ προσέθηκεν, ὅτι καὶ τοῦ k) εὐαγγελίου, τουτέστι, k) Marc. 10, 29.
καὶ διὰ τὸ κήρυγμα. λουκᾶς δὲ φησιν, ὅτι ἕνεκεν l) τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, ἤγουν, διὰ τὴν βα- l) Luc. 18, 29.
σιλείαν τοῦ θεοῦ, ἵνα τύχῃ ταύτης. ὥσπερ δὲ, ὅταν ἔλεγεν, ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτὴν, ἐ τοῦτο ἔλεγεν, ἵνα ἀναιρῶμεν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς

cens, Qui reliquerit vxorem: non hoc dixit, vt nuptias penitus diuidat, sed vt ipsi quoque coniugi praeponamus et ipsum et euangelium, et regnum Dei. Hoc autem et in omni alia cognatione et familiaritate dicendum est.

Marcus praeterea et Lucas manifestius de his recitantes, centuplam retributionem hoc tempore rependi dicunt, in hoc videlicet seculo, vitam autem aeternam venturo siue futuro. Centupla vero, hoc est, varie multiplicata, aut multo plura, sicut dixit Lucas. Sed quomodo varie multiplicatam accipiet quis hanc retributionem in praesenti seculo? Quomodo? Sicut acceperunt Apostoli et martyres caeterique omnes iusti. Vide enim quod omnium fidelium domus sibi habebant apertas: fratres etiam et sorores parauerunt omnes sanctos et sanctas: patres vero omnes ipsos colentes, ipsorumque curam habentes, ac erga ipsos compassionis affectu tactos: nam haec sunt propria patris: matres quoque omnes pari modo se habentes: vxores vero omnes ministrantes, subseruientes ac curantes eos: haec siquidem vxoris sunt opera: filios praeterea, omnes discipulos. Ad haec omnes fidelium agros in sua potestate habebant: quodque omnium est maxime admirabile, omnia haec habebant cum persequutionibus, prout addidit Marcus, hoc est a fidei inimicis persequutionem sustinentes. Potest etiam esse multiplicatio, gratia sanitatum, aut prophetia, aut aliud quippiam simile.

Vers. 30. *Multi — primi.*

Multi qui hic videntur primi, erunt ibi postremi. Hoc autem et simpliciter de omnibus dictum est, vt

[8]) ἂν, addit. B.

ἡμῶν προτιμῶμεν τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν· ἔτω καὶ νῦν λέγων, ὃς ἀφῆκε γυναῖκα, οὐχ ἵνα διασπῶμεν ἁπλῶς τὰς γαμετὰς, τοῦτό φησιν, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτῆς τῆς συζύγε προτιμῶμεν καὶ αὐτὸν, καὶ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ πάσης ἄλλης συγγενείας καὶ οἰκειότητος.

Μάρκος δὲ καὶ Λουκᾶς φανερώτερον περὶ τέτων ἐκθέμενοι, τὴν ἑκατονταπλασίονα [m]) ἀμοιβὴν τῶ καιρῶ τέτω ἀποκεκληρῶθαί φασιν, ἤγεν, τῶ νῦν αἰῶνι· τὴν δὲ αἰώνιον ζωὴν, τῶ ἐρχομένῳ, ἤτοι, τῶ μέλλοντι. ἑκατονταπλασίονα δὲ, ἀντὶ τοῦ, πολλαπλασίονα. οὕτω γὰρ [8]) εἶπεν ὁ Λεκᾶς. ἀλλὰ πῶς ἂν τις λάβοι τὴν πολλαπλασίονα ταύτην ἀμοιβὴν ἐν τῶ νῦν αἰῶνι. πῶς; ὡς ἔλαβον οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μάρτυρες καὶ οἱ δικαιοι ἅπαντες. ὁρᾶ γὰρ, ὅτι πάσας τὰς πάντων τῶν πιστῶν οἰκίας ἔσχεν ἀναπεπταμένας αὐτοῖς, καὶ ἀδελφὰς μὲν καὶ ἀδελφὰς ἐκτήσαντο πάντας τοὺς ἁγίους καὶ πάσας τὰς ἁγίας, πατέρας δὲ πάντας τοὺς συέργοντας καὶ φροντίζοντας καὶ σπλαγχνιζομένας ἐπ' αὐτοῖς. ταῦτα γὰρ ἴδια πατρός. μητέρας δὲ, πάσας τὰς ὁμοίως ἐχθέσας γυναῖκας δὲ πάσας τὰς διακονούσας καὶ ὑπηρετέσας καὶ ἐπιμελομένας αὐτῶν. ταῦτα γὰρ ἔργα γυναικός. τέκνα δὲ, πάντας τοὺς μαθητάς. ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀγρεύς τῶν πιστῶν εἶχον εἰς ἐξεσίαν. καὶ τὸ παραδοξότατον· πάντα ταῦτα ἔσχον μετὰ διωγμῶν, ὡς ὁ μάρκος [n]) προσέθηκεν· ὅ ἐστι, διωκόμενοι παρὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς πίστεως. εἴη δ' ἂν πολλαπλασίων ἀμοιβὴ, καὶ ἡ χάρις τῶν ἰαμάτων, ἢ τὸ προβλέπειν τὸ μέλλον, ἢ τοιούτε τινός.

m) Marc. 10, 30. Luc. 18, 30.

n) Marc. 10, 30.

Verſ. 30. Πολλοὶ — πρῶτοι.

Πολλοὶ πρῶτοι δοκοῦντες ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἔσονται ἔσχατοι κατὰ τὸν μέλλοντα, καὶ τἀναντίον,

vt nunquam hi qui praeponuntur in vita, extollantur: neque qui hic despiciuntur, animum despondeant: et praecipue ad Pharisaeos eisque similes sermo referatur, qui primatus totis vendicabant viribus. Quia vero non omnes eo tempore credebant, sed alii quidem prius, alii vero postea, ponit parabolam quae posteriores consoletur animaeque iniiciat alacritatem, quam totam pariter necesse est primum accipere, ita exposcente eius enarratione, et demum ea quae videbuntur similiter de ea dicere: quanquam enim longiuscula sit, apta tamen est vt facile capi possit.

Cap. XLII. De mercede conductis operariis.

Cap. XX. v. 1. *Simile* — *v.* 15. *in rebus meis?*

Huius omnis parabolae solum exponenda sunt quae opportuna videntur, veluti monet Chrysostomus: caetera vero non sunt curiose scrutanda, sicut vicesimo quarto capite praediximus. In hac enim regnum coelorum intelligitur ipse Christus, sicut in parabolis frequenter diximus. Vinea autem eius, euangelica ipsius praecepta sunt. Operarii vero huiusmodi vineae, homines operatores talium praeceptorum. Tempus operationis, praesens vita. Diluculum vero, hora tertia, sexta, nona, et vndecima, variae hominum aetates quibus ad fidem veniunt, et probi facti Deo placent. Dilucu-

9) Scribendum videtur, *τοὺς τῶν.*

1) Hoc loco pro *πελέυει*. Explicat haec Chrysost. T. VII. p 638. A. seq. Locum autem Euthymius potissimum respicit ibid. E. *οὐ χρὴ πάντα τὰ ἐν ταῖς παραβολαῖς κ. τ. λ.*

ἔσχατοι δοκοῦντες ἐνταῦθα, ἔσονται πρῶτοι ἐκεῖ. τοῦτο δὲ εἰρηται μὲν καὶ περὶ πάντων ἁπλῶς, ἵνα μήτε οἱ κατὰ τὸν παρόντα βίον πρετιμώμενοι ἐπαίρωνται, μήτε οἱ ἐνταῦθα καταφρονέμενοι ἀθυμῶσι· μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς Φαρισαίους, καὶ τοὺς τοιούτους, ὁ λόγος ἀποτέταται,[9]) τῶν πρωτείων ἰσχυρῶς ἀντιποιεμένους. ἐπεὶ δὲ οὐ πάντες κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον πιστεύουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν πρῶτον, οἱ δὲ ὕστερον, τίθησι παραβολὴν παραμυθεμένην τὲς ὑστεροῦντας, καὶ προθυμίαν αὐτοῖς ἐμβάλλεσαν, ἣν ὁμοῦ πᾶσαν ἀναγκαῖον ἐκθέσθαι πρῶτον, ὅτως ἀπειτούσης τῆς ἐξηγήσεως αὐτῆς· εἶτα λοιπὸν ὁμοῦ καὶ τὰ δοκοῦντα περὶ ταύτης εἰπεῖν. εἰ γὰρ καὶ μακρά τίς ἐξιν, ἀλλ' εὔληπτος πέφυκεν.

ΚΕΦ. ΜΒ. Περὶ τῶν μισθουμένων ἐργατῶν.

Cap. XX. v. 1. Ὁμοία — v. 15. ἐν τοῖς ἐμοῖς;

Τῆς ὅλης ταύτης παραβολῆς τὰ καίρια μόνον ἑρμηνευτέον, ὡς ὁ χρυσόστομος[1]) ἐπιτρέπει, τἄλλα δ' οὐ περιεργαστέον, ὡς καὶ ἐν τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ προδιελάβομεν. νοεῖται γὰρ ἐν ταύτῃ βασιλεία μὲν τῶν οὐρανῶν, αὐτὸς ὁ χριστὸς, καθὼς πολλαχοῦ τῶν παραβολῶν εἰρήκαμεν· ἀμπελὼν δὲ αὐτοῦ, αἱ εὐαγγελικαὶ ἐντολαὶ αὐτοῦ· ἐργάται δὲ τοῦ τοιούτου ἀμπελῶνος, οἱ ἐργάται τῶν τοιούτων ἐντολῶν ἄνθρωποι· καιρὸς δὲ τῆς ἐργασίας, ὁ παρὼν βίος· πρωῒ δὲ καὶ τρίτη ὥρα καὶ ἕκτη καὶ ἐνάτη καὶ ἑνδεκάτη, αἱ διάφοροι τῶν ἀνθρώπων ἡλικίαι, καθ' ἃς τῇ πίστει

προσ-

Diluculum ſiquidem ſiue prima hora, aetas eſt eorum, qui ab infantia vocati ſunt ad dicta praecepta. Tertia autem hora, aetas epheborum. Sexta vero, virorum. Nona, ſenum: et vndecima, decrepitorum, quibus breue eſt reliquum vitae tempus.

Exiit ergo Chriſtus in mundum, tum per ſeipſum, tum per Apoſtolos, eosque praeceptores qui illos ſequuti ſunt, vt mercede conduceret operarios in vineam ſuam, quae botros fructificat virtutum, laetificantes patremfamilias, qui dominus eſt vniuerſi. Merito autem dixit, Vt mercede conduceret: merces enim repoſita eſt praeceptorum operariis, puta cuiusque ſalus: hanc enim intelligimus eſſe denarium. Effingit autem parabola primos murmurantes, impoſitumque illis ſilentium: non quod in regno coelorum futura ſit inuidia. Nam ſi hic adhuc viuentes iuſti ſuas animas pro hominibus ponunt, multo magis ibi, videntes eos ſaluos eſſe gaudent. Sed tale figuratum eſt murmur, impoſitumque ſilentium, ad ſolam demonſtrationem diuinae benignitatis erga eos, qui poſtremi veniunt, vt confidant quod nihil illis oberit poſtremos veniſſe, ſi deinceps operati fuerint.

Et nos ſiquidem vbi aliquem multo dignati fuerimus honore, et poſtmodum voluerimus huiusmodi magnitudinem demonſtrare, ſolemus dicere quod quidam ob tantum honorem murmurabant. Hoc autem dicimus non illum reprehendentes, ſed hunc ad gratiarum actionem excitantes.

Quare autem non omnes ſimul vocauit ad vineam? Quia non ſimul omnes inuenit: impoſſibile enim erat eodem tempore, vt praediximus, eadem-

προσέρχονται, καὶ εὐδοκιμοῦσι. πρωῒ μὲν γὰρ, ἤτοι, πρώτη ὥρα, ἡ ἡλικία τῶν νηπίσθεν κληθέντων εἰς τὰς ἐπιθείσας ἐντολάς· τρίτη δὲ ὥρα, ἡ ἡλικία τῶν ἐφήβων· ἕκτη δὲ, ἡ τῶν ἀνδρῶν· ἐνάτη δὲ, ἡ τῶν γερόντων· ἑνδεκάτη δὲ, ἡ τῶν βαθυγερόντων, εἴτουν, τῶν ἐχόντων βραχὺ λείψανον χρόνου ζωῆς ὑπολελειμμένου.

Ἐξῆλθεν οὖν ὁ χριστὸς εἰς τὴν οἰκουμένην, τοῦτο μὲν, δι' ἑαυτοῦ, τοῦτο δὲ, διὰ τῶν ἀποστόλων, καὶ διὰ τῶν μετ' αὐτοὺς διδασκάλων, μισθώσαθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, τὸν καρποφοροῦντα βότρυας ἀρετῶν, εὐφραίνοντας τὸν οἰκοδεσπότην, τὸν τῆς οἰκουμένης δεσπότην. εἰκότως δὲ εἶπε, μισθώσαθαι. μισθὸς γὰρ ἀπόκειται τοῖς ἐργάταις τῶν ἐντολῶν, ἡ ἑκάστῳ σωτηρία. ταύτην γὰρ νοοῦμεν, δηνάριον. πάλιν δὲ τοὺς πρώτους ἡ παραβολὴ γογγύζοντας, καὶ ἐπιζομιζομένους, οὐχ ὅτι ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ἐρανῶν ἔσαι φθόνος· εἰ γὰρ ἐνταῦθα ὀίτες οἱ δίκαιοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων τιθέασι, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖ τούτες βλέποντες σωζομένους χαίρουσιν· ἀλλ' ὁ τοιῶτος ἐσχημάτισε γογγυσμὸς, καὶ ἡ ἐπιζήμισις, εἰς ἔμφασιν μόνον τῆς τοῦ θεῦ περὶ τοὺς ἔσχατον προσερχομένες φιλανθρωπίας, ἵνα θαῤῥῶσιν, ὡς οὐδὲν ἐμποδιζόσης τῆς ὑσερήσεως, ἐὰν εἰς τὸ ἔξῆς ἐργάζωνται.

Καὶ ἡμεῖς γὰρ, ὅταν τινες πολλῆς ἀξιάσωμεν τιμῆς, εἶτα βελτιῶμεν ἐμφῆναι τὴν ταύτης ὑπερβολὴν, εἰώθαμεν λέγειν, ὅτι ὁ δεῖνα ἐγόγγυσε διὰ τὴν τοσαύτην τιμήν. τοῦτο δὲ λέγομεν, οὐκ ἐκεῖνον διαβάλλοντες, ἀλλὰ τοῦτον διεγείροντες εἰς εὐχαριςίαν.

Διατί δὲ οὐχ ὁμοῦ πάντας ἐκάλεσεν εἰς τὸν ἀμπελῶνα; διότι οὐχ ὁμοῦ πάντας εὗρεν. ἀδύνατον γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὡς προειρήκαμεν, καὶ

demque aetate omnes accedere. Tunc autem vnumquemque inuenit, quum ille obediens efficitur. Ait enim Paulus: Vbi vero beneplacuit ei, vt me separaret ab vtero matris meae. Tunc autem beneplacuit, quando hic obediuit. Docet itaque parabola, ne eos qui extrema senectute accedunt reprobemus: sed sciamus quod possibile sit breui etiam studio ac diligentia saluari. Hic siquidem scopus eius est. Oportet autem nos solo ipsius scopo adepto, caetera non magnipendere: reliqua enim omnia propter finale intentum composita sunt, vt facilius excipiatur: neque periculo vacat, etiam illa scrutati, veluti tradit Chrysostomus capite de parabolis.

† Intelligi potest pondus et aestus diei, grauitas tentationum, et ignis indomitarum voluptatum, ac ferocium affectionum quae portauerunt siue sustinuerunt, ne ab eis uincerentur.

Vers. 15. *Si — sum.*

Quod, pro sed, hic sumitur. Ait enim, si oculus tuus inuidus est, atqui ego bonus sum, seruans et te et illum. Tu vero ne ex hoc turberis quasi aequalia dentur brauia his qui a prima aetate vsque ad finem euangelica seruauerunt praecepta, et his qui in postrema aetate acquieuerunt. Solum enim docuit parabola quod aequaliter salui fiunt, non

[2]) Multoties de his praecipit Chrysostomus. Sed Euthymius, vt videtur, in mente habuit. T. VII. p. 487. E.

[3]) Inclusa Codex vterque habet in margine.

[4]) Hanc interpretationem peperit lectio *εἰ*, loco *ἤ*. Eam inuexit Chrysost. T. VII. p. 637. D. 638. C. qui tamen istud *εἰ — ὅτι* prudenter, vt solet, non attin-

καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν πάντας προσελθεῖν. τότε δὲ εὑρίσκει ἕκαστον, ὅταν οὗτος ὑπακοῦσαι μέλλῃ· φησὶ γὰρ ὁ παῦλος, ὅτε δὲ εὐδόκησεν [o]) ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου· τότε δὲ εὐδόκησεν, ὅτε οὗτος ἔμελλεν ὑπακούειν. ἡ μὲν οὖν παραβολὴ διδάσκει, τοὺς ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ προσερχομένους μὴ ἀπογινώσκειν, ἀλλὰ γινώσκειν, ὅτι δυνατὸν καὶ ἐν βραχείᾳ σπουδῇ σωθῆναι. τοῦτο γὰρ ὁ ταύτης σκοπός. χρὴ δὲ ἡμᾶς τὸν σκοπὸν μόνον αὐτῆς θρεψαμένους, τἆλλα μὴ πολυπραγμονεῖν. τἆλλα γὰρ πάντα διὰ τὸν σκοπὸν συνετέθησαν, ἵνα πιθανὸς γένηται, καὶ οὐκ ἀκίνδυνον τὸ καὶ περὶ τούτων ζητεῖν, ὡς ὁ χρυσόστομος ἐν τῷ [2]) περὶ παραβολῶν κεφαλαίῳ παραδέδωκεν.

o) Gal. 1, 15.

[Νοοῖτο [3]) δ' ἂν βάρος καὶ καύσων τῆς ἡμέρας, τὸ βάρος τῶν πειρασμῶν καὶ τὸ πῦρ τῶν ἀτιθάσσων ἡδονῶν καὶ ἀγρίων παθῶν, ἅπερ ἐβάστασαν, εἶτεν, ὑπέμειναν, μὴ ἐνδόντες αὐτοῖς.]

Verſ. 15. Ἐι — εἰμι;

Τὸ ὅτι, ἀντὶ τοῦ, [4]) ἀλλά. λέγει γὰρ, ὅτι ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σε βάσκανός ἐστιν, ἀλλ' οὖν ἐγὼ ἀγαθός εἰμι, σώζων μὲν καὶ σὲ, σώζων δὲ καὶ τοῦτον. σὺ δὲ μὴ θορυβηθῇς ἐντεῦθεν, ὡς ὄντων βραβείων παρεχομένων καὶ τοῖς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἄχρι τέλους ἐργασαμένοις τὰς εὐαγγελικὰς ἐντολὰς, καὶ τοῖς ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ εὐαρεστήσασιν. ἡ παρα-

attingit. Ἐι et ἢ eſt mera confuſio vocalium. Ex interprete Latino nihil colligi poteſt. Nam is recte poterat reddere ἢ per *an*. Ceterum, etiamſi probetur εἰ, tamen nulla eſt neceſſitas, ὅτι explicandi per ἀλλά. modo poſt ἐμοῖς deleatur interrogandi nota.

non quod etiam aequaliter glorificantur: salus siquidem est non perire: gloria vero, consequi bravia quae varia sunt iuxta proportionem data his qui seruantur.

Vers. 16. *Sic — nouissimi.*

Non hoc ex parabola conclusit: nam impertinens est. Ibi enim primis aequales sunt postremi, hic autem postremi dicuntur primi. Sed alius est hic sermo, docens quod sicut illud accidit, vt qui a prima aetate operati sunt, aequalem accipiant mercedem his qui in postrema acquieuerunt: ita sane et hoc contingit, vt nouissimi appareant primi, et primi nouissimi. Possunt autem hi esse Christiani et Iudaei: aut fidelium quidam in principiis negligentes, postmodum vero serio operam dantes: quidam autem in principiis diligentes, postmodum vero negligentes: neque enim in fide solum, sed in vita quoque fiunt huiusmodi transitus.

Vers. 16. *Multi — electi.*

Multi quidem ad fidem vocati sunt, pauci vero acquiescunt.

Vers. 17. *Et — v. 19. crucifigatur.*

Ascendens iam ad passionem rursum praedicit discipulis quae futurum est vt ipsi contingant, vt crebro illis praedicendo, auferat vehementem eorum tristitiam. Seorsim autem de his differit illis. Siquidem non multos haec scire oportebat ne

5) Ἤτοι. Ita saepe variant Codd. MSS. in hoc vocabulo.

6) Ac si, μεταβάλλεις legerit, Hentenius.

7) τότε. A. Mox idem omittit τὲς, ante πολλὰς.

παραβολὴ γὰρ μόνον ἐδίδαξεν, ὅτι ἐπίσης σώζονται, ἀ μὴν ὅτι καὶ ἐπίσης δοξάζονται. σωτηρία μὲν γάρ, τὸ μὴ ἀπολέσθαι· δόξα δὲ, τὸ τυχεῖν βραβείων, ἃ διάφορά εἰσι κατὰ ἀναλογίαν διδόμενα τοῖς σωζομένοις.

Verſ. 16. Οὕτως — ἔσχατοι.

Οὐκ ἐκ τῆς παραβολῆς τοῦτο συνεπέρανεν ἀνοίκειον γάρ· διότι ἐκεῖ μὲν ἴσοι[5]) τοῖς πρώτοις οἱ ἔσχατοι· ἐνταῦθα δὲ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι· ἀλλ' ἕτερος οὗτος ὁ λόγος, διδάσκων, ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνο γίνεται, τὸ τοῖς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐργασαμένοις ἴσον μισθὸν λαβεῖν τοὺς ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ εὐαρεστήσαντες· ἕτως ἄρα καὶ τοῦτο γίνεται, τὸ τοὺς ἐσχάτους πρώτους φανῆναι, καὶ τοὺς πρώτους ἐσχάτους. εἶεν δ' ἂν οἵ τε χριστιανοὶ, καὶ οἱ ἰουδαῖοι, καὶ τῶν πιστῶν οἱ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀμελήσαντες, ὕστερον δὲ σπουδάσαντες, καὶ οἱ ἐν ἀρχῇ μὲν σπουδάσαντες, ὕστερον δὲ ἀμελήσαντες. ἐ γὰρ ἐπὶ πίστεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ βίου αἱ τοιαῦται[6]) μεταβολαί.

Verſ. 16. Πολλοὶ — ἐκλεκτοί.

Πολλοὶ μὲν, οἱ καλέμενοι εἰς τὴν πίστιν· ὀλίγοι δὲ, οἱ εὐαρεστοῦντες.

Verſ. 17. Καὶ — v. 19. σταυρῶσαι.

Ἀνερχόμενος ἐπὶ τὸ πάθος ἤδη, πάλιν προλέγει τοῖς μαθηταῖς τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν, ἐν τῷ πυκνῶς ταῦτα προλέγειν τὸ πολὺ τῆς λύπης αὐτῶν ὑποτεμνόμενος. κατιδίαν δὲ αὐτοῖς περὶ τούτων[7]) διαλέγεται, διότι οὐκ ἐδει ταῦτα μαθεῖν τοὺς πολλοὺς, ἵνες μὴ σκανδαλισθῶσιν. εἰ

ne offenderentur. Nam si haec audientes discipuli turbabantur, multo magis turbae.

Cur ergo non dictum est de his et ad turbas? Dictum est quidem, sed non manifeste: Sic erit inquit filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus noctibus: et alibi similia illis obscure dicebat, sicut in sequentibus inueniemus. Verum quum haec non intelligerent, quare omnino ea dicebat illis? Vt quum postmodum ea cognoscerent, scirent quod quae passurus erat praecognouerat, et voluntarie ad passionem venerat.

Sed neque discipulis principio particulariter de his loquutus est, sed primum quidem obscure, deinde manifestius. Nunc vero quum tandem passionis opinione exercitati sunt, etiam alia particularius addit: quod tradent eum Gentibus siue militibus Romanis: praesidem agente Ierosolymis Pilato, quodque hi illudent eum et flagellabant ac crucifigent.

Vers. 19. *Et — resurget.*

Vbi tristia dixisset, addit etiam quod consolationem adferat: vt quum illa viderint, etiam hoc expectent. Lucas vero Christum quoque eis dixisse ait: Et consummabuntur omnia quae dicta sunt per prophetas de filio hominis, et quod ipsi nihil horum intellexerunt. Prophetae siquidem particulariter de omnibus quae passurus erat praedixerunt, et nisi in longum protrahendus esset sermo, omnes de his afferrem in medium prophetias: discipuli vero tunc nihil horum intellexerunt, quae videlicet per prophetas scripta erant, sed erat sicut idem scripsit Lucas, verbum hoc abscon-

8) ὡς αὐτός. B.

γὰρ οἱ μαθηταὶ ταῦτα ἀκέοντες ἐθορυβέντο, πολλῷ μᾶλλον οἱ ὄχλοι.

Τί οὖν, οὐκ ἐλέχθη περὶ τέτων καὶ πρὸς τοὺς πολλούς; ἐλέχθη μὲν, ἀλλ' οὐχ ἕτω σαφῶς. ἕτω γάρ, φησιν, ἔσαι [p]) καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τοιαῦτα πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ἀσαφῶς, ὡς προϊόντες εὑρήσομεν. καὶ ἐπεὶ οὐ συνίεσαν αὐτὰ, διατί ὅλως ταῦτα πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν; ἵνα μετὰ ταῦτα μαθόντες αὐτὰ γνῶσιν, ὅτι προγινώσκων, ἃ παθεῖν ἐμελλεν, ἑκὼν ἦλθεν εἰς τὸ παθεῖν.

p) Matt. 12, 40.

Ἀλλὰ καὶ τοῖς μαθηταῖς οὐκ ἐξ ἀρχῆς λεπτομερῶς εἶπε περὶ τούτων, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἀμυδρότερον, εἶτα φανερώτερον. νῦν δὲ, ὅτε λοιπὸν ἐνεγυμνάθησαν τῇ προσδοκίᾳ τὸ πάθους, λεπτομερέστερον καὶ τὰ ἄλλα προστίθησιν, ὅτι καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν, ἤγουν, τοῖς ἐκ ῥώμης στρατιώτως τοῦ ἡγεμονέυοντος ἐν ἱεροσολύμοις πιλάτε, καὶ ὅτι ἐμπαίξουσιν οὗτοι αὐτῷ, καὶ μαστιγώσουσιν καὶ σαυρώσουσιν.

Vers. 19. Καὶ — ἀναστήσεται.

Εἰπὼν τὰ λυποῦντα, λέγει καὶ τὸ παραμυθούμενον, ἵνα ὅταν ἴδωσιν ἐκεῖνα, προσδοκήσωσι καὶ τοῦτο. λουκᾶς δὲ φησιν, εἰπεῖν πρὸς αὐτοὺς τὸν χριςὸν, ὅτι καὶ [q]) τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ, ὅτι [r]) αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν. οἱ μὲν γὰρ προφῆται λεπτομερῶς περὶ πάντων αὐτοῦ τῶν παθημάτων προεῖπον, καὶ εἰ μὴ πολὺν ἔμελλεν ἀποτείνειν λόγον, πάσας ἂν παρεθέμην τὰς περὶ τούτων προφητείας. οἱ δὲ μαθηταὶ ἤδεν τούτων, τῶν γεγραμμένων δηλονότι διὰ τῶν προφητῶν, συνῆκαν τότε. ἀλλὰ καὶ ἦν, ὡς [s]) ὁ

q) Luc. 18, 31.

r) Luc. 18, 34.

abſconditum ab eis, ſiue ignoratum: hoc inquam, Tertio die reſurget: nec intelligebant quae dicebantur de illo, ſicuti etiam diximus in fine triceſimiquinti capitis.

Addit quoque et aliam huius ignorantiae cauſam Chryſoſtomus: quia de alio quidem qui ab alio excitatus eſſet, et audierant et viderant: de mortuo vero qui ſeipſum excitaſſet, neque audierant, neque viderant. Praeterea et de eo quod occidendus eſſet Chriſtus, vbi ad humanas reſpiciebant operationes, credebant hoc et contriſtabantur: vbi vero diuinas in mentem aſſumebant, increduli permanebant, nec intelligebant quae dicebantur de hoc, id eſt non ſuſcipiebant tales de hac re ſermones, ſuſpicantes et hos aliquam eſſe parabolam.

Cap. XLIII. De filiis Zebedaei.

Verſ. 20. *Tunc — v. 21. tuo.*

Quum quadrageſimo primo capite dixiſſet ſaluator diſcipulis, Quum ſederit filius hominis in ſede gloriae ſuae, ſedebitis et vos ſuper duodecim ſedes, audiſſentque filii Zebedaei Iocobus et Ioannes, arbitrati ſunt ſedem gloriae dici thronum regni, quo Ieroſolymis regnaturus eſſet. Quumque paulo ante rurſum dixiſſet: Ecce aſcendimus Ieroſolyma, et quae ſequuntur: non ea de afflictionibus intellexerunt, vt ſuperius ſignificauimus, ſed ſperabant inſtare iam regnum eius. Siquidem prophe-

9) Tom. VII. p. 644. E.
') τοιάτας, abeſt. A.

αὐτὸς ἔφη λουκᾶς, τὸ ῥῆμα s) τοῦτο κεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἤγουν, ἀγνοούμενον, λέγω δή, τὸ καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται, καὶ οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα περὶ αὐτοῦ, καθὼς εἰρήκαμεν καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ τριακοστὲ πέμπτου κεφαλαίου. s) Luc. 18, 34.

Προστίθησι δὲ καὶ ἑτέραν αἰτίαν τῆς τοιαύτης ἀγνοίας t) ὁ χρυσόστομος, ὅτι περὶ ἄλλε μὲν ὑφ' ἑτέρε ἀνασάντος καὶ ἤκουσαν, καὶ εἶδον· περὶ νεκροῦ δὲ ἀνασήσαντος ἑαυτὸν ἔτε ἤκουσαν, ἔτε εἶδον. ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ μέλλειν ἀναιρεῖσθαι τὸν χριστὸν, ὅτε μὲν ἀπέβλεπεν εἰς τὰς ἀνθρωποπρεπεῖς αὐτοῦ ἐνεργείας, ἐπίστευον τοῦτο, καὶ ἐλυποῦντο· ὅτε δὲ τὰς θεοπρεπεῖς αὐτοῦ πράξεις ἐλάμβανον εἰς νοῦν, ἠπίστεν, καὶ οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα περὶ αὐτοῦ, τουτέστιν, ἃ παρεδέχοντο τοὺς τοιούτους u) περὶ αὐτοῦ λόγους, παραβολήν τινα καὶ τούτους νομίζοντες. t) Matt. 19, 28.

Κεφ. ΜΓ. Περὶ τῶν υἱῶν ζεβεδαίου.

Vers. 20. Τότε — v. 21. σου.

Ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τοῦ σωτῆρες εἰπόντος πρὸς τοὺς μαθητὰς, ὅτι ὅταν v) καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτε, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνων· ἀκούσαντες οἱ υἱοὶ τοῦ ζεβεδαίου, ἰάκωβος καὶ ἰωάννης, προσεδόκησαν θρόνον δόξης λέγειν, τὸν θρόνον τῆς ἐν ἱεροσολύμοις βασιλείας· καὶ λοιπὸν ἄρτι πάλιν εἰπόντος, ὅτι ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ τὰ ἑξῆς· ὅσα μὲν ἐῤῥήθησαν περὶ τῶν παθημάτων, ἃ παρεδέξαντο, καθὼς ἀνωτέρω δεδηλώκαμεν· ἤλπισαν δὲ πλησιάζειν ἤδη τὴν βασιλείαν αὐτε. καὶ γὰρ καὶ τῶν προ- v) Matt. 19, 28.

phetas quoque audiebant appellantes Chriſtum regem Iſrael. Statim ergo praeeminentiae amore capti ſunt: nam ſe prae caeteris honorari ſciebant: ſed Petrum timebant. Ideo primum quidem, vt ait Marcus, ipſi ſoli ad eum accedunt dicentes: Magiſter volumus vt quicquid petierimus facias nobis. Ille autem dixit eis: Quid me vultis facere vobis? At illi dixerunt ei: Da nobis vt vnus a dextris tuis, et alter a ſiniſtris tuis ſedeamus in gloria tua. Verum non cognoſcentes ideo ſe paſſos eſſe repulſam, quod indigna peterent: ad ſupplicationem aſſumunt et matrem. Interrogat autem Chriſtus primum quidem illos, deinde et matrem illorum tanquam homo: ſimul etiam vt eorum reſponſio fieret quodammodo affectus ſui confeſſio.

Verſ. 22. *Reſpodens — petitis.*

Deinceps illis reſpondet, vt qui matrem ſuam ſubmiſerant, vt pro ipſis poſtularet: et ait: Neſcitis quid petitis. Sedere enim a dextris aut a ſiniſtris in regno meo, magnum eſt, et ſupra dignitatem non hominum tantum, verum etiam ſupernarum virtutum. Siquidem regnum meum non eſt ex hoc mundo, prout vos putatis. Quia vero opinabantur tempus illud non regni ſolum eſſe, ſed etiam requiei: hoc quoque, quod in ſe eſt, corrigit: demonſtrans hoc potius eſſe tempus afflictionis et caedis. Ait enim.

Verſ. 22.

[2]) καταγγελλόντων. A.

[3]) ἐφοβοῦντο. B.

φητῶν ἤκουον, βασιλέα τοῦ ἰσραὴλ τὸν χριστὸν [2]) κατεπαγγελλόντων. αὐτίκα οὖν ἐάλωσαν ἔρωτι προεδρίας. καὶ ὅτι μὲν προτετίμηνται τῶν ἄλλων, ἐγίνωσκον [3]) ὑφωρῶντο δὲ τὸν πέτρον. διὸ καὶ πρῶτα μὲν, ὡς ὁ μάρκος [4]) φησὶν, αὐτοὶ μόνοι προσπορεύονται αὐτῷ, ἤγουν, προσέρχονται, λέγοντες· διδάσκαλε, θέλομεν, ἵνα, ὃ ἐὰν αἰτήσωμεν, ποιήσῃς ἡμῖν. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν; οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· δὸς ἡμῖν, ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου. μὴ τυχόντες δὲ ἀποκρίσεως, διὰ τὸ αἰτεῖν ἀναίδια, παραλαμβάνεσι καὶ τὴν ἑαυτῶν μητέρα πρὸς ἱκετηρίαν. ἐρωτᾷ δὲ ὁ χριστὸς πρῶτον μὲν ἐκείνους, εἶτα τὴν μητέρα αὐτῶν ἀνθρωποπρεπῶς. ἅμα δὲ καὶ, ἵνες ἡ ἀπόκρισις αὐτῶν ἐξομολόγησις τρόπον τινα γένηται τῶν πάθες. v) Marc. 10, 35.

Verſ. 22. Ἀποκριθεὶς — αἰτεῖσθε.

Πρὸς αὐτὲς ἀποκρίνεται λοιπὸν, ὡς αὐτῶν τὴν μητέρα προβαλλομένων εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτῶν αἴτησιν, καί φησιν, οὐκ οἴδατε, τί αἰτεῖσθε. τὸ γὰρ καθίσαι τινα ἐκ δεξιῶν, ἢ ἐξ εὐωνύμων, ἐν τῇ βασιλείᾳ μου, μέγα καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν, ἐ μόνον τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων. ἡ γὰρ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οὐκ ἔστιν ἐκ τῆ κόσμε τέτε, καθὼς ὑμεῖς οἴεσθε. ἐπεὶ δὲ προσεδόκησαν, ἐ μόνον βασιλείας εἶναι τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ἀλλὰ καὶ ἀναπαύσεως, καὶ τοῦτο διερθοῦται τὸ μέρος, ἐμφαίνων θλίψεως μᾶλλον εἶναι τὸν καιρὸν τοῦτον καὶ σφαγῆς. φησὶ γάρ·

Verſ. 22. *Poteſtis — baptizari?*

Poculum dicit mortis: et baptismum qui fit per ſanguinem. Nam et poculum et baptismum vocat caedem: poculum quidem, vtpote laeto animo pro hominibus ſuſceptam: baptismum vero, tanquam purificationem ipſorum. Addens autem, Quod ego bibiturus ſum, et Quo ego baptizor, ſubindicat, quod qui afflictionibus eius non communicat, neque regno ſuo communicabit.[4]

Verſ. 22. *Dicunt ei: Poſſumus.*

Omnia promittunt, petitionem conſequi cupientes. Chryſoſt. autem dicit quod neque poculo et baptismo intellectis, a ſola animi promptitudine gratiam quaerebant. Quid ergo Chriſtus?

Verſ. 23. *Et — baptizabimini.*

Prophetabat eis, quod ipſi quoque occidendi eſſent, ac martyrii morte honorandi. Et de Iacobo quidem nouerunt omnes, quod ab Herode Tetrarcha ſit interempus. De Iohanne vero quaeſtio eſt apud multos. Aiunt enim quod quia infallibile eſt Chriſti vaticinium, et ille nondum martyrii mortem ſuſtinuit, nondum mortuus eſt, ſed adhuc vivit: et cum Enoch et Elia circa ſeculi conſummationem occidendus eſt. Chryſoſtomus autem manifeſte docet, quod mortuus eſt et interemptus. Nam interpretando eius euangelium, ait de illo ſecunda homilia: Euangelio totum comprehendit orbem, corpore vero mediam obtinuit Aſiam, dico ſane Epheſum: anima autem ad illum ſeceſſit locum qui ſanctis congruus eſt. In prima vero

4) Tom. VII. p. 646. C.

Verſ. 22. Δύναθε — βαπτισθῆναι;

Ποτήριον, τὸ τοῦ θανάτου λέγει, καὶ βάπτισμα, τὸ δὶ αἵματος. τὴν σφαγὴν γὰρ ὀνομάζει καὶ ποτήριον, καὶ βάπτισμα. ποτήριον μὲν, ὡς ἡδέως προσδεχθεῖσαν ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων· βάπτισμα δὲ, ὡς καθάρσιον αὐτῶν. εἰπὼν δὲ, ὅτι ὁ ἐγὼ πίνω, καὶ ὁ ἐγὼ βαπτίζομαι, παρεθλωσεν, ὡς ὁ μὴ κοινωνῶν τοῦ πάθους αὐτοῦ, οὐδὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνήσει.

Verſ. 23. Λέγουσιν αὐτῷ, δυνάμεθα.

Πάντα ἐπαγγέλλονται, ποθοῦντες τυχεῖν τῆς αἰτήσεως. ὁ δὲ [4]) χρυσόστομος φησιν, ὅτι οὐδὲ τὸ ποτήριον καὶ τὸ βάπτισμα νοήσαντες, ἀπὸ τῆς προθυμίας μόνης κατέθεντο. τί οὖν ὁ χριστός;

Verſ. 23. Καὶ — βαπτισθήσεθε.

Προεφήτευσεν αὐτοῖς, ὅτι καὶ αὐτοὶ σφαγήσονται, καὶ μαρτυρικοῦ θανάτου καταξιωθήσονται. καὶ περὶ μὲν Ἰακώβου πάντες οἴδασιν, ὅτι ἀνῃρέθη παρὰ Ἡρῴδου τοῦ τετράρχου· περὶ δὲ τοῦ Ἰωάννου, ζήτησίς ἐστι παρὰ πολλοῖς. φασὶ γάρ, ὡς ἐπεὶ ἀψευδὴς ἡ τοῦ χριστοῦ προρρήσις, καὶ ἔπω μαρτυρικὸν οὗτος ὑπέστη θάνατον, ἔπω τέθνηκεν, ἀλλ' ἔτι ζῇ, καὶ μέλλει μετὰ ἐνὸς καὶ ἡλιοῦ σφαγῆναι κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρόν. ὁ δὲ χρυσόστομος διδάσκει φανερῶς, ὅτι ἀπέθανε, καὶ ὅτι ἐσφάγη· τὸ γὰρ κατ' αὐτὸν εὐαγγέλιον ἑρμηνεύων, ἐν μὲν τῷ [5]) δευτέρῳ λόγῳ περὶ αὐτοῦ φησιν, ὅτι τῷ μὲν εὐαγγελίῳ τὴν οἰκουμένην κατέλαβεν ἅπασαν· τῷ δὲ σώματι μέσην κατέσχε τὴν ἀσίαν, φημὶ δὴ, τὴν ἔφεσον· τῇ δὲ ψυχῇ

5) Tom. VIII. p. 7. C. D.

vero dicit, quod etiam Chriſti bibit poculum, et baptismo eius baptizatus eſt: voluntate enim et hic interemptus eſt, plagis martyrii ſuſceptis, et paſſus innumera propter Chriſtum pericula. Nam athleta ac martyr dicitur non ſolum qui violente mortuus eſt propter Chriſtum, verum etiam qui flagellatus eſt, aliaque multa paſſus propter eum. Inuenimus ſiquidem et poſt hunc plerosque certaſſe quidem, verum animam in pace Deo commendaſſe: nec propter hoc dicet quispiam eos a martyrii excidiſſe dignitate. Quod autem mortuus ſit, ipſe idem ait: in euangelio quidem dicens: Non dixit ei Ieſus, Non moritur. In libro autem Apocalypſis ſub perſona ſaluatoris: Et dabo duobus teſtibus meis et prophetabunt tot diebus amicti ſaccis. Hi autem ſunt Enoch et Elias.

Verſ. 23. *Sedere autem — meo.*

In praecedentibus diximus, quod ſedere a dexteris eius aut ſiniſtris, excedit dignitatem non hominum ſolum verum etiam ſupernarum virtutum: nullus itaque ſedebit. Et quomodo hic dicit, Non eſt meum dare, ſed iis contingit quibus paratum eſt a patre meo? Oſtendit enim quosdam feſſuros. Dicimus ergo quod quum praeeminentiam inter diſcipulos peterent, nunc Chriſtus cathedram a dextris et ſiniſtris, dicit primam inter ipſos ſedem, qua

[6]) Tom. VIII. p. 2. C. Apparet ergo, Euthymium pro prima homilia habuiſſe, quod non nulli pro praefatione habent. Conſentiunt Saulius et Montefalconius.

[7]) Forte οὐδὲ, ſicuti Hentenius quoque videtur legiſſe.

Turbae ſimplices et incorruptae. Vt autem dixit Lucas, quidam etiam dixerunt: Magiſter bene dixiſti: hi enim reſurrectionem quidem confitebantur: attamen admirati ſunt et ipſi argumenti modum, et interpretationem illius ſermonis, Ego ſum Deus Abraham, etc.: nec amplius audebant eum quicquam interrogare. Nam etiam hoc dicit Lucas.

Cap. LIV. De legis doctore.

Verſ. 34. *Phariſaei autem — v. 36. lege?*

Silentio illis impoſito rurſum irruunt hi, ac legis doctorem proferunt: non diſcere volentes, ſed doloſe agentes. Quia enim id erat primum praeceptum, Diliges dominum Deum tuum etc. opinati ſunt quod aliquid etiam de ſeipſo additurus eſſet, eo quod ſe quoque Deum diceret, et ita tanquam blasphemus, occaſionem ipſis calumniandi praeberet.

Verſ. 37. *Ieſus autem — v. 39. teipſum.*

Cognita eorum malitia, reſpondit quidem irreprehenſibiliter, quod interrogabatur, ſed addidit et ſecundum praeceptum, per hoc illos obiurgans, vtpote qui ſe non amabant, ſed inuidia ac inſidiis proſe-

καὶ f) νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. ἀλλὰ κἀκεῖ f) Rom. 14, 9.
νεκροὺς νόει, τοὺς ἀναξίναγ μέλλοντας. ὁ δὲ λευκᾶς προσέθηκεν, ὅτι πάντες g) αὐτῷ ζῶσιν, ἤγουν, g) Luc. 20, 38
παρ' αὐτῷ.

Vers. 33. Καὶ ἀκούσαντες — αὐτοῦ.

Οἱ ἀπόνηροι καὶ ἀδέκαστοι ὄχλοι. ὡς δὲ εἶπεν ὁ λευκᾶς, καί τινες h) τῶν γραμματέων εἶπον, διδάσκαλε, καλῶς εἶπας. ἔτοι γὰρ ὡμολόγουν μὲν τὴν ἀνάστασιν, ἀλλ' ὅμως ἐθαύμασαν καὶ αὐτοὶ τὴν ἐπιχείρησιν καὶ ἑρμηνείαν τοῦ, ἐγὼ ἐμὶ ὁ θεός. οὐκέτι δὲ i) ἐτόλμων ἐπερωτᾶν αὐτὸν οὐδέν. καὶ τοῦτο λευκᾶς φησίν. h) Luc. 20, 39. i) Luc. 20, 40.

Κεφ. ΝΔ. Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος νομικοῦ.

Vers. 34. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι — v. 36. νόμῳ;

Ἐπισομιθέντων ἐκείνων, οὗτοι πάλιν ἐπιτίθενται, καὶ προβάλλονται τὸν νομικὸν, ἐ βελόμενοι μαθεῖν, ἀλλὰ κακουργοῦντες. ἐπεὶ γὰρ πρώτη ἐντολὴ αὕτη ἦν, ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου, καὶ τὰ ἑξῆς, προσεδόκησαν, ὅτι προσθήσει τι καὶ περὶ ἑαυτοῦ, διὰ τὸ λέγειν καὶ ἑαυτὸν θεὸν, καὶ παρέξει τούτοις ἀφορμὴν, ὡς βλάσφημος.

Vers. 37. Ὁ δὲ ἰησοῦς — v. 39. σεαυτόν.

Γνοὺς τὴν πονηρίαν αὐτῶν, ἀπεκρίθη μὲν ἀνεπιλήπτως, ὃ ἠρωτήθη. προσέθηκε δὲ καὶ τὴν δευτέραν ἐντολὴν, καθαπτόμενος αὐτῶν διὰ ταύτης, ὡς οὐκ ἀγαπώντων αὐτὸν, ἀλλὰ φθονέντων καὶ

profequebantur: eoque fine etiam nunc rogabant: nam fi diligerent non tentarent. Simile autem primo dixit fecundum, quo ad magnitudinem: magnum eft enim et hoc. Nam fibi mutuo haerent, ac fe inuicem ferunt haec duo praecepta. Siquidem qui Deum diligit, etiam proximum diligit, feruans illius praeceptum: qui autem proximum non diligit, nec Deum diligit, transgrediens eius praeceptum.

† Secundum, non ordine legislationis, fed virtute. In alia enim parte ponitur hoc praeceptum.

Verf. 40. *In — pendent.*

Dictum eft de hoc manifefte quinto capite. Quaere ergo ibi dictum illud, Ita enim eft lex et prophetae. Sed apud Matthaeum tentator dicitur hic legis doctor: apud Marcum vero potius laude dignus habetur. Quare? Quia primum certe tentauit, vt dictum eft, a Pharifaeis directus: animaduerfa autem refponfione fufcepit eam, et conuerfus, rem ita fe habere confeffus eft: et deinde Iefus intuitus eum, quod adhibita mentis ratione refponderet, ait illi, Non longe es a regno Dei, hoc eft approximas fidei, qui veritatem confeffus es: hoc autem dixit adhortans illum ad perfectam fidem. Et haec apud Marcum inuenies.

Cap.

*) Haec vterque Codex in margine habet.

ἐπιβλευόντων καὶ διὰ τοῦτο καὶ νῦν ἐρωτώντων. εἰ γὰρ ἠγάπων, οὐκ ἂν ἐπείραζον. ὁμοίαν δὲ τῇ πρώτῃ τὴν δευτέραν εἶπε, κατὰ τὴν μεγαλειότητα. μεγάλη γὰρ καὶ αὕτη, καὶ ἀλληλουχοῦνται καὶ φερέλληλοί εἰσιν αἱ δύο. καὶ γὰρ ὁ μὲν ἀγαπῶν τὸν θεὸν, ἀγαπᾷ καὶ τὸν πλησίον, φυλάττων τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ· ὁ δὲ μὴ ἀγαπῶν τὸν πλησίον, οὐδὲ τὸν θεὸν ἀγαπᾷ, παραβαίνων τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ.

[Δευτέρα[1]) δὲ, ἡ τῇ τάξει τῆς νομοθεσίας, ἀλλὰ τῇ δυνάμει. ἐν ἑτέρῳ γὰρ μέρει κεῖται αὕτη ἡ ἐντολή.]

Verſ. 40. Ἐν — κρέμανται.

Εἰρηται περὶ τούτου σαφῶς ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ, καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὸ, [2]) ὅτως[k]) γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. ἀλλὰ παρὰ μὲν τῷ ματθαίῳ πειρασής ἐστιν ὁ νομικὸς οὗτος, παρὰ δὲ τῷ μάρκῳ, μᾶλλον ἐπαίνε τετύχηκε. διατί; διότι πρῶτον μὲν ἐπείραζεν, ὡς εἴρηται, παρὰ τῶν Φαρισαίων ἀποσταλείς· ἐνωτισθεὶς δὲ τὴν ἀπόκρισιν, ἀπεδέξατο ταύτην, καὶ μεταβληθεὶς συνομολόγησεν, ὅτως ἔχειν, καὶ λοιπὸν ὁ ἰησοῦς[l]) ἰδὼν αὐτὸν, ὅτι νενεχῶς ἀπεκρίθη, εἶπεν αὐτῷ· οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, τουτέστιν,[3]) ἐγγίζεις τῇ πίστει, τὸν φθόνον ἀποβαλὼν, καὶ τὴν ἀλήθειαν συνομολογῶν. τοῦτο δὲ εἶπε προτρεπόμενος αὐτὸν ἐπὶ τὴν τελείαν πίστιν. ταῦτα δὲ εὑρήσεις παρὰ τῷ μάρκῳ.

k) Matth. 7, 12.

l) Marc. 12, 34.

[2]) Ex eo, quod Codices plerique, etiam ante conſonam, habent οὕτως, vt hic videre licet, orta eſt vitioſa lectio ουτος.

[3]) Dedi ἐγγίζεις, loco ἐγγίζειν.

Cap. LV. De interrogatione domini ad Phariſaeos.

Verſ. 41. *Congregatis — eſt?*

De Chriſto inquit qui annunciatus eſt a prophetis, Nondum autem aduenit vt vos dicitis, ſed expectatur a vobis. Et vide ſapientiam. Putabant illi, vt dictum eſt, Chriſtum additurum quippiam et de ſeipſo in primo praecepto, vt ſe quoque Deum eſſe demonſtraret. Hoc autem ipſe non fecit vt euitaret illorum vafritiem, ſed ſeorſim de ſua diſputat diuinitate, nec id ex manifeſto ſed oblique, vt omni careret ſuſpicione: et quantum ad id quod apparet, de Chriſto qui expectabatur et interrogat et enunciat: in rei veritate autem haec de ſeipſo dicit.

Verſ. 42. *Dicunt ei Dauid.*

A prophetiċis ſermonibus hoc cognoſcebant. Simpliciter autem filium Dauid, ſiue nudum hominem Chriſtum ſuſpicabantur: quum tamen prophetae hunc non ſimpliciter filium Dauid, ſed et Deum praedicarent.

Verſ. 43. *Ait — v. 44. tuorum?*

In ſpiritu videlicet ſancto, ſicut dixit Marcus, et non a ſeipſo.

Verſ. 45. *Si — eſt?*

Hoc dixit non tollens Chriſtum filium eſſe Dauid, ſed erroneam illorum arguens opinionem, quia

*) οὐκ τοῦ θεοῦ, ἀλλά. A.

Κεφ. ΝΕ. Περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐπερωτήσεως πρὸς τοὺς Φαρισαίους.

Vers. 41. Συνηγμένων — ἐστί;

Περὶ τῦ χριστῦ φησὶ, τοῦ καταγγελλομένου μὲν ὑπὸ τῶν προφητῶν, μήπω δὲ παραγεγονότος, ὡς ὑμεῖς λέγετε, προσδοκαμένυ δὲ παρ' ὑμῖν. καὶ ὅρα σοφίαν. αὐτοὶ μὲν γὰρ ἄοντο, προσθήσειν αὐτὸν εἰς τὴν πρώτην ἐντολὴν, ὡς εἴρηται, καὶ περὶ ἑαυτοῦ τι, πρὸς ἔμφασιν τῦ καὶ αὐτὸν εἶναι θεόν· αὐτὸς δὲ τῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, ἐκκλίνων τὴν πανουργίαν αὐτῶν, ἰδίᾳ δὲ περὶ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος διαλέγεται, καὶ οὐκ ἐκ τῦ προφανῦς, ἀλλὰ πλαγίως, διὰ τὸ ἀνύποπτον. καὶ τῷ δοκεῖν μὲν, περὶ τοῦ προσδοκωμένυ χριστοῦ καὶ ἐρωτᾷ καὶ ἀποφαίνεται, δεικνύων, ὅτι κύριος καὶ θεός ἐστι· τῇ δ' ἀληθείᾳ περὶ ἑαυτοῦ ταῦτα λέγει.

Vers. 42. Λέγουσιν αὐτῷ, τῦ δαυίδ.

Ἀπὸ τῶν προφητικῶν λόγων τοῦτο ἐγίνωσκον. ἁπλῶς δὲ υἱὸν τοῦ δαυὶδ, ἔστιν, ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν χριστὸν ὑπελάμβανον, καίτοι τῶν προφητῶν οὐχ ἁπλῶς υἱὸν τῦ[4]) δαυὶδ, ἀλλὰ καὶ θεὸν τῦτον ἀνακηρυττόντων.

Vers. 43. Λέγει — v. 44. σου;

Ἐν πνεύματι, δηλαδὴ, τῷ ἁγίῳ, καθὼς εἶπε[m]) μάρκος, καὶ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ. m) Marc. 12, 36.

Vers. 45. Εἰ — ἐστί;

Τοῦτο εἴρηκεν, οὐκ ἀναιρῶν τὸ εἶναι υἱὸν αὐτοῦ τὸν χριστὸν, ἀλλὰ διελέγχων τὴν ἐσφαλμένην αὐτῶν

quia non eſt eius filius talis, qualem ipſi ſuſpicabantur: hoc eſt nudus homo: ſed et dominus eius. Dicitur enim filius eius, vtpote ex radice eius, iuxta humanitatem generatus: dominus autem eius tanquam Deus illius. Ob id itaque vſus eſt Dauidico verbo ad Phariſaeorum confutationem, oſtendens quod non ſolum filius eſſet Dauid, ſed et dominus eius. Nos vero etiam hoc interpretari oportet. Ait enim Dauid: Dixit dominus pater, domino meo filio ſuo Chriſto, poſt aſſumptionem in coelum: ſede a dextris meis, ſiue fruere meo regno, pari in throno, pari in honore mecum permanens. Inimici autem Chriſti inter ſenſibiles quidem primi ſunt Iudaei, deinde gentes ac haeretici. Intelligibiles vero ſunt daemones. Marcus autem ait, quod hoc dixerit docens in templo, et quod multa turba libenter eum audiebat. Veriſimile eſt enim de hoc primum interrogaſſe Phariſaeos: deinde etiam de hoc in templo docuiſſe turbam.

Verſ. 46. *Et — amplius.*

Ad mortem enim appropinquans de perfectis diſſeruit cum illis, nec ſolum os eis obdurauit, ſed et timorem in futurum ipſis incuſſit.

Cap. XXIII. v. 1. *Tunc — ſuis.*

Tunc, quando? Poſtquam tentantes refrenauit: poſtquam effecit, vt amplius non auderent illum interrogare: poſtquam demonſtrauit eos immedicabiliter aegrotare.

Verſ. 2.

ϑ ὅτι πολύς. A.

τῶν ὑπόληψιν, ὅτι οὐκ ἔστιν υἱὸς αὐτοῦ τοιοῦτος, οἷον ὑπολαμβάνουσιν, τοιοῦτος, ψιλὸς ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ κύριος αὐτοῦ. λέγεται γὰρ υἱὸς μὲν αὐτοῦ, ὡς ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ βλαστήσας, κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν· κύριος δὲ αὐτοῦ, ὡς θεὸς αὐτοῦ. τούτῳ μὲν οὖν ἐχρήσατο τῷ δαυϊτικῷ ῥητῷ πρὸς ἔλεγχον τῶν Φαρισαίων, δεικνύων, ὅτι οὐ μόνον υἱός ἐστι τοῦ δαυίδ, ἀλλὰ καὶ κύριος αὐτοῦ. χρὴ δὲ ἡμᾶς ἑρμηνεῦσαι καὶ τοῦτο. Φησὶ γάρ ὁ δαυίδ· ὅτι εἶπεν[n]) ὁ κύριος καὶ πατὴρ τῷ κυρίῳ μου καὶ υἱῷ αὐτοῦ, τῷ χριστῷ, μετὰ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνάληψιν, ὅτι κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἤγουν, ἀπόλαυε τῆς ἐμῆς βασιλείας, ὁμόθρονος καὶ ὁμότιμος ἐμοὶ διάγων. ἐχθροὶ δὲ τῷ χριστῷ, ἐν μὲν αἰσθητοῖς πρεσβεύομένοις ἰουδαῖοι, εἶτα ἕλληνες καὶ αἱρετικοί· ἐν δὲ νοητοῖς, οἱ δαίμονες. ὁ δὲ μάρκος φησὶν, ὅτι τοῦτο ἔλεγε,[o]) διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ὅτι ὁ[p]) ὄχλος ἦκουεν αὐτοῦ ἡδέως. εἰκὸς γὰρ, αὐτὸν πρῶτον μὲν ἐπερωτῆσαι περὶ τούτου τοὺς φαρισαίους, εἶτα διδάξαι περὶ τούτου καὶ ἐν τῷ ἱερῷ τὸν ὄχλον.

n) Pf. 109, 1.

o) Marc. 12, 35.

p) Marc. 12, 37.

Verſ. 46. Καὶ — οὐκέτι.

Μέλλων γὰρ ἐπὶ τὸν θάνατον ἐλθεῖν, τὰ τελευταῖα τέτοις διελέχθη, καὶ οὐ μόνον ἐφίμωσεν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἔξης φόβον αὐτοῖς ἐνέβαλε.

Cap. XXIII. v. 1. Τότε — αὐτοῦ.

Τότε, πότε; ὅτε ἐχαλίνωσε τοὺς πειράζοντας, ὅτε ἔσησεν, ὥστε[6]) μηκέτι τολμᾶν ἐπερωτῆσαι αὐτὸν, ὅτε ἀπέδειξεν ἀνίατα νοσοῦντας.

Verſ. 2.

6) Pro ὥστε, apud Chryſoſt. Tom. VII. p. 700. E. legitur εἰς τό.

Verſ. 2. *Dicens:* — *v.* 3. *ne feceritis.*

Moſaicae, inquit, ſedis, quae doctorum eſt, facti ſunt ſucceſſores: ideo quaecunque dixerint vobis vt ſeruetis, ſeruate et facite. Non enim quae ſua ſunt dicunt quando docent, ſed quae Dei, et quae per Moſen ſtatuta ſunt. Quum autem dicit omnia, non omne intelligit ſtatutum, puta de ſacrificiis quoque ac cibis, aliisque ſimilibus. Quo enim pacto id iuberet, quum in praecedentibus finem his impoſuerit? ſed omnia ſimpliciter quae mores corrigunt, ac meliores reddunt, nec euangelicis dogmatibus contraria ſunt. Iuxta opera vero eorum ne feceritis. Suis namque doctrinis aduerſantur, easque coarguunt. Docuit ergo non oportere in praeceptores inſurgere, etiam ſi prauam habeant conuerſationem: ſed doctrinae quidem eorum obedire, vitam autem eorum indignam non imitari. Docentes namque fide digni ſunt, at non ſunt imitatione digni conuerſantes.

Poteſt autem et aliter dici, quod quia ad ſeruandam turbam, tandem manifeſte reprehenſurus erat malas illorum operationes: ne putarent quidam, quod amore principatus eorum calumniaretur illos, huiusmodi primum curat ſuſpicionem, dicens, Omnia quaecunque dixerint vobis vt ſeruetis, ſeruate et facite: et ſi non propter vitam illorum, at propter dignitatem ac doctrinae ſedem. Ne tamen quidam adhaerentes doctrinis eorum, imitarentur quoque ipſorum vitam, addidit, Iuxta opera vero eorum ne feceritis. Et ita vbi ſeſe ſuſpicione liberauit, incipit reprehenſionem.

Verſ. 3.

Verſ. 2. Λέγων — v. 3. μὴ ποιεῖτε.

Τοῦ μωσαϊκοῦ φησὶ θρόνου, τῆ διδασκαλικοῦ, διαδοχοι γεγόνασι. διὰ τῆτο πάντα, ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε. ἐ γὰρ τὰ ἑαυτῶν λέγεσιν, ὅτε διδάσκεσιν, ἀλλὰ τὰ τῆ θεῆ, καὶ ὅσα διὰ μωϋσέως ἐνομοθέτησε· πάντα δὲ εἰπὼν, ἐ πᾶσαν λέγει τὴν νομοθεσίαν, οἷον καὶ τὰ περὶ θυσιῶν καὶ τὰ περὶ βρωμάτων καὶ τὰ τοιαῦτα· πᾶσα γάρ; ἃ προλαβὼν ἔπαυσεν· ἀλλὰ πάντα παντως τὰ διορθῆντα ἤθος καὶ βελτιοῦντα τρόπον, καὶ μὴ ἀντιπίπτοντα τοῖς εὐαγγελικοῖς διατάγμασι. κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε. ἀλοίκεια γάρ εἰσι ταῖς διδασκαλίαις αὐτῶν, καὶ διεφθαρμένα. ἐδίδαξε τοίνυν, ὅτι οὐ χρὴ κατεξανίστασθαι τῶν διδασκάλων, εἰ καὶ φαύλην ἔχεσι πολιτείαν, ἀλλὰ πείθεσθαι μὲν τῆ διδασκαλία τέτων, μὴ μιμεῖσθαι δὲ τὸν ἀνάξιον βίον αὐτῶν. ἀξιόπιστοι μὲν γάρ εἰσι διδάσκοντες, οὐκ ἀξιοζήλωτοι δὲ πολιτευόμενοι.

Ἔσι δὲ καὶ ἕτερον εἰπεῖν, ὡς ἐπεὶ ἔμελλε διὰ φυλακὴν τῆ ὄχλου τὰ τελευταῖα προδήλως ἀπελέγχειν τὰς πονηρὰς πράξεις αὐτῶν, ἵνα μὲν μή τινες οἰηθῶσιν, ὅτι ἔρωτι τῆς ἀρχῆς αὐτῶν διαβάλλει τέτες, προεθεράπευσε τὴν τοιαύτην[7]) ὑπόληψιν, εἰπὼν, πάντα, ὅσα ἐὰν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε, εἰ καὶ μὴ διὰ τὸν βίον αὐτῶν, ἀλλ' ἀγε διὰ τὸν ἀρχικὸν καὶ διδασκαλικὸν θρόνον. ἵνα δὲ μή τινες, πεθόμενοι ταῖς τούτων διδασκαλίαις, ζηλώσωσι καὶ τὸν βίον αὐτῶν, προσέθηκε, κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε. καὶ ἔτως ἀνύποπτον κατασήσας ἑαυτὸν, ἄρχεται τῆς κατηγορίας.

Verſ. 3.

7) ὑπόθεσιν, pro ὑπόληψιν. A.

Verſ. 3. *Dicunt — faciunt.*

Vide vnde incipiat. Quicunque certe legem transgreditur, condemnatione dignus eſt: praeceptor tamen triplici dignus eſt: tum quia transgreſſor eſt: tum quia alios debet corrigere: tum quia nocet etiam diſcipulis.

Verſ. 4. *Alligant — hominum.*

Onera grauia portatuque difficilia, vocat altiſſima et exquiſita praecepta circa conuerſationem. Humeros vero operationem hominum. Apparet autem quod praeter legem quoque aliqua iubebant.

Verſ. 4. *Digito autem — ea.*

Non ſolum humeris ſuis portare nolunt, quae aliorum humeris ferenda imponunt, vt ſuo exemplo promptiores illos reddant, ſed nec digito ſuo ea mouere volunt: hoc eſt in parte, et ſummis, vt aiunt, digitis attingere. Dicit enim et Lucas: Vno digitorum veſtrorum onera non attingitis. Subditis ſiquidem iubent exactiſſima, ſibiipſis autem omnem permittunt licentiam, quum contrarium fieri oporteret: vt ſeipſos potius arctarent, aliis vero multa ignoſcerent.

Verſ. 5. *Omnia — hominibus.*

Omnia, quaenam? Quae ſibi bona videntur. Et obſerua quod praedictae accuſationes de crudelitate et ſegnitie erant: hoc vero crimen eſt inſanientium ob vanae gloriae appetitum. Deinde oſtendit quod neque

[8]) ἐπιτιθέασι, pro ἐπιφορτίζουσιν. A.

Verſ. 3. Λέγεσι — ποιοῦσιν.

Ἴδε, πόθεν ἄρχεται. πᾶς μὲν γὰρ παραβαίνων τὸν νόμον κατάδικος ἔξιος· ὁ δὲ διδάσκαλος τριπλῆς, ὅτι τε παραβαίνει, καὶ ὅτι ὁ καὶ τοὺς ἄλλους ὀφείλων διορθοῦν, καὶ ὅτι βλάπτει τοὺς μαθητάς.

Verſ. 4. Δεσμεύουσι — ἀνθρώπων.

Φορτία μὲν βαρέα καὶ δυσβάστακτα λέγει, τὰ ἀκρότατα καὶ ἀκριβῆ ἐπιτάγματα τῆς πολιτείας· ἅμας δὲ, τὴν ἐνέργειαν τῶν ἀνθρώπων. Φαίνεται δὲ, ὅτι καὶ τὰ ὑπὲρ τὸν νόμον ἐπέταττον.

Verſ. 4. Τῷ δὲ δακτύλῳ — αὐτά.

Οὐ μόνον τοῖς ἑαυτῶν ὤμοις ἐ βάλονται βασάσαι, ἀ τοῖς ἑτέρων ὤμοις [8]) ἐπιφορτίζουσιν, ἵνα καὶ τῷ παραδείγματι προθυμοτέρους αὐτοὺς ποιήσωσιν· ἀλλ' ἐδὲ τῷ δακτύλῳ αὐτῶν θέλουσι κινῆσαι αὐτὰ, τετέχνιν, ἐδὲ μερικῶς καὶ ἀκροθιγῶς ἅψασθαι. Φησὶ γὰρ καὶ ὁ [9]) λεκὰς, ὅτι ἐνὶ τῶν δακτύλων [9]) ὑμῶν οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις. καὶ τοῖς μὲν ὑπηκόοις ἐπιτάττουσιν ἀκρότητα βίου, ἑαυτοῖς δὲ πᾶσαν ἄδειαν ἐπιτρέπουσι, δέον τἐναντίον ποιεῖν, καὶ ἑαυτὰς μὲν μᾶλλον κατατάνειν, ἐκείνοις δὲ τὰ πολλὰ συγγνώμονεῖν. 9) Luc. 11, 46.

Verſ. 5. Πάντα — ἀνθρώποις.

Πάντα, ποῖα; τὰ δοκοῦντα αὐτοῖς καλά. παρατήρησον δὲ, ὅτι τὰ προρρηθέντα μὲν ὠμότητος ἦσαν καὶ ῥαθυμίας ἐγκλήματα· τοῦτο δὲ δοξομανίας διαβολή. εἶτα δείκνυσιν, ὅτι οὐδ' ἐπὶ μεγάλοις

9) αὐτῶν, pro ὑμῶν. A.

neque de magnis glorientur, vtpote egregiis operibus destituti, sed de paruis quibusdam et vilibus, quod ipsum auget etiam accusationem.

Vers. 5. *Dilatant — suorum.*

Haec erant de quibus tanquam de egregiis operibus vane gloriabantur. Oportet autem et de his dicere. Quia continue Dei beneficiorum obliuiscebantur, iussit ea Deus libellis inscribi, et magistrorum appendi manibus: vt semper viderentur, et in memoria haberentur. Huiusmodi vero libelluli phylacteria dicebantur, eo quod ab obliuione seruarent ac protegerent, ἀπὸ τῦ φυλάττω. Rursum ne praeceptorum Dei obliuiscerentur, iussit Deus fragmentum hyacinthinum assui iuxta pedes orae palliorum eorum: vt semper apparens, hos praeceptorum Dei memores efficeret: et haec vocabant κρόσπεδα, hoc est fimbrias. Scribae itaque et Pharisaei praecepta quidem negligebant, huiusmodi autem latis phylacteriis sese ornabant, dictasque fimbrias palliorum suorum plurimum distendebant: his gloriantes ac stulte sese iactantes. Haec autem Marcus stolas appellauit dicens: Prospicite siue cauete a scribis qui amant in stolis ambulare. Similiter autem dixit et Lucas. Nec in his tantum amore gloriae infirmi erant. Audi itaque.

Vers. 6. *Amantque — synagogis.*

Primos accubitus dixit in coenis, ac prima sedilia in synagogis. Nam in coenis accumbebant, in synagogis vero sedebant.

γάλοις Φιλοδοξοῦσιν, ἔρημοι κατορθωμάτων ὄντες· ἀλλ' ἐπὶ μικροῖς τισὶ καὶ εὐτελέσιν, ὃ καὶ αὐτὸ προσθήκη γίνεται τῆς διαβολῆς.

Vers. 5. Πλατύνουσι — αὐτῶν.

Ταῦτα μὲν ἦσαν, ἐφ' οἷς ἐκενοδόξουν, ὡς ἐπὶ κατορθώμασι. χρὴ δὲ καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν· ἐπεὶ γὰρ συνεχῶς ἐπελανθάνοντο τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ θεοῦ προσέταξεν ὁ θεὸς ἐγγραφῆναι ταύτας βιβλιδίοις καὶ ἐξαρτηθῆναι τῆς χειρὸς τῶν διδασκάλων, ὥστε διὰ παντὸς ὁρᾶσθαι καὶ μνημονεύεσθαι. καὶ τὰ τοιαῦτα βιβλίδια ὠνόμαζον φυλακτήρια, διὰ τὸ φυλάττειν καὶ ῥύεσθαι. καὶ πάλιν, ἵνα μὴ ἐπιλανθάνωνται τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ, ἐκέλευσε κλῶσμα ὑακίνθινον προσράπτεσθαι τῇ κατὰ τοὺς πόδας ὥρᾳ τοῦ ἱματίου αὐτῶν, ἵνα, πάντοτε φαινόμενον, ὑπομιμνήσκῃ τούτων τῶν ἐντολῶν. καὶ τὰ τοιαῦτα ἐκάλεσε κράσπεδα. εἰ γοῦν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, τῶν μὲν ἐντολῶν ἠμέλουν, τὰ δὲ τοιαῦτα φυλακτήρια πλατέα κατεσκεύαζον ἑαυτοῖς, καὶ τὰ ξηθέντα κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν μεγάλα ἀπηώρουν, ἐναβρυνόμενοι τούτοις καὶ ἀνοήτως ἐνσεμνυνόμενοι. ταῦτα δὲ σολὰς ὁ μάρκος ἐκάλεσεν, εἰπὼν· βλέπετε[r]) ἀπὸ τῶν γραμματέων, ἤγουν, φυλάττεσθε, τῶν θελόντων ἐν σολαῖς περιπατεῖν. ὁμοίως δὲ εἶπε καὶ ὁ λουκᾶς. καὶ οὐκ ἐν τούτοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις μικροῖς ἐνόσουν τὴν φιλοδοξίαν. καὶ ἄκεσε.

r) Marc. 12, 38. Luc. 20, 46.

Vers. 6. Φιλοῦσί τε — συναγωγαῖς.

Πρωτοκλισίαν εἶπε καὶ πρωτοκαθεδρίαν, διότι ἐν μὲν τοῖς δείπνοις ἀνεκλίνοντο· ἐν δὲ ταῖς συναγωγαῖς ἐκάθηντο.

Verſ. 7. *Ac — Rabbi.*

Amant ſalutationes, ſiue corpore fiant, ſiue appellatione. Amant et vocari ab hominibus magiſtri, quod Hebraice dicitur Rabbi.

Verſ. 8. *Vos — eſtis.*

Caetera quidem, vsque ad illorum dumtaxat perduxit accuſationem tanquam vilia, nec ad ſui correctionem longiorem requirentia ſermonem. Principatus autem amorem, vtpote multorum cauſam malorum, in medium adducit, ac diligentius caſtigat. Ne vocemini, id eſt ne vocari cupiatis. Nam ſi vos ita vocent alii, non erit id ad veſtram condemnationem.

Verſ. 9. *Et — coelis.*

Hoc dixit non prohibens vocari patres eos qui iuxta carnem genuerunt, aut etiam iuxta ſpiritum, ſed vt ſciamus quis ſit praecipue et tanquam prima cauſa pater noſter. Nam hic ſolus eſt nobis qui in coelis eſt Deus: qui vero iuxta carnem ac iuxta ſpiritum ſunt, cooperatores magis aut miniſtri natiuitatis nobis ſunt. Dicit ergo: Patrem vobis praecipuum et tanquam primam cauſam ne vocetis vobis in terra. Is enim eſt vnus qui in coelis eſt, qui in trinitate perſonarum vnus eſt Deus.

Verſ. 10. *Nec — Chriſtus.*

Ῥαββὶ καὶ καθηγητὴς (quod hic interpretamur magiſter) vnum ſunt. Repetit ergo priorem ſermonem ad augmentum deteſtationis huiusmodi mali. Sicut ergo quanquam vnus magiſter dicatur Chriſtus, non excluditur pater, quin etiam dicatur

Vers. 7. Καὶ — ῥαββί.

Φιλοῦσι καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς, εἴτε τοὺς σωματικοὺς, εἴτε καὶ τοὺς διὰ προσφωνήσεως. Φιλοῦσι καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων διδάσκαλοι. ῥαββὶ γὰρ ἑβραϊστὶ, ὁ διδάσκαλος.

Vers. 8. Ὑμεῖς — ἐστε.

Τὰ μὲν ἄλλα μέχρι τῆς ἐκείνων κατηγορίας ἔσησεν, ὡς εὐτελῆ καὶ μὴ δεόμενα λόγου πλείονος εἰς διόρθωσιν· τὴν δὲ φιλαρχίαν, ὡς πολλῶν αἰτίαν κακῶν, εἰς μέσον ἄγει, καὶ διορθοῦται σπουδαιότερον. μὴ κληθῆτε δὲ, ἀντὶ τοῦ, μὴ ζητήσητε κληθῆναι. εἰ γὰρ ἕτεροι τοῦτο καλοῦσιν ὑμᾶς, οὐχ ὑμετέρα τοῦτο κατάγνωσις.

Vers. 9. Καὶ — οὐρανοῖς.

Τοῦτο εἶπεν, οὐ κωλύων τὸ καλεῖν πατέρας τοὺς κατὰ σάρκα γεννήτορας, ἢ καὶ κατὰ πνεῦμα, ἀλλ' ἵνα γνῶμεν, τίς ἐστιν ὁ προηγούμενος καὶ πρωταιτίως πατὴρ ἡμῶν. μόνος γὰρ τοῦτο ἡμῶν ἐστὶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς θεός· οἱ δὲ κατὰ σάρκα, καὶ κατὰ πνεῦμα, συναίτιοι εἰσὶ μᾶλλον δὲ διάκονοι τῆς γεννήσεως ἡμῶν. λέγει τοίνυν, ὅτι πατέρα ὑμῶν προηγημένως καὶ πρωταιτίως μὴ καλέσητε ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γὰρ τοῦτό ἐστιν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὁ ἐν τριάδι προσώπων εἷς θεός.

Vers. 10. Μηδὲ — χριστός.

Ῥαββὶ καὶ καθηγητὴς, τὸ αὐτό ἐστιν. ἐπαναλαμβάνει τοίνυν τὸν πρῶτον λόγον, εἰς ἐπίτασιν τῆς ἀποτροπῆς τοῦ τοιούτου κακοῦ. ὥσπερ οὖν εἷς καθηγητὴς λεγόμενος, ὁ χριστός, οὐκ ἐκβάλλει τὸν πατέρα τοῦ λέγεσθαι καθηγητάν· οὕτω καὶ εἷς

catur magiſter: ita quoque licet vnus pater noſter dicatur ipſe pater, non excluditur filius quin etiam dicatur pater noſter. Nam vnus et vnus ad oppoſitam diſtinctionem dicta ſunt hominum et angelorum.

Verſ. 11. *Qui autem — miniſter.*

Ablegata miſera ſeruitute amoris principatus, docet etiam deinceps quo pacto id effugere poterimus, puta miniſtrando ſiue deprimendo nosipſos. Deinde ponit etiam elationis praemium, ſimiliter et propriae deiectionis, vt illa abiecta hanc aſſumant.

Verſ. 12. *Quisquis — exaltabitur.*

Maxima poſſeſſio eſt animi modeſtia: ideo frequenter de ea differit, continua monitione hanc aedificans in animis diſcipulorum. Iubet autem non ſolum prima non amare ſedilia, ſed magis poſtrema proſequi. Illud enim deprimit amantem, hoc autem exaltat proſequentem.

Cap. LVI. De deploratione ſcribarum et Phariſaeorum.

Verſ. 13. (vulgo 14.) *Vae — hypocritae.*

Vniuerſalius accepto vocabulo, hos appellat hypocritas, vtpote ſimulantes pietatem ac virtutem.

Verſ. 13. (vulgo 14.) *Quia — viduarum.*

Quibus auxiliari oportebat. Ad eas enim ſub praetextu defenſionis accedentes, magis atterebant, ſubſtantiam earum conſumendo.

Verſ. 13.

ἐς πατὴρ ἡμῶν λεγόμενος, ὁ πατὴρ, οὐκ ἐκβάλλει τὸν υἱὸν τῷ λέγεσθαι πατέρα ἡμῶν. τὸ γὰρ ἐς καὶ ἐς πρὸς ἀντιδιαζολὴν εἴρηται τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀγγέλων.

Verſ. 11. Ὁ δὲ — διάκονος.

Ἀπαγορεύσας τὸ χαλεπὸν νόσημα τῆς Φιλαρχίας, λοιπὸν διδάσκει, καὶ πῶς ἂν αὐτὸ φύγοιεν, ὅτι διὰ τοῦ διακονεῖν, εἶπεν, ταπεινοῦσθαι. εἶτα λέγει καὶ τῆς ἐπάρσεως τὸ ἔπαθλον, καὶ τῆς ταπεινώσεως, ἵνα τὴν μὲν ῥίπτωσι, τὴν δὲ λαμβάνωσιν.

Verſ. 12. Ὅστις — ὑψωθήσεται.

Μέγιστον χρῆμα ἡ ταπεινοφροσύνη· διὸ καὶ πολλάκις περὶ αὐτῆς διαλέγεται, τῇ συνεχείᾳ τῆς ὑπομνήσεως ἐγκαθιδρύων ταύτην ταῖς τῶν μαθητῶν ψυχαῖς. κελεύει δὲ μὴ μόνον μὴ ἐρᾶν τῶν πρωτείων, ἀλλὰ καὶ μάλιστα μεταδιώκειν τὰ ἔσχατα. τὸ μὲν γὰρ ταπεινοῖ τὸν ἐρῶντα, τὰ δὲ ὑψοῖ τὸν μεταδιώκοντα.

Κεφ. Νς. Περὶ τοῦ ταλανισμοῦ τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων.

Verſ. 13. (vulgo 14.) Οὐαὶ — ὑποκριταί.

Καθολικώτερον εἰπεῖν, ὑποκριτὰς ὀνομάζει τούτους, ὡς ὑποκρινομένους εὐλάβειαν καὶ ἀρετήν.

Verſ. 13. (vulgo 14.) Ὅτι — χηρῶν.

Αἷς βοηθεῖν ἔδει. παραβάλλοντες γὰρ αὐταῖς, ἐπὶ προσασίᾳ, μᾶλλον ἐπέτριβον, τὰς οὐσίας αὐτῶν προσαναλίσκοντες.

Vers. 13. (vulgo 14.) *Et — precantes.*

Occasione deuorandi domos viduarum, siue quae in domibus earum sunt, prolixe exaggerata orantes, vt viderentur sancti ac reuerentia digni.

Vers. 13. (vulgo 14.) *Ideo — iudicium.*

Quia tanquam tutores earum ingredimini, sed veluti corruptores egredimini, propter hoc grauius condemnabimini. Iudicium enim vocat condemnationem. Siquidem quisquis peccat, supplicio dignus est: qui autem virtutem facit peccati occasionem, grauius punietur. Deplorat autem eos ac redarguit, populum instruens ne fallatur, ac ne propter illorum dignitatem velit etiam eos imitari.

Vers. 14. (vulgo 13.) *Vae — introire.*

Clauditis, inquit, ipsum ante homines, puta ante vos ipsos, et eos qui vobis subsunt: vt neque ipsi ingrediamini per fidem quae est in me: neque alios sinatis ingredi. Ingredientes autem dicit eos, qui parati sunt ac possent ingredi. Grauis est autem haec accusatio. Nam si nulli prodesse, sufficit ad condemnationem, qui etiam nocet, nequaquam veniam percipiet, quum sit hominum pestis. Apud Lucam vero, ait, Tulistis clauem scientiae: ita vocans fidem quae in se est, vtpote introducentem ad scientiam rectorum dogmatum ac ineffabilis sapientiae, quam clauem tulerunt siue abstulerunt a populo.

Vers. 15.

Vers. 13. (vulgo 14.) Καὶ — προσευχόμενοι.

Καὶ προφάσει τοῦ κατεσθίειν τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, ἤτοι, τὰ ἐν ταῖς οἰκίαις αὐτῶν, μακρὰ καὶ ἐπιτεταμένα προσευχόμενοι παρ' αὐταῖς, ὥστε δοκεῖν ἁγίους καὶ θεραπείας ἀξίους.

Vers. 13. (vulgo 14.) Διὰ — κρῖμα.

Διότι προσάτας τούτων εἰσερχόμενοι, λυμεῶνες αὐτῶν ἐξέρχεσθε, καὶ διότι πρόφασιν γαστριμαργίας ποιεῖτε τὴν μακρὰν προσευχὴν, διὰ τοῦτο περισσότερον καταδικασθήσεσθε. κρίμα γὰρ, τὴν καταδίκην φησί. πᾶς μὲν γὰρ ἁμαρτάνων, τιμωρίας ἄξιος· ὁ δὲ καὶ πρόφασιν ἁμαρτίας τὴν ἀρετὴν ποιῶν, χαλεπώτερον κολασθήσεται. ταλανίζει δὲ αὐτοὺς καὶ ἀπελέγχει, κατασκευάζων τῷ λαῷ τὸ ἀνεξαπάτητον, ἵνα μὴ διὰ τὴν ἀξίαν αὐτῶν ἕλκωνται πρὸς ζῆλον.

Vers. 14. (vulgo 13.) Οὐαὶ — εἰσελθεῖν.

Κλείετε, φησι, ταύτην ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅσον πρὸς ὑμᾶς καὶ τοὺς ὑφ' ὑμᾶς, ὡς μήτε αὐτοὶ εἰσερχόμενοι εἰς αὐτὴν, διὰ τῆς εἰς ἐμὲ πίστεως, μήτε ἄλλους ἐῶντες. εἰσερχομένους δὲ λέγει, τοὺς ἐπιτηδείους, τοὺς δυναμένους εἰσέρχεσθαι. βαρεῖα δὲ τοῦτο κατηγορία. εἰ γὰρ τὸ μηδένα ὠφελεῖν καταδίκη, τὸ καὶ βλάπτειν, ἀσύγγνωστον, καὶ ἀνδρὸς λοιμοῦ. παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ φησιν, ὅτι ἤρατε[s]) τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· ἕτω καλέσας τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, ὡς εἰσάγουσαν εἰς τὴν γνῶσιν τῶν ὀρθῶν δογμάτων καὶ τῆς ἀποῤῥήτου σοφίας, ἥντινα κλεῖδα ἦραν, ἤγουν, ἀφεῖλον ἀπὸ τοῦ λαοῦ.

s) Luc. 11, 52.

Verſ. 15. *Vae — quàm vos.*

Circumitis, percurritis. Nam id ſignificat hoc loco περιάγετε. Proſelytum autem appellabat lex eum, qui ab idololatria ad religionem accedebat Iudaeorum. Dicit ergo Chriſtus: Infinitis vix tandem laboribus vnum efficitis proſelytum, [1]et nec ideo illi parcitis, adeo eſtis et ad ſalutem idololatrarum inutiles, et ad eius qui iam aduenit ſegnes, imo potius proditores, corrumpentes eum vitae veſtrae nequitia: et facientes eum filium gehennae, id eſt, familiarem gehennae, et ea dignum. In duplo autem dixit. Quisquis enim praeceptorem habet prauum, non illius ſiſtit malitia, ſed eius vtens exemplo, ſolet vlterius procedere.

Verſ. 16. *Vae — caeci.*

Quaere viceſimo octauo capite dicti illius enarrationem, Caeci ſunt duces caecorum.

Verſ. 16. *Qui — reus eſt.*

Nihil eſt, puta hoc. Reus eſt, videlicet debiti. Si quis enim aliquid ſe donaturum iurauerat: ſi quidem per templum id iuraſſet, dicebant hunc ad nihil obligari. Quod ſi per vas aliquod aureum id iuraſſet, dicebant illum debito teneri. Haec autem propter inſipientiam docebant: ideo etiam horum irridet fatuitatem.

Verſ. 17. *Stulti — aurum?*

Caecitatem illis exprobrat non corporis ſed animae.

Verſ. 18.

[1]) οἰκεῖον, pro υἱόν. A. et mox υἱὸν, pro οἰκεῖον.

Vers. 15. Οὐαὶ — ὑμῶν.

Περιάγετε, ἀντὶ τοῦ, περιέρχεσθε, διατρέχετε. προσήλυτον δὲ ὠνόμασεν ὁ νόμος, τὸν ἐξ εἰδωλολατρίας προσεληλυθότα τῇ θρησκείᾳ τῶν Ἰουδαίων. λέγει τοίνυν ὁ χριστὸς, ὅτι μόγις καὶ μετὰ μυρίων πόνων ποιεῖτε ἕνα προσήλυτον, καὶ οὐδ' ἅπαξ αὐτοῦ φείδεσθε. τοσοῦτόν ἐστε καὶ πρὸς σωτηρίαν τῶν εἰδωλολατρούντων ἄχρηστοι, καὶ πρὸς φυλακὴν τῶ προσεληλυθότος ἐμάθυμοι· μᾶλλον δὲ προδόται, διαφθείροντες αὐτὸν τῇ κατὰ τὸν βίον ὑμῶν πονηρίᾳ, καὶ ποιοῦντες [1]) υἱὸν γεέννης, τουτέστιν, οἰκεῖον γεέννης καὶ ἄξιον αὐτῆς. διπλότερον δὲ εἶπε, διότι πᾶς ἔχων διδάσκαλον πονηρὸν, οὐ μέχρι τῆς τούτου κακίας ἵσταται· παραδείγματι δὲ τούτῳ χρώμενος ἐπὶ τὸ χεῖρον προβαίνειν εἴωθεν.

Vers. 16. Οὐαὶ — τυφλοί.

Ζήτει ἐν τῶ εἰκοστῶ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν.

Vers. 16. Οἱ — ὀφείλει.

Οὐδέν ἐστι, δηλονότι, τοῦτο. ὀφείλει δὲ, ἀντὶ τοῦ, χρεωστεῖ. εἰ γάρ τις ὤμοσε δοῦναί τι, εἰ μὲν κατὰ τοῦ ναοῦ ὤμοσεν, ἔλεγον, ὅτι οὐδέν ἐστι τοῦτο· εἰ δὲ κατά τινος χρυσοῦ σκεύους, ἔλεγον, ὅτι χρεωστεῖ. ταῦτα δὲ ἐδογμάτιζον ἐξ ἀνοίας. διὸ καὶ σκώπτει τούτους εἰς μωρίαν.

Vers. 17. Μωροὶ — χρυσόν;

Τυφλότητα τούτοις ἐνεδίζει, τὴν τῆς ψυχῆς.

Vers. 18.

Verſ. 18. *Et — v.* 19. *donum.*

Altare dicit ſuper quod iugulabant adductas victimas.

Verſ. 20. *Qui — v.* 22. *in illo.*

Haec dicit non quod iurare permittat: quinto enim capite prohibuit omne iuramentum, ſed quod Iudaei per talia iurarent.

Verſ. 23. *Vae — fidem.*

Quum lex populo iuberet, vt daret decimas omnium fructuum, ipſi etiam circa menthae, anethi, ac cymini viliſſimarum herbarum decimas, exactam ſubducebant rationem, legem praetendentes. Hos ergo irridet tanquam circa minima legis praecepta exactiſſime ſcrutantes, magna vero negligentes. Iudicium autem dicit, quod fieri debet pro his qui iniuſte afficiuntur iniuria: miſericordiam quam fieri conuenit in egenos: et fidem, quae eſt in Deum. Lucas autem dilectionem etiam Dei ponit.

† Oportet vnumquemque doctorum a populo ſuo decimare, hoc eſt petere a decem ſenſibus puta quinque corporalibus, et quinque qui ſunt animae, iudicium, miſericordiam ac fidem.

Verſ. 23. *Haec — omittere.*

Haec primum quae grauiora ſunt, exequi oportuit: et rurſum leuiora illa non relinquere, ſi exacte legem ſeruare vultis.

Verſ. 24.

2) ἢ καὶ τὴν πίστιν. A.

3) Haec in neutro meorum comparent. Sunt Theophylacti p. 139. B.

Vers. 18. Καὶ — v. 19. δῶρον.

Θυσιαστηρίον φησιν, ἐφ' οὗ ἔσφαζον τὰ προσαγόμενα θύματα.

Vers. 20. Ὁ — v. 22. ἐπάνω αὐτοῦ.

Ταῦτά φησιν, οὐχ ὡς ἐπιτρέπων ὀμνύειν· ἐν γὰρ τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ παντελῶς τὸν ὅρκον ἐκώλυσεν· ἀλλ' ὡς τῶν Ἰουδαίων ὀμνύντων κατὰ τῶν τοιούτων.

Vers. 23. Οὐαὶ — πίστιν.

Τοῦ νόμου τῷ λαῷ κελεύοντος δεκάτας παρέχειν πάντων τῶν καρπῶν, αὐτοὶ καὶ περὶ τὰς δεκάτας τοῦ ἡδύσμου καὶ τοῦ ἀνήθου καὶ τοῦ κυμίνου, τῶν εὐτελεστάτων, ἠκριβολογοῦντο, περιβαλλόμενοι τὸν νόμον. διασύρει τοίνυν αὐτούς, ὡς περὶ τὰ ἐλάχιστα μὲν τοῦ νόμου παραγγέλματα λίαν ἀκριβολογουμένους, τῶν δὲ μεγάλων ἀμελοῦντας· κρίσιν δὲ λέγει, τὴν ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων, καὶ ἔλεον, τὸν εἰς τοὺς δεομένους, καὶ [2]) πίστιν, τὴν εἰς τὸν Θεόν. ὁ δὲ λεκὰς, καὶ τὴν ἀγάπην [1]) τὸ δὲ θεῖ φησι. [1]) Luc. 11, 42.

† † Δεῖ [3]) ἕκαστον τῶν διδασκάλων ἀποδεκατοῦν ἀπὸ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, τουτέστιν, ἀπαιτεῖν ἀπὸ τῶν δέκα αἰσθήσεων, τῶν πέντε σωματικῶν καὶ τῶν πέντε ψυχικῶν, τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν.

Vers. 23. Ταῦτα — ἀφιέναι.

Ταῦτα προηγουμένως ἔδει κατορθῶσαι, τὰ βαρύτερα, κἀκεῖνα πάλιν, τὰ ἐλαφρὰ, ῥᾳθυμεῖν, ἤγε τὴν ἀκρίβειαν τοῦ νόμου τηρεῖν ἐβούλετο.

Vers. 24.

Verſ. 24. *Duces — glutientes.*

Qui parua quidem curioſe ſeruatis, in magnis vero peccatis conniuetis.

Verſ. 25. *Vae — iniuſtitia.*

Παροψίδα lancis aut patinae genus eſſe dicunt. Vnde Lucas huius loco πίνακα, hoc eſt, catinum poſuit quadrageſimo tertio capite. Eſt autem hic ſermo aenigmaticus, id innuens: Corpora quidem veſtra purgatis: illa enim vocat exteriorem poculi ac patinae partem: interiores autem animae, plenae ſunt rapina et iniuſtitia affectionum, hoc eſt, corporalis quidem purificationis curam habetis, eam vero quae animae eſt negligitis. Iniuſtitiam autem nunc dicimus etiam omne peccatum, eo quod iuſtitia quoque dicatur omnis virtus. Lucas autem manifeſtius dixit: Quod intus eſt veſtri, plenum eſt rapina et malitia.

Verſ. 26. *Phariſaee — munda.*

Quum enim purificatur anima, ſimul etiam et corpus purificatur: quum autem purificatur corpus, non ſimul purificatur et anima. Animam itaque purificare conuenit, vt pariter purificetur et corpus.

Verſ. 27. *Vae — ſpurcitia.*

†† Κονία quidem eſt calx, quo tingunt ac dealbant parietes. Impuritatem autem appellat putredinem.

Verſ. 28.

†) τὰ μεγάλα. A.

††) κονία ſcribendum videtur. Syllaba μα orta videtur ex proximo μέν. Aliud eſt κονία, aliud κονίαμα.

Verſ. 24. Ὁδηγοὶ — καταπίνοντες.

Οἱ τὰ μικρὰ μὲν πολυπραγμονοῦντες, τὰ[4]) μέγιστα δὲ ἀπαρατηρήτως ἁμαρτάνοντες.

Verſ. 25. Οὐαὶ — ἀδικίας.

Τὴν παροψίδα, πίνακος εἶδος εἶναί φασι. πίνακα γὰρ ταύτην εἶπε καὶ v) ὁ λουκᾶς ἐν τῷ τεσσαρακοσῶ τρίτῳ κεφαλαίῳ. αἰνιγματώδης καὶ οὗτος ὁ λόγος, σημαίνων, ὅτι τὰ μὲν σώματα ὑμῶν καθαρίζετε· ταῦτα γὰρ νοεῖται τὸ ἔξω τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος· ἔσω δὲ αἱ ψυχαὶ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀδικίας παθῶν. τετέσι, τῶν μὲν τοῦ σώματος καθαρσίων φροντίζετε· τῶν δὲ τῆς ψυχῆς ἀμελεῖτε. ἀδικίαν δὲ νῦν λέγομεν, καὶ πᾶσαν ἁμαρτίαν, ὥσπερ καὶ δικαιοσύνην, ἔστιν, ὅτε πᾶσαν ἀρετήν. λουκᾶς δὲ φανερώτερον εἶπεν, ὅτι τὸ ἔσωθεν x) ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας. v) Luc. 11, 39. x) Luc. 11, 39.

Verſ. 26. Φαρισαῖε — καθαρόν.

Τῆς μὲν γὰρ ψυχῆς καθαριζομένης, συγκαθαρίζεται καὶ τὸ σῶμα· τῷ σώματος δὲ καθαριζομένου, ὁ συγκαθαρίζεται καὶ ἡ ψυχή. διὸ προσήκει τὴν ψυχὴν καθαρίζειν, ἵνα γένηται καὶ τὸ σῶμα καθαρόν.

Verſ. 27. Οὐαὶ — ἀκαθαρσίας.

Κονίαμα[5]) μέν ἐστιν, ὁ τίτανος, ᾧ χρίουσι καὶ χρώζουσι τὸς τοίχους. ἀκαθαρσίαν δὲ λέγει, τὴν σαπρίαν.

Verſ. 28.

Vers. 28. *Sic — iniquitate.*

Lucas autem dixit: Quia estis vt monumenta quae non apparent, et homines ambulantes super ea nesciunt. Sepulchra enim quae non apparent, intus plena sunt spurcitia, foris autem apparent terra munda ac via publica.

Vers. 29. *Vae — v. 30. prophetarum.*

Vae inquit vobis, non quod haec facitis et haec dicitis quum bona sint, sed quod haec facientes et haec dicentes, ac vtrinque patrum vestrorum homicidium accusantes, ad illud vos quoque curritis, festinantes et me et discipulos meos occidere: et quia vane et in fictione haec facitis ac dicitis: nam et vos eorum quos accusatis homicidium imitamini.

Vers. 31. *Itaque — prophetas.*

Itaque, ex eo quod confitemini homicidium patrum vestrorum: et ex eo praeterea quod illud imitamini, demonstratis vosipsos filios esse eorum, qui prophetas occiderunt. Lucas vero addidit, Comprobatis facta patrum vestrorum, hoc est, ea quodammodo suscipitis: vtpote aedificando his qui occisi sunt splendida monumenta, praedicatis audaciam homicidarum: id enim de ea gloriantium est eamque approbantium. Videremini siquidem in honorem eorum qui occisi sunt, ornare monumenta ipsorum, et ad accusationem patrum vestrorum praedicta facere, nisi homicidium eorum imitaremini.

Vers. 32.

[6]) Henteníus ante hoc scholium habet iunctim versum 27. et 28. Proxime autem antecedens scholium, κοινὸν — σκηρίαν, omisit.

Verſ. 28. Ὅυτως — ἀνομίας.

Ὁ [6]) δὲ λουκᾶς εἶπεν, ὅτι [y]) ἐςὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, καὶ οἱ ἄνθρωποι περιπατοῦντες ἐπάνω, οὐκ οἴδασι. τὰ γὰρ ἀφανῆ μνημεῖα, ἔνδον μὲν γέμουσι σαπρίας, ἄνω δὲ φαίνονται γῆ καθαρὰ καὶ λεωφόρος. y) Luc. 11, 44.

Verſ. 29. Ὀυαὶ — v. 30. προφητῶν.

Ὀυαί, φησιν, ὑμῖν, οὐχ ὅτι ταῦτα ποιεῖτε, καὶ ταῦτα λέγετε· [καλὰ [7]) γάρ εἰσιν·] ἀλλ' ὅτι ταῦτα ποιοῦντες, καὶ ταῦτα λέγοντες, καὶ ἀμφοτέρωθεν κατηγοροῦντες τῆς μιαιφονίας τῶν πατέρων ὑμῶν, ἐπὶ ταύτην καὶ αὐτοὶ τρέχετε, σπεύδοντες ἀνελεῖν κἀμὲ καὶ τοὺς μαθητάς μου· καὶ ὅτι μάτην καὶ ἐν ὑποκρίσει ταῦτα ποιεῖτε καὶ ταῦτα λέγετε. καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ μιμεῖσθε τὴν μιαιφονίαν τῶν κατηγορουμένων.

Verſ. 31. Ὥςε — προφήτας.

Ὥςε, ἀφ' ὧν ὁμολογεῖτε τὴν μιαιφονίαν τῶν πατέρων ὑμῶν, ἔτι δὲ καὶ, ἀφ' ὧν μιμεῖσθε ταύτην, ἀποδεικνύετε ἑαυτοὺς υἱοὺς τῶν προφητοκτόνων. λουκᾶς δὲ προσέθηκεν, ὅτι καὶ [z]) συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων ὑμῶν, τουτέςιν, ἀποδέχεσθε ταῦτα τρόπον τινὰ, ἅτε διὰ τοῦ κατασκευάζειν τάφους λαμπροὺς τοῖς φονευθεῖσι κηρύττοντες τὴν τόλμαν τῶν φονέων, ὅπερ ἐςιν ἐγκαλλωπιζομένων, καὶ οἷον ἀποδεχομένων αὐτήν. ἐδοκεῖτε γὰρ ἂν εἰς τιμὴν τῶν φονευθέντων κοσμεῖν τὰ μνημεῖα τούτων, καὶ εἰς κατηγορίαν τῶν πατέρων ὑμῶν τὰ ῥηθέντα λέγειν, εἰ μὴ ἐμιμεῖσθε τὴν μιαιφονίαν αὐτῶν. z) Luc. 11, 48.

Verſ. 32.

7) Tria haec vocabula omittit. A.

Vers. 32. *Et — vestrorum.*

Mensuram malitiae. Non dixit autem hoc praecipiendo, sed quod futurum erat praedicendo.

Vers. 33. *Serpentes — gehennae?*

Serpentes ipsos nominauit, tanquam nociuos et insidiatores ac pestiferos. Progenies autem viperarum, vtpote similes patribus suis in veneno malitiae et in truculentia. Progenies quoque viperarum appellauit eos Iohannes Baptista tertio capite, sed iuxta alium intellectum. Iudicium vero gehennae dicit condemnationem et supplicium gehennae siue quod mittit in gehennam.

Vers. 34. *Propter — ciuitatem.*

Propter hoc: propter quid? Quia impleturi estis mensuram malitiae patrum vestrorum. Mitto autem dixit, ostendens diuinitatis dignitatem. Prophetas autem et sapientes ac scribas dicit Apostolos, et qui eos sequuti sunt pastores ac doctores ecclesiarum, vtpote dignos habitos prophetica gratia, et quasi ab eo edoctos et tanquam scripturam intelligentes. Quod autem dicitur, Ex illis: significat quod non omnes occisuri erant, neque omnes flagellaturi.

Vers. 35. *Vt — terram.*

Sanguinem, intellige sanguinis siue caedis condemnationem. Vt veniat, inquit, super vos condemnatio cuiuslibet iusti sanguinis qui effusus est super terram. Lucas autem dixit, Vt exquiratur sanguis

8) ἐπὶ πάντων, pro ἐπιτάττων. A.

Vers. 32. Καὶ — ὑμῶν.

Τὸ μέτρον τῆς κακίας. οὐκ ἐπιτάττων [8]) δὲ τοῦτο εἶπεν, ἀλλὰ προαναφωνῶν τὸ ἐσόμενον.

Vers. 33. Ὄφεις, — γεέννης;

Ὄφεις μὲν αὐτοὺς ὠνόμασεν, ὡς πονηροὺς καὶ ἐπιβούλους καὶ λυμαντικούς· γεννήματα δὲ ἐχιδνῶν, ὡς ἐοικότας τοῖς πατράσιν αὐτῶν κατὰ τὸν ἰὸν τῆς κακίας καὶ κατὰ τὸ φονικόν. γεννήματα δὲ ἐχιδνῶν, καὶ ὁ βαπτιστὴς ἰωάννης αὐτοὺς προσηγόρευσεν ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ, εἰ καὶ καθ' ἑτέραν ἔννοιαν. κρίσιν δὲ γεέννης λέγει, τὴν κατάκρισιν καὶ τιμωρίαν τῆς γεέννης, ἤτοι, τὴν παραπέμπουσαν εἰς τὴν γέενναν.

Vers. 34. Διὰ — πόλιν.

Διὰ τοῦτο, ποῖον; διότι μέλλετε πληρῶσαι τὸ μέτρον τῆς κακίας τῶν πατέρων ὑμῶν. ἀποξέλλω δὲ εἶπε, παραδεικνύων τὸ ἀξίωμα τῆς θεότητος. προφήτας δὲ καὶ σοφοὺς καὶ γραμματεῖς, τοὺς ἀποστόλους φησὶ καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους ποιμένας καὶ διδασκάλους τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς ἠξιωμένους προφητικοῦ χαρίσματος καὶ ὡς [σεσοφισμένους [9]) ὑπ' αὐτοῦ καὶ ὡς] τὴν γραφὴν εἰδότας. τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν δηλοῖ, ὅτι ἃ πάντας ἀποκτενοῦσιν, ἃδὲ πάντας μαστιγώσουσιν.

Vers. 35. Ὅπως — γῆς.

Αἷμα νόει, τὴν καταδίκην τοῦ αἵματος, ἤτοι, τοῦ φόνου. ὅπως ἔλθῃ, φησὶν, ἐφ' ὑμᾶς κατάδικη παντὸς αἵματος δικαίου ἐκχυνομένου ἐπὶ τῆς γῆς· ὁ δὲ λουκᾶς εἶπεν, ὅτι ἵνα [a]) ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα

a) Luc. II, 50.

9) Inclusa absunt. A.

sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista. Docet autem quiddam tremendum sermo iste. Qui enim peccatorum nouit poenas, et nihilominus eos imitatur, reus est vt ab eo exigantur omnium supplicia, hoc est pro vnoquoque poenam luat: eo quod exemplo eius sese non refrenauerit. Et ex illis occidetis inquit, vt expetatur a vobis vltio cuiuslibet caedis, quae prius contra iustos fuerat perpetrata. Audierant enim quod Caim septem supplicis dignus fuerat: Lamech vero septuaginta septem, eo quod sese non refrenasset exemplo. Dictionem autem ὅπως, vt aiunt quidam, non capi causaliter, sed vt significet id quod futurum est.

Vers. 35. *A — altare.*

Opportune Abel meminit, ostendens quod etiam caedes illius per inuidiam perpetrata est. Zachariam autem quidam dicunt eum qui fuit vnus duodecim prophetarum: quidam vero eum, qui filius Ioadae dicebatur, qui etiam Zacharias appellabatur. Plures autem patrem Baptistae. Scribunt enim se accepisse a patrum traditione, quae citra scriptum per manus peruenit ad posteros quae traditionum genera ἀγραφα nominantur, quod erat in templo locus virginibus destinatus: a quo stantem quondam in eo Dei matrem post partum, non eiecit, dicens virginem esse, et ideo occisus est inter templum et altare exterius.

Vers. 36. *Amen — istam.*

Quia timore gehennae quae eis impendebat eo quod ventura esset, hos non commouebat, exterret ac pro-

[1]) Inclusa absunt. A.

αἷμα πάντων τῶν προφητῶν, τὸ ἐκχυνόμενον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης. διδάσκει δέ τι Φοβερὸν ὁ λόγος, ὅτι ὁ γινώσκων τὰς τῶν πεπλημμεληκότων τιμωρίας, [καὶ [2]) μιμησάμενος αὐτούς, ἐνοχός ἐστιν ἁπαιτηθῆναι πάντων τὰς τιμωρίας,] τετέχει, δοῦναι ἑαυτῷ ἑκάσῳ δίκην, ὡς μὴ σωφρονισθεὶς τοῖς παραδείγμασι. καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτέ, φησιν, ὅπως ἀπαιτηθῆτε κόλασιν παντὸς φόνου προτετολμημένε κατὰ τῶν δικαίων. ἤκουσαν γὰρ, ὅτι ὁ μὲν καὶν ἑπτὰ τιμωριῶν ἦν ἄξιος· ὁ δὲ λάμεχ, ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, διὰ τὸ μὴ σωφρονισθῆναι τῷ παραδείγματι. τὸ δὲ ὅπως, καὶ τὸ ἵνα, οὐκ αἰτιολογικὰ νῦν φασί τινες, ἀλλὰ δηλωτικὰ τοῦ μέλλοντος.

Verſ. 35. Ἀπὸ — θυσιαστηρίου.

Εὐκαίρως τὸ ἄβελ ἐμνημόνευσε, δεικνύων, ὅτι καὶ ὁ ἐκείνου φόνος διὰ φθόνον ἐγένετο. ζαχαρίαν δὲ, οἱ μὲν λέγουσι τὸν ἕνα τῶν δώδεκα προφητῶν· οἱ δὲ, τὸν καὶ [2]) ἰωδαὲ καλέμενον· ἕτεροι δὲ, τὸν [3]) ἀζαρίαν· οἱ πλείους δὲ, τὸν πατέρα τοῦ βαπτιστοῦ. γεράφεσι γὰρ, ὅτι παρέλαβον ἐξ ἀγεράφε παραδόσεως τῶν πατέρων, ὡς ἦν τόπος ἐν τῷ ναῷ τοῖς παρθένοις ἀποτεταγμένοις, ἐν ᾧ σᾶσάν ποτε τὴν θεοτόκον μετὰ τὸν τόκον οὐκ ἐξέβαλεν οὗτος, εἰπὼν, ὅτι παρθένος ἐσί. διὸ καὶ ἐφονεύθη μεταξὺ τοῦ ναὸς καὶ τοῦ ἔξω θυσιαστηρίου.

Verſ. 36. Ἀμὴν — ταύτην.

Ἐπεὶ τὸν φόβον τῆς γεέννης ἐπικρεμάσας αὐτοῖς, οὐ καθίκετο τέτων, διὰ τὸ μέλλειν αὐτὴν, ἐκφο-

[2]) καὶ τὸν, ordine inuerſo. B.
[3]) καὶ, interponit. A.

propulsat eos calamitatibus, quae non longe post futurae erant: ideo confirmat quod etiam ventura sunt omnia haec, videlicet quae miserrimae sunt vltionis, super generationem istam, siue super hosipsos. Sub Vespasiano enim et Tito apprehenderunt eos quae a Romanis prouenere mala.

Vers. 37. *Ierusalem — ad te.*

Ad ciuitatem conuertens sermonem deplorat hanc. Reduplicatio autem appellationis, demonstratio est miserationis. Eius etenim miseretur, vt quae olim dilecta erat, nunc vero extrema passura est, propter iniquitates inhabitantium in ea. Consequenter autem exprobrat ei, quod interemerit prophetas quos ipse ad eam miserat.

Vers. 37. *Quoties — noluistis.*

Volui, inquit, congregare filios tuos sub mea protectione, quos peccata disperserant a diuina custodia. Exemplo autem gallinae suum in Iudaeos amorem ostendit. Quidam autem sermonem intelligunt de Iudaeis per varias regiones dispersis sub prioribus captiuitatibus. Et noluistis: me non recipientes, sed persequentes et occidere festinantes. Ad ciuitatis habitatores rursus sermonem conuertit.

Vers. 38. *Ecce — deserta.*

Domus vestra siue templum relinquitur vobis desertum ab inhabitante in ea diuina gratia. Hoc autem, domus illorum erat, vtpote in ciuitate eorum aedificatum.

Vers. 39.

βεῖ καὶ κατασφαλίζεται τȣ́τȣς ἀπὸ τῶν οὐκ εἰς μακρὰν συμφορῶν. διὸ καὶ διαβεβαιȣ̃ται, ἥξειν ταῦτα πάντα, δηλαδὴ, τὰ τῆς παγχαλέπου τιμωρίας, ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην, ἤγȣν, ἐπ' αὐτοὺς δὴ τȣ́τȣς. ἐπὶ ȣ̓εσπασιανȣ̃ γὰρ καὶ τίτȣ κατέλαβον αὐτοὺς τὰ ἐκ ῥωμαίων κακά.

Verſ. 37. Ἱερȣσαλὴμ — αὐτήν.

Πρὸς τὴν πόλιν ἀποςρέψας τὸν λόγον, ταλανίζει ταύτην· ὁ διπλασιασμὸς δὲ τῆς κλήσεως ἐμφαντικὸς ἐλέους ἐςίν. οἰκτείρει γὰρ ταύτην, ὡς πάλαι μὲν ἠγαπημένην, νῦν δὲ παθεῖν τὰ ἔσχατα μέλλουσαν, διὰ τὰς παρανομίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ. τὸ δ' ἑξῆς ὀνειδίζει ταύτην, ὡς διαφθείρουσαν τοὺς προφήτας, οὓς αὐτὸς ἀπέςελλε πρὸς αὐτήν.

Verſ. 37. Ποσάκις — ἠθελήσατε.

Ἠθέλησά, φησιν, ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου ὑπὸ τὴν ἐμὴν σκέπην, ἅτινα αἱ ἁμαρτίαι διεσκόρπισαν ἀπὸ τῆς θείας ἐπισκοπῆς. διὰ δὲ τοῦ παραδείγματος τῆς ὄρνιθος, τὸ περὶ τοὺς ἰȣδαίους φιλόςοργον ἑαυτοῦ δείκνυσι. τινὲς δὲ νοοῦσι τὸν λόγον περὶ τῶν διεσπαρμένων ἰȣδαίων εἰς διαφόρους χώρας ὑπὸ τῶν προγεγενημένων αἰχμαλωσιῶν. καὶ οὐκ ἠθελήσατε, μὴ παραδεξάμενοί με, ἀλλὰ διώκοντες καὶ ἀποκτεῖναι σπȣδάζοντες. πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας δὲ τῇ πόλει διαλέγεται πάλιν.

Verſ. 38. Ἰδοὺ — ἔρημος.

Ὁ οἶκος ὑμῶν, ἤγουν, ὁ ναὸς, ἀφίεται ὑμῖν ἔρημος τῆς ἐνοικούσης αὐτῷ θείας χάριτος. οἶκος δὲ αὐτῶν οὗτος, ὡς ἱδρυμένος ἐν τῇ πόλει αὐτῶν.

Verſ. 39. *Dico — domini.*

Et quando hoc dicturi ſunt? Volentes quidem, nunquam: nolentes autem, tempore ſecundi aduentus eius, quando venturus eſt cum poteſtate et gloria magna: quando nulla erit eis vtilitas cognitionis. Amantis vero dictum eſt, Nequaquam me poſthac videbitis. Vehementer ſiquidem amabat, verum deſpiciebatur, et idcirco maxime dolebat. Poſthac autem dicens, non ſolum tempus illud ſignificauit, ſed totum vſque ad paſſionis tempus: poſt quod amplius non viderunt eum. Quanquam enim viſus eſt quibusdam poſt reſurrectionem, at non infidelibus Iudaeis. Quod vero additur, Benedictus qui venit in nomine domini, Dauidicum eſt, et eius data eſt interpretatio quadrageſimoquinto capite.

Cap. XXIV. v. 1. *Et — templi.*

Quum audiſſent, Ecce relinquitur vobis domus veſtra deſerta, admirabantur ſi tale templum deſolandum eſſet: et ideo acceſſerunt vt oſtenderent ei ſtructuras templi tanquam admirandas.

Verſ. 2. *Ieſus autem — diruatur.*

Interrogat primum eos. Num haec omnia videtis tam admiranda? Deinde praedicit eorum perditionem: et iam non amplius de deſolatione, ſed de omnimoda demolitione prophetat. Marcus autem dicit, Et egrediente eo de templo dicit ei vnus diſcipulorum ſuorum: Praeceptor vide quales lapides, et quales ſtructurae; Ieſus autem reſpondens ait illi: Vides magnas has ſubſtructiones? Non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non

diruа-

Verſ. 39. Λέγω — κυρίου.

Καὶ πότε τοῦτο εἴπωσιν; ἑκόντες μὲν, ἐδέποτε· ἄκοντες δὲ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, ὅταν ἦξει [4]) μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς, ὅταν ἐδὲν αὐτοῖς ὄφελος τῆς ἐπιγνώσεως. ἐραστὸ δὲ, τὸ οὐ μή με ἴδητε ἀπάρτι, σφόδρα μὲν ἐρῶντος, ἀτιμαζομένου δὲ, καὶ διὰ τοῦτο περιαλγοῦντος. ἀπάρτι δὲ εἶπων, ἐ τὴν ὥραν ἐκείνην μόνην ἐδήλωσεν, ἀλλ' ὅλον τὸν ἄχρι τῆς σαυρώσεως καιρὸν, μεθ' ὃν οὐκ ἔτι εἶδον αὐτόν. εἰ γὰρ καὶ ὤφθη τισὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἀλλ' ἐ τοῖς ἀπίστοις ἰουδαίοις. τὸ δὲ εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν [5]) ὀνόματι κυρίου, δαυϊτικὸν μέν ἐστιν, ἡρμηνεύθη δὲ ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ.

Cap. XXIV. v. 1. Καὶ — ἱεροῦ.

Ἀκούσαντες, ὅτι ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος [6]) ὑμῶν ἔρημος, ἐθαύμασαν, εἰ τοιοῦτος ναὸς ἐρημωθήσεται· διὸ καὶ προσῆλθον ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ, ὡς θαυμασάς.

Verſ. 2. Ὁ δὲ ἰησοῦς — καταλυθήσεται.

Ἐρωτᾷ πρῶτον αὐτοὺς, οὐ βλέπετε ταῦτα πάντα τὰ θαυμασά; εἶτα προαναφωνεῖ τὸν ὀλεθρον αὐτῶν, καὶ οὐκέτι λοιπὸν περὶ ἐρημώσεως, ἀλλὰ περὶ παντελοῦς ἀφανισμοῦ προφητεύει. μάρκος δὲ φησιν, ὅτι καὶ [b]) ἐκπορευομένε αὐτοῦ b) Marc. 13, 1. ἐκ τοῦ ἱεροῦ, λέγει αὐτῷ εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· διδάσκαλε, ἴδε, ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί. ὁ δὲ ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομὰς, ἐ μὴ ἀφε-

4) ἦξη. B.
5) ἐν ὀνόματι κυρίε. omittit. A.
6) ὑμῶν, omittit. A.

diruatur. Lucas vero ſcripſit. Et quibusdam dicentibus de templo, quod pulchris lapidibus et donis ornatum eſſet, dixit, Ex his quae videtis venient dies quando non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non diruatur. Siquidem acceſſerunt diſcipuli omnes, vt oſtenderent ei ſtructuras: quibusdam autem dicentibus apud ſeſe de templo, quod pulchris lapidibus ac donis ornatum eſſet, vnus diſcipulorum ait Chriſto, Praeceptor vide quales lapides et quales ſtructurae. At ille etiam ad caeteros omnes dixit ea quae reſpondit.

Aiunt autem quidam, Atqui in his quos ſignificauit diebus relictus eſt lapis ſuper lapidem qui non eſt dirutus. Quibus reſpondemus, quod omnia quae demonſtrata ſunt, et admiratione digna erant, vsque ad fundamenta diruta ſunt iuxta domini ſententiam. Quodſi quid adhuc reſiduum a Romanis relictum eſt, etiam hoc a poſteris diruitur, vt ad alias ſtructuras transferatur.

Cap. LVII. De conſummatione.

Verſ. 3. *Sedente — ſeculi?*

Marcus autem nomina quoque dixit eorum qui interrogauerunt. Petrus inquit et Iacobus, Iohannes et Andreas. Omnes ſiquidem acceſſerunt vt diſcerent: hi autem quatuor interrogauerunt, vtpote

7) Poſt iſta in margine Codicis A, a manu recentiori addita ſunt haec: *γέγραπται δὲ, ὅτι βασιλεύοντος ἰουλιανοῦ τοῦ τρισκαταράτου, καὶ ἀπελθόντος εἰς ἀντιόχειαν θύσαι τοῖς εἰδώλοις ἐν τῷ σηκῷ τοῦ ἀπόλλωνος, προσῆλθεν αὐτῷ ὁ τῶν ἰουδαίων λαὸς, δυσωποῦντες αὐτὸν καὶ δεόμενοι. ὅπως ἐπιτρέψῃ ἀνεγεῖραι τὸν ἑαυτῶν ναὸν, ὃ καὶ γέγονεν. ἀρξάντων δὲ τῶν τρισκαταράτων ἰουδαίων τῶν θεμελίων τῆς οἰκο-*

θῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ. ὁ δὲ λουκᾶς ἔγραψεν, ὅτι c) καί τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, εἶπε· ταῦτα, ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι, ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ καταλυθήσεται. καὶ γὰρ προσῆλθον μὲν οἱ μαθηταὶ πάντες ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομάς· τινῶν δὲ ἐξ αὐτῶν λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ καθ' ἑαυτούς, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, εἰς τῶν μαθητῶν εἶπε τῷ χριστῷ, διδάσκαλε, ἴδε, ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί· ὁ δὲ καὶ πρὸς αὐτὸν, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους πάντας εἶπεν, ἃ εἶπε. c) Luc. 21, 5.

Λέγουσι δέ τινες, ὅτι καὶ μὴν ἔν τισι μέρεσιν, ἀφεῖθη λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς ἐ κατελύθη. πρὸς οὓς ἀντιλέγομεν, ὅτι τὰ ἐπιδεικνύμενα πάντα, τὰ ἀξιοθαύμαστα, μέχρι θεμελίων κατελύθησαν κατὰ τὴν δεσποτικὴν ἀπόφασιν, ἀλλὰ καὶ, εἴ τι λείψανον ἀφεῖθη παρὰ ῥωμαίων, καὶ τοῦτο παρὰ τῶν ὕστερον καταλύσεται, πρὸς οἰκοδομὰς ἑτέρας μεταφερόμενον. 7)

ΚΕΦ. ΝΖ. Περὶ τῆς συντελείας.

Vers. 3. Καθημένε — αἰῶνος;

Ὁ δὲ μάρκος εἶπε καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἐρωτησάντων, ὅτι πέτρος d) καὶ ἰάκωβος καὶ ἰωάννης καὶ ἀνδρέας. προσῆλθον μὲν γὰρ μαθησόμενοι, πάντες· ἠρώτησαν δὲ οἱ τέσσαρες, ὡς πλείονα παρ- d) Marc. 13, 3.

οἰκοδομῆς. ὦ τῶν κριμάτων τοῦ ..... ἰησοῦ! πῦρ ἐξελθὸν τῶν θεμελίων, ἄρδην πάντας κατέκαυσε. τότε θεμέλια καὶ τοὺς ἐπιχειρήσαντας. Caret his Hentenius etiam. Narratur haec res a pluribus scriptoribus.

pote maiorem habentes fiduciam. Interrogant autem non tantum de templi vastatione discere cupientes, quantum de tempore secundi aduentus eius: ideo etiam seorsim accesserunt ne Iudaeis hoc manifestum fieret. Sed Matthaeus duo haec eos interrogasse dicit, puta: Quando haec erunt? quae videlicet de templi euersione dixisti. Et, Quod signum aduentus tui et consummationis seculi? Marcus vero vnicam fuisse dicit interrogationem, de templo solum. Ait enim, Dic nobis quando haec erunt, et quod signum quando haec omnia consummanda sunt? Similiter autem scripsit et Lucas. Quid ergo dicendum est? Quod vna quidem fuit interrogatio, sicut scripserunt Marcus et Lucas: intentio autem discipulorum erat, vt de his duobus certiores fierent: puta de euersione templi et de secundo Christi aduentu: existimantes autem quod simul haec duo contingerent, fecerunt vnam de vtroque interrogationem. Verum Matthaeus intentionem eorum manifestans, illam in duas diuisit.

Vers. 4. *Et — v. 5. seducent.*

Nihil ad has interrogationes respondit, sed primum illa dicit eis, quae primum eos scire oportebat: quae videlicet futurum erat, vt ante illa occurrerent. Lucas autem dicit, Videte ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum, et: Tempus instat. Ne igitur sequamini illos. Venient, inquit, nomine meo vtentes ad deceptionem eorum, qui illis crediturі sunt, et dicentes, quisque videlicet eorum, Ego sum, nempe Christus. Et, Tempus instat, puta mei

[3]) Malim τῆς τοῦ ναοῦ, vt mox.

Declarando exemplum docuit, quod multis versantibus in delitiis ac securitate veniet. Hoc autem et Paulus scribens in hunc modum, ait: Quum dixerint pax et securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Verum si tunc in delitiis erunt, quomodo dixit, Post afflictionem illorum dierum? Afflictio quidem erit colentium Deum ac iustorum: delitiae vero malorum et insensatorum. Aptum autem posuit exemplum. Sicut enim tempore Noe videntes arcam fabricari, quae venturam ac propinquam eorum subuersionem praenunciabat, non sentiebant: ita quoque hi videntes Antichristum sedulo laborantem, et consummationis signa, sine solicitudine permanebunt. Obserua etiam quomodo particulariter omnia praedicit, quae vsque ad aduentum suum ventura sunt: ostendens quod diem quoque illum et horam nouerit, sed dispensatorie, vt dictum est, illum conticuerit. Quaere autem secundo libello Gregorii Theologi de filio, caput decimum, et gratissimam inuenies solutionem.

Vers. 40. *Tunc — v. 41. reliquetur.*

Per eos qui in agro sunt, diuites intelligit: per eas autem quae molunt in mola, pauperes: ac docet.

*) עיין, delendum, quod nec Hentenius agnoscit.

κῳ τὸ μὲν μόνος ἐ κεῖται, μνημονέυεται δὲ ὁ υἱος, ἵνα νοηθείη, καθὼς εἰρήκαμεν.

Verſ. 37. Ὥσπερ δὲ — ἀνθρώπε.

Τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον αὐτῆς διὰ τῶ παραδείγματος ἐμφαίνει.

Verſ. 38. Ὥσπερ — v. 39. ἀνθρώπε.

Τὸ παράδειγμα σαφηνίζων, ἐδίδαξεν, ὅτι καὶ τῶν πολλῶν τρυφώντων καὶ ἀμεριμνούντων ἐλεύσεται. τοῦτο δὲ καὶ παῦλας γράφων ἔτω φησίν· ὅταν [1]) λέγωσιν, εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνί- 1) 1 Theſſ. 5, 3.
διος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος. ἐκγαμίζειν δέ ἐσι, τὸ τὴν θυγατέρα συζευγνύειν ἀνδρί. καὶ εἰ τρυφὴ ἔσαι τότε, πῶς εἶπεν, ὅτι μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων; θλῖψις μὲν ἔσαι, τῶν εὐσεβῶν καὶ δικαίων· τρυφὴ δὲ, τῶν πονηρῶν καὶ ἀναιδήτων. ἁρμόζον δὲ τέθεικε παράδειγμα. καθάπερ γὰρ οἱ ἐπὶ τοῦ νῶε τὴν κιβωτὸν ὁρῶντες κατασκευαζομένην, καὶ [4]) τὴν ὅσον οὔπω καταφθορὴν αὐτῶν προμηνύουσαν, οὐκ ἠθάνοντο· ἔτω καὶ οὗτοι, τὸν ἀντίχριςον βλέποντες ἐνεργοῦντα, καὶ τὰ σημεῖα τῆς συντελείας, ἀφροντίςως διακεισονται. παρατήρει δὲ, πῶς πάντα προλέγει λεπτομερῶς τὰ μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ἐμφαίνων, ὅτι καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καὶ τὴν ὥραν οἶδεν, ἀλλ' οἰκονομικῶς αὐτὰς, ὡς εἰρηται, παρασιωπᾷ. ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ περὶ υἱοῦ δευτέρῳ λόγῳ τοῦ θεολόγου τὸ δέκατον κεφάλαιον, καὶ χαριεςάτην εὑρήσεις λύσιν.

Verſ. 40. Τότε — v. 41. ἀφίεται.

Διὰ μὲν τῶν ὄντων ἐν τῷ ἀγρῷ, τοὺς πλουσίους δηλοῖ· διὰ δὲ τῶν ἀληθευσῶν ἐν τῷ μύλωνι, τοὺς

docet quod et de diuitibus, et de pauperibus quidam saluantur, quidam vero pereunt. Ideo etiam de diuitibus sermonem masculine induxit, excelsum ac forte demonstratus quod in eis est: de pauperibus autem foeminine, subindicans debile ac depressum quod in illis est. Siquidem quotquot vel diuitias bene sectantur, vel paupertatem bene ferunt, assumuntur in occursum domini, tanquam illi familiares: quotquot autem contrario modo se habent, deorsum tanquam indigni relinquuntur, vt ibi iudicem expectent. Lucas vero de his alio modo dicit capite sexagesimo. Erunt (inquit) duo in lecto vno: vnus assumetur, et alter relinquetur. Duae erunt molentes simul: vna assumetur, et altera relinquetur. Per eos qui in lecto sunt significans illos qui in requie degunt: per eas autem quae in mola, eos qui aduersa tolerant. Manifestum est ergo, quod diuersimode alio atque alio tempore dicta sint: prius quidem ea quae apud Lucam, postmodum vero quae apud Matthaeum.

† Agrum vocauit mundum. Assumitur ergo qui seruatur, relinquitur qui condemnatur. Discamus igitur ex hoc loco, quod et pauperes et diuites, et serui et domini assumuntur ac relinquuntur. Ostendit autem quod nec omnes diuites pereunt, nec pauperes saluantur omnes. Vnde et postmodum ait: Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester ueniet. Non dixit diem, uolens eos continue ad certamen esse paratos.

Vers. 42.

5) ὁ, ante ἐὰς, et ἡ, ante μία, omittit etiam vterque Codex in contextu Lucae.

6) Haec neuter meorum agnoscit. Vnde repetita essent, reperire non potui. Interim ergo ipse Graece reddidi.

πέντας. καὶ διδάσκει, ὅτι καὶ ἐκ τῶν πλησίον, καὶ ἐκ τῶν πενήτων τινὲς μὲν σώζονται, τινὲς δὲ ἀπόλλυνται. διὸ καὶ ἐπὶ μὲν τῶν πλησίον ἀσφενικῶς τὸν λόγον προήγαγε, τὸ ὑψηλὸν καὶ ἰσχυρὸν αὐτῶν ἐνδεικνύμενος· ἐπὶ δὲ τῶν πενήτων, θηλυκῶς, τὸ ταπεινὸν καὶ ἀσθενὲς τούτων ὑποφαίνων. καὶ γὰρ ὅσοι μὲν, ἢ τὸν πλοῦτον καλῶς διώκησεν, ἢ τὴν πενίαν καλῶς ἐβάσασαν, παραλαμβάνονται εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου, ὡς γνώριμοι αὐτῷ τυγχάνοντες· ὅσοι δὲ τἐναντίον, ἀφίενται κάτω, ὡς ἀνάξιοι, περιμένοντες ἐνταῦθα τὸν δικαστήν. λεκᾶς δὲ ἕτερος φησὶν περὶ τούτε ἐν τῷ ἕξηκοστῷ κεφαλαίῳ· ὅτι ἔσονται[k]) δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς. εἷς[l]) παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται. δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, μία παραληφθήσεται, καὶ ἡ ἑτέρα ἀφεθήσεται. διὰ μὲν τῶν ἐπὶ τῆς κλίνης, τοὺς ἐν ἀναπαύσει δηλῶν· διὰ δὲ τῶν ἐν τῷ μύλωνι, τοὺς ἐν κακοπαθείᾳ. δῆλον οὖν, ὅτι διαφέρως κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον καιρὸν ἐρρήθησαν, τὰ τε λευκᾶ μὲν, πρότερον· τὰ δὲ τοῦ ματθαίου, ὕστερον.

k) Luc. 17, 34.

† † Ἀγρὸν ὠνόμασε τὸν[6]) κόσμον· παραλαμβάνεται οὖν, ὁ σωζόμενος· ἀφίεται, ὁ κατακρινόμενος. Ἐκ τούτου τοίνυν μάθωμεν, ὅτι καὶ πένητες καὶ πλούσιοι καὶ δοῦλοι καὶ κύριοι παραλαμβάνονταί τε καὶ ἀφίενται. δείκνυσι δὲ, ὅτι μηδὲ πλούσιοι πάντες ἀπόλλυνται, μηδὲ πένητες πάντες σώζονται. ὅθεν καὶ ἐπάγει· γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε, ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κύριος ὑμῶν ἔρχεται. τὴν ἡμέραν οὐκ εἶπε, βουλόμενος ἐναγωνίους εἶναι αὐτοὺς διηνεκῶς.

Verſ. 42. *Vigilate — venturus ſit.*

Marcus autem ſcripſit, Vigilate, et orate, neſcitis enim quando tempus ſit: ſecundi videlicet aduentus eius. Per vigiliam autem ſiue vigilantiam, intellige non ſolam ſomni temperantiam: verum etiam omnimodam attentionem et cuſtodiam. Dicit enim et Lucas, Attendite vobis ipſis ne quando grauentur corda veſtra crapula et ebrietate, ac curis huius vitae et repentinus ſuperveniat vobis dies ille. Tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem vniuerſae terrae. Tanquam laqueus ſane propter non apparentiam et impraemeditationem. Facies autem terrae eſt ſuperficies et apparitio illius. Sedentes vero, ſunt viuentes, aut in mundo degentes. Deinde dicit etiam de oratione. Vigilate omni tempore precantes, vt digni habeamini effugere omnia haec quae ventura ſunt, a ſeductoribus videlicet, et quaecunque alia erunt pericula.

Verſ. 43. *Illud — ſuam.*

Vigilia ſiue cuſtodia dicitur quarta pars noctis, prout etiam alibi diximus. Parabolice autem nunc dicit, quod ſi ſciſſet homo quo tempore finis vitae ſuae futurus eſſet, vtique circa illud tempus vigilaſſet, et nequaquam periiſſet. Sed propterea et communem omnium finem, et eum qui cuique proprius eſt, fecit Deus vt ignorarent, ne ad illud ſolum tempus vigilarent, omni reliquo male viuentes: ſed vt, quum incertus ſit finis, ſemper illum expectent, ſemper ſint ad certamen parati.

Verſ. 44.

7) Incluſa exciderunt A.
8) Apud Lucam γίνεσθε habet vterque.

Verſ. 42. Γρηγορεῖτε — ἔρχεται.

Ὁ δὲ μάρκος ἔγραψεν, ἀγρυπνεῖτε l) καὶ προσ- l) Marc. 13, 33.
εύχεσθε. οὐκ οἴδατε, πότε ὁ καιρός ἐστιν, ὁ τῆς δευτέρας, δηλονότι, παρουσίας αὐτοῦ. ἐγρήγορσιν δὲ καὶ ἀγρυπνίαν νόει, μὴ μόνον τὴν τοῦ ὕπνου ἐγκράτειαν, ἀλλὰ καὶ τὴν παντοίαν προσοχήν τε καὶ φυλακήν. φησὶ γὰρ καὶ ὁ λουκᾶς, προσέχετε m) ἑαυτοῖς, μήποτε βαρηθῶσιν ὑμῶν αἱ καρ- m) Luc. 21, 34.
δίαι ἐν κραιπάλῃ, καὶ μέθῃ, καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ αἰφνίδιος ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη. ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. [ὡς n) παγὶς μὲν, διὰ τὸ ἀσυμφανὲς αὐτῆς καὶ ἀπρόσοπτον· πρόσωπον δὲ τῆς γῆς,) ἡ ἐπιφάνεια αὐτῆς· καθήμενοι δὲ, οἱ διάγοντες. εἶτα λέγει καὶ περὶ τῆς προσευχῆς, ὅτι o) ἀγρυπνεῖτε, ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι, ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν πάντα τὰ μέλλοντα p) γενέσθαι, δηλαδὴ, παρὰ τῶν πλάνων, καὶ ὅσα δεινά. n) Luc. 21, 35. o) Luc. 21, 36.

Verſ. 43. Ἐκεῖνο — αὐτὸ.

Φυλακὴ καλεῖται, τὸ τεταρτημόριον τῆς νυκτὸς, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. παραβολικῶς δὲ φησι νῦν, ὅτι ἐὰν ἐγίνωσκεν ὁ ἄνθρωπος, ἐν ποίῳ καιρῷ τῆς ζωῆς αὐτοῦ τὸ τέλος ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἂν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καὶ οὐκ ἂν ἀπώλετο. ἀλλὰ διὰ τοῦτο, καὶ τὸ κοινὸν πάντων τέλος, καὶ τὸ ἴδιον ἑκάστε πεποίηκεν ἀγνοούμενον ὁ θεὸς, ἵνα μὴ κατ' ἐκεῖνον μόνον τὸν καιρὸν νήφωσιν, τὸν ἄλλον ἅπαντα κακῶς βιοῦντες· ἀλλ' ἵνα τῇ τέλες ἀδήλου τυγχάνοντος, ἑκάστοτε τοῦτο προσδοκῶντες, ἑκάστοτε ὦσιν ἐναγώνιοι.

Vers. 44. *Ideo — venturus est.*

Ideo. Quare? Quia tempus ignoratis. In vniuersali siquidem fine mundi manifestum est, quod dominus veniet. De proprio autem fine dicunt quidam, quod vnoquoque Christiano moriente adest dominus cum sanctis angelis: quando etiam rationem reddit anima. Quidam vero aduentum proprium illius, dicunt imperium eius quo iubet vt anima separetur. Quia autem in futuri iudicii memoriam incidit, ad praeceptores conuertit sermonem, et dicit.

Vers. 45. *Quisnam — tempore.*

Famulitium dicit ipsos famulos ac Dei seruos: Cibum autem, rationalem doctrinam.

Vers. 46. *Beatus — sic facientem.*

Sic, sicut iussit.

Vers. 47. *Amen — eum.*

In magnum honorem constituet eum, vt bonis suis dignum ducat illum. Tu vero huiusmodi ne vlterius curiose scruteris. Parabolica namque ita tractanda sunt, quasi significantia solum ea quae necessaria sunt.

Vide autem quod duo haec habere oporteat eum qui praepositus est: puta fidem, ne retineat ea quae sunt conseruorum, aut inutiliter consumat: et prudentiam, vt decenter ea diuidat, quae sibi tradita

*) Huc ex margine sui Codicis Hentenius refert haec: *Iustissime sane tanquam prudentem et studiosum. Id autem non de solis pecuniis ac possessionibus dictum*

Verſ. 44. Διὰ τοῦτο — ἔρχεται.

Διὰ τοῦτο, ποῖον; διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὸν καιρόν. ἐν μὲν οὖν τῷ παγκοσμίῳ τέλει φανερὸν, ὅτι ὁ κύριος ἔρχεται· περὶ δὲ τοῦ ἰδικοῦ, τινὲς μέν φασιν, ὅτι ἑκάστου χριστιανοῦ τελευτῶντος, παραγίνεται μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ὅτε καὶ λογοθετεῖται ἡ ψυχή· τινὲς δὲ ἔλευσιν ἰδικὴν αὐτοῦ λέγουσιν, τὴν κέλευσιν τοῦ χωρισμοῦ τῆς ψυχῆς. ἐπεὶ δὲ λοιπὸν εἰς τὴν τῆς μελλούσης κρίσεως ἐνέβαλε μνήμην, πρὸς τοὺς διδασκάλους τρέπει τὸν λόγον, καὶ φησί.

Verſ. 45. Τίς — καιρῷ.

Θεραπείαν μὲν λέγει, τοὺς θεράποντας, τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ· τροφὴν δὲ, τὴν λογικὴν, τὴν διδασκαλικήν.

Verſ. 46. Μακάριος — ποιοῦντα οὕτως.

Οὕτως, ὡς προσετάγη.

Verſ. 47. Ἀμὴν — αὐτόν.[9])

Εἰς μεγάλην τοῦτον καταστήσει τιμὴν, τῶν ἀγαθῶν ἑαυτοῦ καταξιώσει αὐτόν. σὺ δὲ μηδὲν ἐπὶ τῶν τοιούτων περαιτέρω πολυπραγμόνει. τὰ παραβολικὰ γὰρ, ὡς ἐμφαντικὰ μόνων τῶν ἀναγκαίων, μεταχειριστέον.

Ὅρα δὲ, ὅτι δύο ταῦτα χρὴ τὸν προϊστάμενον ἔχειν, πίστιν, ὥστε μὴ παρακατέχειν τὰ τῶν συνδούλων, ἢ μάτην παραναλίσκειν· καὶ φρόνησιν, ὥστε πρεπόντως διανέμειν τὰ ἐγκεχειρισμένα, καὶ

dictum eſt, ſed et de ſermone erga mentem, omnique diſpenſatione, quam quisque nactus eſt.

tradita sunt, et cum iudicio tam in qualitate, quam in quantitate. Conuenit autem hic sermo non his tantum qui diuites sunt in sermone, sed et his qui pecuniis ac possessionibus diuites sunt. Omnes enim constituit Deus dispensatores eorum quae possident, volens vt omnes fideliter ac prudenter cuncta diuidant. Praeterea illis quoque aptatur hic sermo, qui principatum quemcunque acceperunt: Oportet enim et ipsos non iuxta propriam beneuolentiam aut inimicitiam administrare (quod fraudis est et infidelitatis) neque stulte et imprudenter.

Vers. 48. *Quodsi — v. 50. ignorat.*

Seruus ille malus, qui videlicet ediuerso infidelis et imprudens euasit: si putans cunctari dominum suum eo quod diem ignorat et horam, vt dictum est, coeperit verberare conseruos suos, hoc est quouis modo illis nocere, siue corporaliter siue spiritualiter. Edat autem et bibat cum ebriis, hoc est, conuersetur cum peruersis et corruptis hominibus, improuise deprehendet eum dominus suus.

Vers. 51. *Et — eum.*

Separabit ab eo dispensandi dignitatem.

† Diuisionem eius dicit omnimodam et perpetuam gratiae spiritus sancti ablationem. Quodsi neque nunc commiscetur animabus eam contaminantibus: at saltem adest his, qui semel ea sunt insigni-

[1]) Huc refert ex margine sui Codicis Hentenius haec: *Dominum constituens vnumquemque erga eos, qui ipsorum indigent liberalitate. Studeamus itaque cum omni gaudio ac promptitudine ea, quae acquisiuimus, spargere in pauperes.*

μετὰ διακρίσεως, ἔν τε ποιότητι, καὶ ποσότητι. ἁρμόζει δὲ ὁ λόγος οὗτος ὲ μόνον τοῖς πλεσίοις εἰς λόγον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλεσίοις εἰς χρήματα. πάντας [1]) γὰρ οἰκονόμους, ὧν εὐπορᾶσιν, ὁ θεὸς κατέςησε, καὶ βέλεται πάντας πιςῶς καὶ φρονίμως πάντα διανέμειν. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡντιναοῦν ἀρχὴν ἐγκεχειρισμένοις ὁ λόγος ἔτι πρεσήκει. δεῖ γὰρ καὶ τούτους μὴ πρὸς ἰδίαν εὔνοιαν ἢ ἀπέχθειαν διοικεῖν, ὅπερ ἐςὶ νοσφισμοῦ καὶ ἀπιςίας, μηδὲ ἀφρόνως καὶ ἀσυνέτως.

Vers. 48. Ἐὰν δὲ — v. 50. γινώσκει.

Ὁ κακὸς δᾶλος ἐκεῖνος, ὁ τἐναντίον ἄπιςος καὶ ἄφρων ἀποβὰς, ἐὰν οἰόμενος βραδύνειν τὸν κύριον αὐτοῦ, διὰ τὸ ἀγνοεῖν τὴν ἡμέραν, ὡς ἔρηται, καὶ τὴν ὥραν, ἄρξηται τύπτειν τοὺς ὁμοδούλους αὐτοῦ, τετέχθαι, ὁπωσδήποτε βλάπτειν αὐτοὺς, εἴτε ψυχικῶς, εἴτε σωματικῶς· ἐθὶς δὲ καὶ πίνῃ μετὰ τῶν μεθυόντων, ἤγουν, συναναςρέφηται φαύλοις καὶ διεφθαρμένοις ἀνθρώποις, ἀπροόπτως ἐπικαταλήψεται τοῦτον ὁ κύριος αὐτοῦ.

Vers. 51. Καὶ — αὐτόν.

Διέλη [2]) ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸ οἰκονομικὸν ἀξίωμα.

[Ἤ [3]) διχοτομίαν λέγει, τὴν παντελῆ καὶ διηνεκῆ ἀφαίρεσιν τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἐὰ γὰρ μηδ᾽ ἐνταῦθα τοῖς βεβηλωσάσαις αὐτὴν ἀνακέκραται ψυχαῖς, ἀλλ᾽ οὖν πάρεσι τοῖς

[2]) Et hic et paullo post in vtroque Codice legitur διέλῃ, quod nihili est. Puto, Euthymium scripsisse διελεῖ. Sic Luc. 12, 18. est καθελῶ. In scholiis Codicum Mosquensium ad hunc Matthaei locum praesenti tempore legitur ἀποσχίζει, διαιρεῖ.

[3]) Inclusa in margine habet. A.

insigniti, expectans conuersionem ipsorum: tunc autem omnino et perpetuo alienabitur.

Vers. 51. *Partemque — dentium.*

Partem eius dicit eum ipsum[4], vtpote iam diuisum a dispensatoria dignitate: aut diuidet eum a suis cultoribus, eiusque sortem ponet cum hypocritis, tanquam fingentem se dispensare ac praepositum esse, quum potius nociuus sit. Bifariam itaque excitauit ad semper vigilandum: et ex honore qui seruo fideli ac prudenti reponitur, et ex supplicio quod malum expectat seruum. Hanc autem parabolam Lucas quoque scripsit quadragesimo sexto capite, in quo de malo seruo ait: partemque eius cum infidelibus ponet. Infideles autem vtique etiam hypocritae sunt: promittunt enim se nosse Deum, sed mentiuntur. Et ita consonant quae dicta sunt: quodsi etiam dissona sunt, nihil mirum: variis enim dicta sunt temporibus.

Cap. LIX. De decem virginibus.

Cap. XXV. v. 1. *Tunc — virginibus.*

Regnum coelorum suo more nunc vocat ea quae tunc circa regnum coelorum contingent. Virgines autem seruantes virginitatem, siue viri sint siue foeminae. Scire ergo oportet, quod in praecedente parabola generalius de omnium vtilitate docuit quam conseruis debent: in hac autem de ea sola particularius disserit, quae est in pecuniis et possessioni-

4) Iterum scribendum, διελεῖ.

τοῖς ἅπαξ ἐσφραγισμένοις, ἀναμέσα τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῶν. τότε δὲ παντελῶς καὶ διηνεκῶς αὐτῶν ἀλλοτριωθήσεται.]

Vers. 51. Καὶ τὸ μέρος — ὀδόντων.

Μέρος αὐτοῦ λέγει, αὐτὸν ἐκεῖνον, ὡς ἤδη κεχωρισμένον ἀπὸ τοῦ οἰκονομικοῦ ἀξιώματος. ἢ διέλη[4]) αὐτὸν ἀπὸ τῶν θεραπόντων αὐτῆ, καὶ τὸν κλῆρον αὐτῆ θήσει μετὰ τῶν ὑποκριτῶν, ὡς ὑποκρινομένου μὲν οἰκονομεῖν καὶ προΐσασθαι, βλάπτοντος δὲ μᾶλλον. διχῇ τοίνυν διηγειρεν εἰς τὸ νήφειν ἀεί, καὶ ἀπὸ τῆς ἀποκειμένης τῷ πιστῷ καὶ φρονίμῳ δέλῳ τιμῆς, καὶ ἀπὸ τῆς μενέσης τὸν κακὸν δεῖλον τιμωρίας. ταύτην δὲ τὴν παραβολὴν καὶ ὁ λουκᾶς ἀνέγραψεν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἕκτῳ κεφαλαίῳ, ἐν ᾧ φησὶ περὶ τοῦ κακοῦ δέλε, ὅτι,[o]) καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει. καὶ οἱ ἄπιστοι δὲ πάντως, ὑποκριταί. ἐπαγγέλλονται μὲν γὰρ εἰδέναι θεόν· ψεύδονται δέ. καὶ ἔτω συμφωνεῖσι τὰ ῥητά. εἰ δὲ καὶ διαφωνοῦσιν, ἐδὲν καινόν. κατὰ διαφόρους γὰρ καιροὺς εἴρηνται. o) Luc. 12, 46.

ΚΕΦ. ΝΘ. Περὶ τῶν δέκα παρθένων.

Cap. XXV. v. 1. Τότε — παρθένοις.

Βασιλείαν τῶν ἐρανῶν, ἰδιοτρόπως λέγει νῦν αὐτὰ τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν τῶν ἐρανῶν γενησόμενα τότε· παρθένες δὲ, τοὺς παρθενεύοντας, εἴτε ἄνδρες ὦσιν, εἴτε γυναῖκες. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης παραβολῇ καθολικώτερον περὶ πάσης ὠφελείας τῆς εἰς τοὺς ὁμοδέλους ὀφειλομένης ἐδίδαξεν· ἐν ταύτῃ δὲ ἰδικώτερον διαλέγεται

ſeſſionibus. Virgines autem huic parabolae ſupponit non vtcunque: ſed quia magnum quippiam eſſe virginitatem docuit, quum dixit, ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum coelorum. Vere etenim magnum eſt, ideo neque ſub legis neceſſitate conſtitutum eſt, ſed in propria hominum voluntate permiſſum eſt: Qui poteſt inquit capere capiat. Nunc vult oſtendere, quod neque praeclarum hoc facinus ſine eleemoſyna poſſeſſum proderit.

Verſ. 1. *Quae — ſponſo.*

Virginea lampas eſt munditia quae a virginitate procedit. Sponſus vero Chriſtus vtpote amans et qui amatur. Exierunt autem in occurſum eius: expectatione occurſus eius.

Verſ. 2. *Quinque — v. 4. ſuis.*

Oleum vocat eleemoſynae virtutem. Has ergo merito ſtultas vocauit, quia quum acrem ac vehementem corporis amorem deuiciſſent, maioremque ſuſtinuiſſent laborem: tenacitate deuictae ſunt. Illud enim bellum multo violentius eſt, magisque tyrannicum. Rurſum vero ſapientes nuncupauit caeteras, vtpote non paſſas, quod ſtultae paſſae ſunt.

† Aliter Theologus quaedam praedictorum verborum ſumit in adhortatione ad baptiſmum: verum et haec, et illa pulchre dici poſſunt.

Verſ. 5.

5) Ex margine ſui Codicis huc refert Hentenius: *ſiquidem laudat id exequentem: non autem cogit nolentem.*

6) παρθενικὰς λαμπάδας. A.

7) Incluſa in margine habet Codex vterque. Ante haec ex margine Hentenius addit: *Dicit ergo, quod virgo etiam ſi in caeteris bene ſe habeat, ſit*

λέγεται περὶ μόνης τῆς ἐν χρήμασι. παρθένους δὲ τῇ παραβολῇ νῦν ὑποτίθησι, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐπειδὴ μέγα τὴν παρθενίαν ἀπέδειξεν, ἐν οἷς εἶπεν, εἰσὶν [p]) εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνόχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν Βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. καὶ γὰρ ἔντως μέγα ἐστί. [5]) διὸ οὐδ' εἰς ἀνάγκην νόμου κατέστη. ἀλλὰ τῇ προαιρέσει τῶν ἀνθρώπων ἐπιτέτραπται. ὁ δυνάμενος [q]) γάρ, φησι, χωρεῖν, χωρείτω. δεῖξαι βέλεται νῦν, ὅτι ἐδὲ τὸ μέγα τοῦτο κατόρθωμα τὸν κεκτημένον ὠφελεῖ, χωρὶς ἐλεημοσύνης.

p) Matt. 19, 12.

q) Matt. 19, 12.

Verſ. 1. Αἵτινες — νυμφίου.

Παρθενικὴ [6]) λαμπὰς, ἡ ἀπὸ τῆς παρθενίας καθαρότης· νυμφίος δὲ, ὁ χριστὸς, ὡς ποθῶν καὶ ποθούμενος. ἐξῆλθον δὲ εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, τῇ προσδοκίᾳ τῆς ἀπαντήσεως.

Verſ. 2. Πέντε — v. 4. αὐτῶν,

Ἔλαιον καλεῖ, τὴν ἀρετὴν τῆς ἐλεημοσύνης. μωρὰς δὲ ταύτας εἰκότως ἐκάλεσεν, ὅτι τὸν θρίμυν καὶ σφοδρὸν τὲ σώματος ἔρωτα νικήσασαι, καὶ τὸν μείζονα πόνον ὑποσᾶσαι, τῆς φειδωλίας ἡττήθησαν. ἐκεῖνος γὰρ ὁ πόλεμος πολλῷ ταύτης τυραννικώτερός τε καὶ βιαιότερος. ἐκείνας δὲ φρονίμους αὖθις ὠνόμασεν, ὡς μὴ παθέσας, ὅπερ αἱ μωραὶ πεπόνθασι.

[Ἕτερος [7]) δὲ ὁ θεολόγος τινὰ τῶν προκειμένων ῥητῶν ἐξελάβετο, ἐν τῷ εἰς τὸ βάπτισμα προτρεπτικῷ· καλὰ δὲ κἀκεῖνα καὶ ταῦτα.]

Verſ. 5.

ſit tamen eleemoſynae bonis deſtituta, vna cum ſcortis eiicitur, et merito. Vnae virginitatem dicit vitae puritatem: oleum autem vocat humanitatem, eleemoſynam, auxilium egenis praeſtitum.

Verſ. 5. *Tardante — dormierunt.*

Tardante propter cunctationem ſecundi aduentus. Dormitatio autem in hoc loco pro refrigeſcentia accipienda eſt: ſomnus vero pro morte.

Verſ. 6. *Media — occurſum ei.*

Medium noctis dixit, vel rurſum inprouiſum et inexpectatum demonſtrans: vel ſignificans quod in nocte fiet reſurrectio mortuorum. Eum vero qui hic clamor dicitur, Paulus iuſſum ac vocem archangeli dixit. Exite autem, videlicet e monumentis.

Verſ. 7. *Tunc — ſuas.*

Omnes quidem ſurrexerunt: quae vero ornauerunt lampades ſuas erant prudentes. Ornauerunt autem olei ornamento.

Verſ. 8. *Fatuae autem — extinguuntur.*

Et hoc ſtultitiae fuit, ſperaſſe ſe ibi oleum ad ornatum accepturas, quod tunc ab aliis poſſideretur. Extinguuntur autem, obſcuratae tenebris inclementiae. Solent enim multi tenebroſos quoque vocare inclementes.

Verſ. 9. *Reſponderunt — vobis.*

Et hoc prudentiae fuit. Docet autem ſermo, quod nullus a propria virtute alterum tunc iuuare poterit. Vix enim ſibiipſi ad ſalutem ſufficiet, eo quod

8) Ψυχοῤῥαγία eſt *animi deliquium.* Ψυχοῤῥαγεῖν de iam iam morituris dicitur. Apoll. Rod. II, 835. Τὸν δ' ἕταροι ἐπὶ νῆνα φέρον ψυχοῤῥαγέοντα, Ἀχνύμενοι, χείρεσσι δ' ἑῶν ἐνὶ κάτθαν' ἑταίρων.

9) Offendo in his duobus vocabulis. Hentenius ita reddidit, ac ſi repererit, τὸ τότε. Sed nec hoc placet.

Verſ. 5. Χρονίζοντος — ἐκάθευδον.

Χρονίζοντος, διὰ τὴν βραδυτῆτα τῆς δευτέρας παρουσίας. νυσταγμὸν δὲ ἐνταῦθα, τὴν ψυχορράγιαν [8]) ὑπολήπτέον· ὕπνον δὲ, τὸν θάνατον.

Verſ. 6. Μέσης — ἀπάντησιν αὐτῦ.

Μέσης τῆς νυκτὸς εἶπεν, ἢ πάλιν τὸ ἀνύποπτον καὶ ἀπροσδόκητον ἐμφαίνων, ἢ παραδηλῶν, ὅτι ἐν νυκτὶ γενήσεται ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. τὴν δὲ ἐηθεῖσαν κραυγὴν ὁ παῦλος κέλευσμα [1]) καὶ φωνὴν ἀρχαγγέλε εἰρηκεν. ἐξέρχεσθε δὲ, δηλονότι, ἐκ τῶν μνημείων. 1) 1 Theſſ. 4, 16.

Verſ. 7. Τότε — αὐτῶν.

Πᾶσαι μὲν ἠγέρθησαν· ἐκόσμησαν δὲ τὰς λαμπάδας ἑαυτῶν αἱ φρόνιμοι. ἐκόσμησαν δὲ αὐτὰς, τῷ κόσμῳ τῦ ἐλαίε.

Verſ. 8. Αἱ δὲ μωραὶ — σβέννυνται.

Καὶ τοῦτο μωρίας, τὸ προσδοκῆσαι ἐκεῖ ἔλαιον λαβεῖν εἰς κόσμησιν, καὶ [9]) τότε ἄλλοις κτηθέν. σβέννυνται δὲ, ἀμαυρεμέναι τῷ σκότει τῆς ἀνελεημοσύνης. εἰώθασι γὰρ καὶ οἱ πολλοὶ σκοτεινοὺς [1]) καλεῖν τοὺς ἀνελεήμονας.

Verſ. 9. Ἀπεκρίθησαν — ὑμῖν.

Καὶ τοῦτο φρονήσεως. διδάσκει δὲ ὁ λόγος, ὅτι οὐδεὶς ἐκ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἕτερον ὠφελῆσαι τότε δυήσεται. [μόγις [2]) γὰρ αὐτῷ πρὸς σωτηρίαν ἀρκέσει,

placet. Forte, καὶ ταῦτα ἄλλοις, aut, καὶ τὸ τότε ἄλλοις.

[1]) Ita etiam Chryſoſt. Tom. VII. p. 753. A.

[2]) Incluſa abſunt. A.

quod in multis delinquat etiam is, qui plurimum virtuti deditus est. Vide autem quomodo prudentes etiam ibi eleemosynam demonstrent: volentes quidem fatuis tradere, sed non potentes. Hoc enim responsio illarum significat.

Vers. 9. *Ite — vobisipsis.*

Quum ob rationabilem causam tradere non possent: tamen prae humanitate consulunt. Vendentes quidem sunt pauperes: verum tunc non vendunt.

Vers. 10. *Euntibus — sponsus.*

Tentauerunt quidem abire, sed non potuerunt. Ostendit autem et hic sermo, quod tunc vanus erit ad virtutem conatus.

Vers. 10. *Et — ianua.*

Nuptiae sunt communicatio regni coelorum, et conuersatio cum Christo.

Vers. 11. *Postea — nobis.*

Putant enim quod tanquam virgines intrabunt.

Vers. 12. *At ille — vos.*

Non cognosco inquit vos, extinctis videlicet lampadibus vestris. Cognitionem autem nunc eam intellige, quae a familiaritate procedit. Nullus enim immisericors familiaris est misericordi Christo. Heu post tantos labores, post tanta certamina, post tanta tropaea, quae illae aduersus insanientem

ἀρκέσει, διὰ τὸ πολλὰ πταῖσαι καὶ τὸν ἄγαν ἐνάρετον. ὅρα δὲ, πῶς αἰ φρόνιμοι κἀκεῖ τὴν ἐλεημοσύνην ἐπιδείκνυνται.] θέλουσαι μὲν μεταδοῦναι καὶ ταῖς μωραῖς, μὴ δυνάμεναι δέ. τοῦτο γὰρ ἡ ἀπόκρισις τῶν ἐμφαίνει.

Vers. 9. Πορεύεσθε — ἑαυταῖς.

Μὴ δυνάμεναι μεταδοῦναι δι' εὔλογον αἰτίαν, ὅμως ὑπὸ φιλανθρωπίας συμβουλεύουσι. πωλοῦντες δέ εἰσιν, οἱ πένητες, ἀλλ' ἐ τότε πωλοῦσιν.

Vers. 10. Ἀπερχομένων — νυμφίος.

Ὥρμησαν μὲν ἀπελθεῖν, οὐκ ἠδυνήθησαν δέ. δείκνυσι δὲ καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὅτι τότε ματαία ἡ πρὸς ἀρετὴν ὁρμή.

Vers. 10. Καὶ — θύρα.

Γάμοι εἰσὶν, ἡ κοινωνία τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ ἡ σὺν χριστῷ διαγωγή.

Vers. 11. Ὕστερον — ἡμῖν.

Οἰονται γὰρ, ὡς παρθένοι εἰσελθεῖν.

Vers. 12. Ὁ δὲ — ὑμᾶς.

Οὐ γνωρίζω, φησὶν, ὑμᾶς, ὡς ἐσβεσμένων τῶν λαμπάδων ὑμῶν γνῶσιν δὲ νῦν, τὴν ἐξ εἰκαιώσεως νόησον. εἰδεὶς γὰρ ἀνελεήμων οἰκειοῦται τῷ ἐλεήμονι χριστῷ. οἴμοι! μετὰ πόσης πόνης, μετὰ πόσης ἀγῶνας, μετὰ πόσα τρόπαια, ἃ κατὰ τῆς [3]) φύσεως λυττώσης ἀνέστησαν, ἀπεπέμφθησαν, διὰ

3) Malim vel omittere τῆς, vel scribere τῆς λυττώσης Φύσεως. Λυττῶσα Φύσις appellatur, impetus naturae incitans ad libidinem.

tem naturam erexerant, repudiatae ſunt propter eleemoſynam. Vbi ergo quis immiſericors virginitatem etiam non habuerit, qua tunc condemnatione dignus non erit? Non eſt autem curioſe ſcrutandum quare decem ſint virgines, et quae ſint vaſa earum, quaeue ſit ianua nuptiarum, caeteraque ipſius parabolae ſimilia, vt alias quoque frequenter praeceptum eſt.

Verum ſexageſimo primo capite ſcriptum eſt, quod primum abeunt peccatores in ſupplicium aeternum: deinde iuſti in vitam aeternam: in praeſenti vero capite contrarium apparet, quum ingreſſis primum prudentibus virginibus, poſtmodum reprobatae ſint fatuae. Ne ſuſpiceris contrarietatem ineſſe capitibus: illud ſiquidem exacte tractat de ordine: hoc autem aliud habet intentum, quod videlicet neque virginitas ſaluabit, non habens ſibi etiam coniunctam eleemoſynam, et quod vnius virtus alii tunc non proderit: quodque tunc motus ad virtutem vanus erit. Item quod licet plurimum deprecentur qui condemnati ſunt, nequaquam flectunt iudicem. Caetera vero omnia nullo delectu compoſita ſunt, vt probabilis fiat parabola. Nam neque dixit quod ablegatae ſunt in ſupplicium, eo quod nunc huiusmodi non exacte diſquirat.

Verſ. 13. *Vigilate — veniet.*

Frequenter id ſubinfert, oſtendens quod maxima ſit vtilitas, vt in hoc attendatur, propter finalis diei et horae incertitudinem.

Cap.

τὴν ἀνελεημοσύνην. ὅταν δὲ τις ἀνελεήμων ὢν, μηδὲ παρθενίαν ἔχοι, ποίας οὐκ ἂν εἴη καταδίκης ἄξιος; ἐ περιεργαξέον δὲ, διατί δέκα παρθένοι, καὶ τίνα τὰ ἀγγεῖα αὐτῶν, καὶ τίς ἡ θύρα τῶν γάμων, καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς παραβολῆς, ἃς πολλάκις καὶ ἐπ' ἄλλων παρήγγελται.

Εἰ δὲ ἐν μὲν τῷ ἑξηκοστῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ γέγραπται, ὅτι πρῶτον[1]) ἀπέρχονται οἱ ἁμαρτω- 5) Matt. 25, 46.
λοὶ εἰς κόλασιν αἰώνιον, εἶτα οἱ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον· ἐν δὲ τῷ παρόντι κεφαλαίῳ τἐναντίον φαίνεται, πρῶτον εἰσελθουσῶν τῶν φρονίμων παρθένων, εἶτα ἀποπεμφθεισῶν τῶν μωρῶν· μὴ ὑπολάβῃς ἐναντιολογίαν τῶν κεφαλαίων. ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἀκριβολογεῖ περὶ τῆς τάξεως· τοῦτο δὲ σκοπὸν ἕτερον ἔχει, τὸ διδάξαι μόνον, ὅτι οὐδ' ἡ παρθενία σάζει, μὴ[4]) συγκεκραμένην ἑαυτῇ καὶ τὴν ἐλεημοσύνην ἔχουσα, καὶ ὅτι ἡ ἑτέρου ἀρετὴ ἕτερον οὐκ ὠφελεῖ τότε, καὶ ὅτι ἡ πρὸς ἀρετὴν ὁρμὴ τηνικαῦτα ματαία, καὶ ὅτι πολλὰ καθικετεύοντες οἱ κατακριθέντες οὐκ ἐπικάμπτεσι. τἆλλα δὲ πάντα συνετέθησαν ἀπαρατηρήτως, ἵνα πιθανὴ γένηται ἡ παραβολή. καὶ γὰρ οὐδ' ὅτι ἀπεπέμφθησαν εἰς κόλασιν εἶπε, διὰ τὸ μὴ νῦν ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τῶν τοιούτων.

Verſ. 13. Γρηγορεῖτε — ἔρχεται.

Πολλάκις ἐπιλέγει τοῦτο, δεικνὺς, ὅτι πολλὴ χρεία προσοχῆς, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς τελευταίας ἡμέρας καὶ ὥρας.

4) συγκεκραμμένην. B.

Cap. LX. De talentis.

Verſ. 14. *Sicut — v. 15. facultatem.*

Etiam haec parabola ſimilis eſt ei quae ſuperius de fideli ac prudente ſeruo poſita eſt: verum alio modo figurata eſt: et de his differit, qui a Deo gratias acceperunt docendi (nam has nunc talenta vocat propter honorem illarum) et vel per earum vſum lucrum attulerunt, vel defodiendo nihil lucri fecerunt. Dicit ergo quod vocauit ſeruos ſuos, filius videlicet hominis, vtpote homo qui peregre profecturus erat: et vni quidem dedit quinque talenta, ſiue multa: Nam varia ſunt doctrinae dona, quae Paulus enumerauit: alii autem duo, hoc eſt pauca: alii vero vnum ſolum. Hi autem eſſe poſſunt epiſcopi et praeceptores eccleſiarum. Deinde addit et cauſam inaequalitatis in diuiſione, quod ſcilicet fuerit ſecundum cuiusque facultatem et idoneitatem.

Verſ. 15. *Et profectus eſt ſtatim.*

Hoc eſt, et reliquit eos vt operarentur. Sicut enim de vinea dixit, quod locauit eam agricolis, et peregre profectus eſt: ita dicit et nunc, vt eius diſcas longanimitatem, quomodo non continuo repetat. Quidam autem dicunt peregrinationem eſſe ſaluatoris in coelum aſſumptionem.

Verſ. 16. *Abiit — v. 17. duo.*

Duplicant ea quae ſibi concredita ſunt omnes qui proficiſcuntur ad ſalutem diſcipulorum, facientes eos

a) τῶν, omittit. B.
b) ἑαυτοῖς aut αὐτοῖς legendum, vti Hentenius etiam reddidit.

Κεφ. Ξ. Περὶ τῶν τὰ τάλαντα λαβόντων.

Vers. 14. Ὥσπερ — v. 15. δύναμιν.

Καὶ αὕτη ἡ παραβολὴ ὁμοία μέν ἐστι τῇ τοῦ πιστοῦ δέλε καὶ φρονίμου, καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἐσχημάτισαι, καὶ διαλαμβάνει περὶ τῶν λαμβανόντων ἐκ θεοῦ χαρίσματα διδασκαλικά· ταῦτα γὰρ νῦν ἐκάλεσε τάλαντα, διὰ τὸ τίμιον αὐτῶν· καὶ ἢ χρωμένων αὐτοῖς καὶ κερδαινόντων, ἢ κατακρυπτόντων καὶ μηδὲν κερδαινόντων. λέγει τοίνυν, ὅτι ἐκάλεσε τοὺς δέλες αὐτοῦ, ὁ υἱὸς, δηλαδὴ, τοῦ ἀνθρώπου, ὥσπερ ἄνθρωπος ἀποδημῆσαι μέλλων· καὶ ἄλλῳ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ἤγουν, πολλά· διάφορα γὰρ τὰ διδασκαλικὰ χαρίσματα, ἅπερ ὁ παῦλος ἀπηριθμήσατο· ἄλλῳ δὲ δύο, τετέσιν, ὀλίγα· ἄλλῳ δὲ ἕν μόνον. εἶεν δ' ἂν οὗτοι οἱ ἐπίσκοποι καὶ διδάσκαλοι[5]) τῶν ἐκκλησιῶν. ἔπτα προστίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐν τῇ διανομῇ ἀνισότητος, ὅτι κατὰ τὴν ἑκάσε δύναμιν καὶ ἐπιτηδειότητα.

Vers. 15. Καὶ ἀπεδήμησεν εὐθέως.

Ἀντὶ τοῦ, καὶ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἐργάζεσθαι. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ ἀμπελῶνος ἔφην, ὅτι ἐξέδοτο[1]) αὐτὸν γεωργοῖς καὶ ἀπεδήμησεν· ἕτω φησὶ καὶ νῦν, ἵνα μάθῃς τὴν μακροθυμίαν αὐτοῦ, πῶς οὐκ εὐθέως ἀπαιτεῖ. τινὲς δὲ φασιν ἀποδημίαν, τὴν ἐκ γῆς εἰς ἐρανὸν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος.

1) Matt. 21, 33.

Vers. 16. Πορευθεὶς — v. 17. δύο.

Διπλασιάζουσι τὰ ἐμπιστευθέντα τέτοις[6]) χαρίσματα πάντες οἱ ἐμπορευόμενοι τὴν τῶν μαθητῶν

eos rursus praeceptores aliorum. † Qui bene operatur et recte docet, duplicat concredita sibi talenta.

Vers. 18. *Qui vero — sui.*

Terram ipsummet intellige: in seipso enim retinuit, quod ad operationem datum erat, sic vt nec sibi, nec aliis vtilis fieret.

Vers. 19. *Post — rationem.*

Venit iuxta secundum aduentum: ideo etiam dixit, post multum tempus.

Vers. 20. *Et — per ea.*

Lucrum sunt qui per illius diligentiam acquisiti sunt, vt dictum est, et fructificati Deo.

Vers. 21. *Ait — constituam.*

Multis gratiis dignum faciam: multa bona tibi tradam.

Vers. 21. *Intra — tui.*

Requiem et beatitudinem, per nomen gaudii significauit.

Vers. 22. *Accedens — v. 23. tui.*

Quanquam diuersae fuerunt gratiae, aequalis tamen est honor: quia et aequale in illis studium. Si-

qui-

7) Haec vterque Codex in margine exhibet
8) τοῦτο, interponit. A.
9) αὐτῷ, addit. A.
1) πηθέντες. A.

σωτηρίαν, καὶ ποιῶντες καὶ αὐτοὺς διδασκάλους πάλιν ἑτέρων. [ὁ[7]] καὶ πράττων καλῶς, καὶ διδάσκων ὀρθῶς, τὰ ἐμπιστευθέντα διπλασιάζει τάλαντα.]

Vers. 18. Ὁ δὲ — αὐτοῦ.

Γῆν, αὐτὸν νόησον. ἐν ἑαυτῷ γὰρ κατέχωσε τὸ δοθὲν εἰς ἐργασίαν, ὡς μήτε αὐτῷ, μηθ' ἑτέροις[8]) χρησιμεῦσαι.

Vers. 19. Μετὰ — λόγον.

Ἔρχεται, κατὰ τὴν δευτέραν[9]) παρουσίαν. διὸ καὶ μετὰ χρόνον πολὺν εἶπε. συναίρει δὲ λόγον, ἀντὶ τοῦ, κινεῖ λογοθέσιον.

Vers. 20. Καὶ — ἐπ' αὐτοῖς.

Κέρδος εἰσὶν, οἱ διὰ τῆς σπουδῆς αὐτοῦ κτηθέντες,[1]) ὡς εἴρηται, καὶ καρποφορηθέντες θεῷ.

Vers. 21. Ἔφη — καταστήσω.

Πολλῶν χαρίτων σε ἀξιώσω, πολλῶν ἀγαθῶν σοι μεταδώσω.

Vers. 21. Εἴσελθε — σου.

Τὴν ἅπασαν μακαριότητα διὰ τοῦ ὀνόματος τῆς χαρᾶς ἐδήλωσε.

Vers. 22. Προσελθὼν — v. 23. σου.

Ἴσ: καὶ διάφορα τὰ χαρίσματα, ἀλλ' ἴση ἡ τιμὴ, διότι καὶ ἴση τούτοις ἡ[2]) σπουδή. καὶ γὰρ

[2]) τιμὴ, pro σπουδή. A. Deinceps repetit quoque διότι ad σπουδή. Ergo bis idem scripsit.

quidem vterque accepta duplicauit. Vel etiam aliter dici potest, quod aequaliter quidem laudantur, et aequaliter introducuntur, sed diuersimode remunerantur iuxta proportionem lucrorum, quae ab eis facta sunt.

Vers. 24. *Accedens — v. 25. quod tuum est.*

Durus, hoc est austerus. Putabat enim quod sola diligentia eorum qui negotiabantur, sine Dei auxilio, omne lucrum efficeret. Hanc autem responsionem effinxit parabola, volens ostendere quod tales nihil rationabile respondere poterunt: et quod quaecunque respondebunt contra seipsos omnia conuertentur. Audi ergo quae sequuntur.

Vers. 26. *Respondens — v. 27. vsura.*

Non quasi ille vera dixerit haec ait dominus: nihil enim recte fit sine ipso, sed suppositio sermone procedit, ac si diceret: si etiam talis essem, quod verum non est, tamen quia talem me nouerας, ideo magis oportebat te exposuisse donum meum, his qui nossent bonum a prauo diiudicare: hos enim appellat mensarios: oportuit te docuisse, admonuisse, consuluisse, quicquid in te erat fecisse, reliquum autem mihi permisisse, dico sane repetitionem: oportuit te quod facilius est interea perfecisse: quod autem difficilius est mihi reliquisse. Aes itaque alienum, doctrina est: vsura vero talis aeris, additio virtutum. Vsuram vocauit simpliciter omne lucrum, more communi vtens.

Vers. 28.

ἑκάτερος τὰ δεδομένα ἐδιπλασίασεν. ἢ καὶ ἑτέρως εἰπεῖν· ἐπίσης μὲν ἐπαινέσονται, καὶ ἐπίσης εἰσάγονται· διαφόρων δὲ τῶν ἀμοιβῶν ἀξιοῦνται, κατ' ἀναλογίαν τῶν ἐπικερδηθέντων.

Verſ. 24. Προσελθὼν — v. 25. τὸ σόν.

Σκληρὸς, ἀντὶ τοῦ, αὐστηρός. ὥετο γὰρ, ὅτι μόνη ἡ σπουδὴ τῶν ἐμπορευομένων ἄνευ τῆς ἐκ θεοῦ βοηθείας κατορθοῖ τὸ πᾶν. ταύτην δὲ τὴν ἀπολογίαν ἐσχημάτισεν ἡ παραβολὴ, δεῖξαι βουλομένη, ὅτι οἱ τοιοῦτοι οὐδὲν εὔλογον ἀπολογήσασθαι δυνηθήσονται, καὶ ὅτι ὅσα ἂν ἀπολογήσωνται, κατ' αὐτῶν πάντα περιτραπήσονται. καὶ ἄκουε τῶν ἑξῆς.

Verſ. 26. Ἀποκριθεὶς — v. 27. τόκῳ.

Οὐχ, ὡς ἀληθεύσαντος ἐκείνου, ταῦτα ἔφην ὁ κύριος· ᾔδειν γὰρ κατορθοῦται χωρὶς αὐτοῦ· ἀλλ' ὑποθετικῶς τὸν λόγον προήγαγεν, ὅτι εἰ καὶ τοιοῦτος ἦμην, ὅπερ οὐκ ἀληθὲς, ὅμως ἐπεὶ τοιοῦτόν με ἐγίνωσκες, διὰ τοῦτο μᾶλλον ἔδει σε καταβαλεῖν τὸ χάρισμά μου τοῖς εἰδόσι διακρίνειν τὸ καλὸν ἀπὸ τοῦ κακοῦ. τούτους γὰρ λέγει τραπεζίτας. ἔδει σε διδάξαι, νουθετῆσαι, συμβελεῦσαι, πᾶν τὸ σὸν ποιῆσαι· τὸ δὲ λοιπὸν ἐμοὶ ἐπιτρέψαι, λέγω δὴ, τὴν ἀπαίτησιν. ἔδει σε τὸ εὐχερέστερον τέως διαπράξασθαι· τὸ δὲ δυσχερέστερον ἐμοὶ καταλιπεῖν. δάνειον μὲν οὖν, ἡ διδασκαλία· τόκος δὲ τοῦ τοιούτου δανείου, ἡ προσθήκη τῶν ἀρετῶν· τόκον δὲ, τὴν ἐπικερδίαν ἁπλῶς ὠνόμασε, τῇ συνηθείᾳ χρησάμενος.

Verſ. 28.

Verſ. 28. *Tollite — v. 29. ab eo.*

Iuſſit eum nudari doctrinae dono: hoc enim dixit talentum: et honorem hunc in additionem dari ei qui habebat decem talenta. Omni enim qui diligentiam et curam habet, dabitur honor, etiam ſupra eum qui ipſi adiectus erat. Ab eo vero qui diligentiam non habet, vt dictum eſt, neque curam, auferetur etiam id quod habet doctrinae donum, tanquam ab eo cui nulli eſt vſui.

Verſ. 30. *Seruum quoque inutilem — dentium.*

Non in ablatione finem poenae poſuit, ſed in ſupplicium quoque intolerabile ablegauit. Inutilem autem dixit pigrum, et nullius bonae frugis. Vide ergo rem tremendam. Punitur ſiquidem non quod mala fecerit, ſed quod bona non fecerit. Declina enim inquit a malo et fac bonum. Illa vero parabola, quae apud Lucam ponitur ſexageſimo ſeptimo capite de decem minis, alia eſt ab iſta, etſi in pluribus ſit ſimilis. In illa enim data quidem aequalia fuerunt: lucra vero et honores inaequales.

Nam haec de diuerſis doctrinae gratiis non aequaliter datis differit: illa vero de diuerſis aequaliter datis.

Cap. LXI. De aduentu Chriſti.

Verſ. 31. *Quum — ſuae.*

Narrat etiam deinceps de ſecundo aduentu ſuo, ad terrorem et correctionem auditorum. Suam autem

3) Incluſa in margine habet. A.

Verſ. 28. Ἄρατε — v. 29. ἀπ' αὐτοῦ.

Ἐκέλευσε γυμνωθῆναι αὐτὸν τοῦ διδασκαλικοῦ ἀξιώματος· τοῦτο γὰρ ἔπε τάλαντον· καὶ τὴν τιμὴν ταύτην εἰς προσθήκην δοθῆναι τῷ ἔχοντι τὰ δέκα τάλαντα. παντὶ γὰρ τῷ ἔχοντι σπουδήν τε καὶ ἐπιμέλειαν, δοθήσεται τιμὴ καὶ περισσοτέρα τῆς ἐπιβαλλέσης αὐτῷ· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος σπουδήν, ὡς εἴρηται, καὶ ἐπιμέλειαν, καὶ ὃ ἔχει διδασκαλικὸν ἀξίωμα, ἀφαιρεθήσεται, οἷα μὴ χρησαμένου αὐτῷ.

Verſ. 30. Καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον — ὀδόντων.

Οὐ μέχρι τῆς ἀφαιρέσεως ἔστησε τὴν ζημίαν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀφόρητον ἀπέπεμψε κόλασιν, ἀχρεῖον αὐτὸν εἰπών, ὡς ἄχρηστον καὶ ὀκνηρόν. ὅρα πρᾶγμα φοβερόν. κολάζεται γὰρ, οὐχ ὅτι ἔπραξε κακὰ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔπραξεν ἀγαθά. ἔκκλινον [v]) γάρ, φησιν, ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. ἡ μέντοι κατὰ τὸ ἑξηκοστὸν ἕβδομον κεφάλαιον τοῦ [x]) λουκᾶ τῶν δέκα μνῶν παραβολὴ ἑτέρα παρὰ ταύτην ἐστὶν, εἰ καὶ τὰ πολλὰ ἔοικεν. ἐν ἐκείνῃ γὰρ αἱ δόσεις μὲν ἴσαι, τὰ κέρδη δὲ ἄνισα καὶ αἱ τιμαί.

v) Pſ. 33, 15.

x) Luc. 19, 13.

[Διότι [3]) αὕτη μὲν περὶ διαφόρων διδασκαλικῶν χαρισμάτων διαλαμβάνει, μὴ διδομένων ἐπίσης· ἐκείνη δὲ, περὶ διαφόρων διδομένων ἐπίσης.]

Κεφ. ΞΑ. Περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ χριστοῦ.

Verſ. 31. Ὅταν — αὐτοῦ.

Λοιπὸν διηγεῖται καὶ τὰ τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ, πρὸς φόβον καὶ διόρθωσιν τῶν ἀκροωμένων.

autem gloriam dicit, quae Deo propria eſt. Primus enim aduentus eius inglorius factus eſt. Sedebit vero, tanquam iudex: ſedes autem ſiue thronus dicitur gloriae, hoc eſt glorioſus et regius.

Verſ. 32. *Et — gentes.*

Poſtquam videlicet a mortuis reſurrexerint: praedixit enim variis in locis de reſurrectione earum.

Verſ. 32. *Et — hoedis.*

Nunc etenim commixti ſunt omnes: tunc vero diligenter ſeparabuntur. De ſolis autem Chriſtianis loquitur hic ſermo, veluti inferius manifeſtabitur.

Verſ. 33. *Et — ſiniſtris.*

Quibus comparantur iuſti, propter manſuetudinem, modeſtiam, ac fructificationem in virtutibus, ſicut illae in lacte et lana: Hoedis vero peccatores, propter inclementiam, et immodeſtiam, ac infructuoſitatem. Poteris quoque addere, quod etiam propter grauem peccati odorem: et quod non recta gradiantur, ſed a recto diſcedant itinere: quodque per praecipitia incedant. Verum illa ſane animalia, ea quae habent, a natura poſſident: iuſti vero et peccatores a voluntate. Ideo quoque illi honorantur, iſti autem puniuntur. Diuidit etiam eos non quod teſtibus egeat, ipſe enim teſtis eſt et iudex.

Verſ. 34. *Tunc — mundi.*

O vocem optabilem: o honorem ineffabilem. Benedicti inquit patris mei: laudati, electi. Non dixit

νων. δόξαν δὲ αὐτοῦ λέγει, τὴν θεοπρεπεστάτην. ἡ πρώτη γὰρ αὐτοῦ ἔλευσις ἐν ἀδοξίᾳ γέγονε. καθίσει δὲ, ὡς κριτής· θρόνος δὲ δόξης, ὁ ἔνδοξος, ὁ βασιλικός.

Vers. 32. Καὶ — ἔθνη.

Ἀναστάντα, δηλαδὴ, ἐκ νεκρῶν. προείρηκε γὰρ διαφόρως περὶ τῆς ἀναστάσεως [4]) αὐτοῦ.

Vers. 32. Καὶ — ἐρίφων.

Νῦν μὲν γὰρ ἀναμίξ εἰσι πάντες· τότε δὲ ἀκριβῶς διαχωρισθήσονται. περὶ τῶν χρισιανῶν δὲ μόνων ὁ λόγος ἐνταῦθα, ὡς κατωτέρω δηλωθήσεται.

Vers. 33. Καὶ — εὐωνύμων.

Προβάτοις μὲν, οἱ δίκαιοι παρεικάζονται, διὰ τὸ πρᾶον καὶ εὔτακτον καὶ καρποφόρον ἐν ἀρεταῖς, ὡς ἐκεῖνα, ἐν γάλακτι καὶ ἐρίῳ· ἐρίφοις δὲ, οἱ ἁμαρτωλοὶ, διὰ τὸ ἄγριον καὶ ἄτακτον καὶ ἄκαρπον. εἴποις δ' ἄν, καὶ διὰ τὸ δυσῶδες τῆς ἁμαρτίας, καὶ διὰ τὸ μὴ εὐθυπορεῖν, ἀλλὰ παρεγκλίνειν, καὶ διὰ τὸ κρημνοβατεῖν. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν, ἐκ φύσεως ἔχουσιν, ἃ ἔχουσιν· οἱ δὲ δίκαιοι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἐκ προαιρέσεως. διὸ καὶ οἱ μὲν τιμῶνται, οἱ δὲ τιμωρῶνται. διαιρεῖ δὲ αὐτοὺς, ὁ δεόμενος μαρτύρων, ἀλλ' αὐτὸς καὶ μάρτυς ὢν καὶ κριτής.

Vers. 34. Τότε — κόσμου.

Ὦ φωνῆς εὐκταίας! ὦ τιμῆς ἀξιήτου! οἱ εὐλογημένοι, φησὶ, τοῦ πατρός μου, οἱ ἐπαινετοὶ, οἱ ἐκλε-

4) Corrigendum αὐτῶν, sicut habet Hentenius.

dixit autem, Accipite, sed Possidete, tanquam paternum, tanquam debitum, tanquam praeparatum vobis a constitutione mundi. Priusquam enim homines fierent, paratum erat iustis, cognoscente Deo, quod futurum erat. Deinde dicit et causam tanti honoris.

Vers. 35. *Esuriui* — v. 36. *ad me.*

Hinc manifestum est, quod ad solos Christianos verba facit, ad quos euangelii sui praecepta facta sunt: nam ad infideles nullus tunc erit ei sermo: omnes enim simul per se condemnati erunt. Ideo enim dicit: Non resurgent impii in iudicio, hoc est, non resurgent vt iudicentur, sed vt puniantur. Siquidem manifestatum est etiam superius, quod quando apparebit signum filii hominis in coelo, tunc plangent omnes tribus terrae, solam habentes condemnantem conscientiam. Nunc ergo ad Christianos vt diximus sermo est. Vide autem quomodo de sola humanitate siue amore erga proximos differat, et ab hac sola iustos honore dignos iudicat, peccatores vero supplicio. Non quod caetera vel iustorum bona opera, vel peccatorum delicta sine examinatione vel discussione relinquenda sint: omnium siquidem cuncta inquiret et opera, et verba, et cogitationes, vt ipsemet frequenter sua doctrina manifestauit, et a multis diuinae scripturae locis discimus, et bonis quidem operibus praemia rependet, delictis autem poenas. Sed nunc de sola hac, vt dictum est, virtute differit, confirmare volens, quod hanc maxime requirit, et hanc prae omnibus expetit, vtpote Christianis maxime necessariam. Cuiusque enim Chri-

ἐκλεκτοί. οὐκ εἶπε δὲ, λάβετε, ἀλλὰ κληρονομήσατε, ὡς πατρῷαν, ὡς ὀφειλομένην, ὡς ἑτοιμαθεῖσαν ὑμῖν ἀπὸ συστάσεως κόσμου. πρὸ τοῦ γενέσθαι γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἠτοιμάσθη τοῖς δικαίοις, γινώσκοντος τοῦ θεοῦ τὸ μέλλον. εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τοσαύτης τιμῆς.

Vers. 35. Ἐπείνασα — v. 36. πρός με.

Ἐντεῦθεν φανερὸν, ὅτι πρὸς τοὺς χριστιανοὺς μόνος διαλέγεται, πρὸς οὓς αἱ τοῦ εὐαγγελίου αὐτοῦ γεγόνασιν ἐντολαί. πρὸς γὰρ τοὺς ἀπίστους θᾶττον αὐτῷ τὴν καρδίαν λόγος. ἅπαντες γὰρ κοινῶς αὐτοκατάκριτοι ἔσονται. διὰ τοῦτο γάρ, φησιν, οὐκ[x]) ἀνασήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, τουτ- y) Ps. 1, 5. ἔστιν, οὐκ ἀνασήσονται ἐπὶ τῷ κριθῆναι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τιμωρηθῆναι. καὶ γὰρ καὶ ἀνωτέρω δεδήλωκεν, ὅτι ὅτε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ, τότε κόψονται[z]) πᾶσαι z) Matth. 24, 30. αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, μόνον τὸ συνειδὸς καταδικάζον ἔχοντες. νῦν δὲ πρὸς τοὺς χριστιανούς, ὡς ἔφημεν, ὁ λόγος. ὅρα δὲ, πῶς περὶ μόνης τῆς φιλανθρωπίας διαλέγεται, καὶ ἀπὸ μόνης ταύτης τοὺς μὲν δικαίους ἀξιοῖ τιμῆς, τοὺς δὲ ἁμαρτωλοὺς, τιμωρίας· οὐχ ὡς τὰ λοιπὰ τῶν δικαίων μὲν κατορθώματα, τῶν ἁμαρτωλῶν δὲ πλημμελήματα, δίχα λόγου καταλιπεῖν μέλλων· πάντων γὰρ ἐξετάσει πάντα, καὶ τὰς πράξεις, καὶ τοὺς λόγους, καὶ τὰς ἐνθυμήσεις, ὡς αὐτός τε πολλαχοῦ τῆς ἑαυτοῦ δικαιοκρισίας ἐνέφηνε, καὶ πολλαχόθεν τῆς θείας γραφῆς μανθάνομεν· καὶ τῶν μὲν κατορθωμάτων τιμὰς ἀποδώσει· τῶν δὲ πλημμελημάτων τιμωρίας· ἀλλὰ νῦν περὶ μόνης ταύτης, ὡς εἴρηται, διαλέγεται, βεβαιῶσαι βουλόμενος, ὅτι ταύτην μάλιστα ζητεῖ, καὶ ταύτην ἅπαιτεῖ πρὸ πάντων, ὡς ἀναγκαιοτάτην χριστιανοῖς.

Christiani insigne quo dignosci potest est dilectio. In hoc inquit cognoscent omnes quod mei discipuli sitis, si dilectionem habueritis inter vos mutuam. Huius autem optima pars est pauperum amor, et erga proximum misericordia ac compassio, iuxta Gregorium Theologum. Nulla enim alia re inquit, inter omnes ita colitur Deus, vt misericordia: neque alii cuiquam magis rependetur humanitas quam humanitati. Praecipue ergo differit de praecipuo Christianorum opere, hoc modo nos et exterrens et attrahens, vt qui homines sumus, humani efficiamur, vtentes ea, qua ipse tunc vtetur humanitate. Iustissima est autem merces, vt inhumanis inhumanitas, et misericordibus misericordia rependatur. Etenim ipse qui misericors est, paruis operibus magnum retribuit premium: quid enim regno illi aequale esse poterit? Manifestum est autem quod ex his quae possumus, humanitatem requirit: his enim qui non possunt, sufficit quod velint. Varias enim humanitatis partes recensет: vt siquidem possumus, omnes impleamus: sin minus, at saltem eas quas possumus.

Vers. 37. *Tunc — v. 40. feciſtis.*

Regem vocauit seipsum, tanquam omnibus iam subiectis. Quatenus autem, id est in quantum. Fratres autem vocauit pauperes, vt qui similem cum eis susceperit naturam et abiectionem: vel etiam tanquam eos qui communicauerint paupertati ipsius.

Vers. 41.

5) ἔχοτε. A.
6) αὐτοὺς, pro τὲς πένητας. A.
7) Hic addit Hentenius scholium ex margine sui Codicis: *Fratres minimos vocat pauperes, quia humiles,*

χαρακτηρισικὸν μὲν γὰρ χρισιανῶ παντὸς ἡ ἀγάπη. ἐν τύτῳ γάρ, φησι, γνώσονται[a]) πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐσε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε[5]) ἐν ἀλλήλοις. ταύτης δὲ τὸ κράτισον ἡ Φιλοπτωχία καὶ ἡ περὶ τὸ συγγενὲς εὐσπλαγχνία καὶ συμπάθεια κατὰ τὸν θεολόγον γρηγόριον. ἐδενὶ γάρ, φησι, τῶν πάντων, ὡς ἐλέῳ θεὸς θεραπέυεται, ἐδὲ ἄλλῳ τινὶ μᾶλλον ἢ Φιλανθρωπία τὸ Φιλάνθρωπον ἀντιδίδοται. λοιπὸν οὖν ἐξαιρέτως διαλαμβάνει περὶ τοῦ ἐξαιρέτε χρισιανοῖς κατορθώματος, ἐκφοβῶν ἔτω καὶ σωμπείθων ἡμᾶς, ἀνθρώπες ὄντας, Φιλανθρώπες γίνεθαι, χρήζοντας τῆς παρ' αὐτοῦ τότε Φιλανθρωπίας. δικαιότατος δὲ μισθὸς τοῖς μὲν ἀνελεήμοσιν, ἀνελεημοσύνη· τοῖς δὲ ἐλεήμοσιν, ἐλεημοσύνη. καὶ γὰρ ἐλεῶν ἀντιδίδωσιν μικρῶν κατορθωμάτων μεγάλας ἀμοιβάς. τί γὰρ τῆς βασιλείας ἐκείνης ἀνταξίον; δῆλον δὲ, ὅτι ἐκ τῶν δυναμένων ἀπαιτεῖ τὴν Φιλανθρωπίαν· τοῖς γὰρ μὴ δυναμένοις ἀρκεῖ τὸ βέλεθαι. διάφορα δὲ μέρη καταλέγει τῆς Φιλανθρωπίας, ἵνα εἰ μὲν δυνατὸν, πάντα κατορθώσωμεν· εἰ δὲ μή, κἂν γε τὰ δυνατά.

a) Io. 13, 35.

Verſ. 37. Τότε — v. 40. ἐποιήσατε.

Βασιλέα ἑαυτὸν ἐκάλεσεν, ὡς πάντων λοιπὸν ὑποτεταγμένων. ἐρῶσον δὲ, ἀντὶ τοῦ, καθίσον. ἀδελφὲς δὲ, τὲς[6] πένητας ὠνόμασεν, ὡς ἐμοίαν αὐτοῖς ἀναλαβὼν Φύσιν καὶ ἐλαχισότητα, ἢ καὶ ὡς κοινωνὲς τῆς αὐτοῦ πενίας.[7])

miles, mendici, et abiecti ſunt: et eos qui viles ac deſpicabiles habentur: Non dico monachos ſolos, et eos qui montes inhabitant. ſed vnumquemque fidelium eſurientem, ſiue fame preſſum, nudum aut peregrinum; hos, inquam, fratres vocat, et primum eos laudat, qui his ſubuenerunt, vt ſententiae

Vers. 41. *Tunc — eius.*

Vides? Regnum quidem hominibus paratum est, ignis vero daemonibus. Insipientissimi autem homines, relictis his quae regno digna sunt, praeferunt ea quae ignem promerentur, ideo etiam ab illo excidentes, ad hunc condemnantur. Deinde rursus causa etiam vltionis ponitur.

Vers. 42. *Esurivi — v. 43. me.*

Non dixit, Non liberastis me paupertate, infirmitate, ac carcere, sed, Quae necessaria sunt non praebuistis, quae facilia sunt non fecistis. Primum autem misericordes praedicat, ostendens boni operis facilitatem, vt ab illo hos condemnet.

Vers. 44. *Tunc — v. 45. fecistis.*

Merito qui misericors fuit, regnum possidet, quia charitatem quae virtutum caput est opere compleuit: eius enim pars est eleemosyna. Qui vero fuit immisericors, in ignem ablegatur: quia loco dilectionis odium possedit, quod caput est vitiorum, et eius praecipua pars est inhumanitas. Ille quoque misericordem humanumque Deum imitatus est: hic autem immisericordem inhumanumque diabolum.

Vers. 46. *Et — aeternam.*

Vae omnibus quidem peccatoribus, maxime tamen immisericordibus.

Cap.

tentiae suae iustitiam demonstret. Venite inquit benedicti patris mei, et cetera. Quanto bono potiti

Verſ. 41. Τότε — αὐτοῦ.

Ὁρᾷς, ἡ βασιλεία μὲν τοῖς ἀνθρώποις ἡτοιμάσθη· τὸ πῦρ δὲ, τοῖς δαίμοσιν. εἰ ἀφρονέστεροι δὲ τῶν ἀνθρώπων τὰ τῆς βασιλείας ἄξια καταλιπόντες, τὰ τῷ πυρὶ ἄξια προεστίμησαν. διὸ καὶ ἐκείνης ἐκπεσόντες, τοῦτο κατεκρίθησαν. εἶτα καὶ ἡ αἰτία πάλιν τῆς τιμωρίας.

Verſ. 42. Ἐπείνασα — v. 43. με.

Οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐκ ἀπηλλάξατέ με τῆς πενίας καὶ τῆς ἀσθενείας καὶ τῆς φυλακῆς, ἀλλ' ὅτι τὰ ἀναγκαῖα οὐκ ἐνεδείξασθε, ὅτι τὰ ῥᾴδια οὐκ ἐπράξατε. πρῶτον δὲ τοὺς ἐλεήμονας ἀνακηρύττει, δεικνύων τὸ τοῦ κατορθώματος εὐχερές, ἵνα ἀπ' ἐκείνων τούτους καταδικάσῃ.

Verſ. 44. Τότε — v. 45. ἐποιήσατε.

Εἰκότως ὁ μὲν ἐλεήμων κληρονομεῖ τὴν βασιλείαν, ὅτι τὴν ἀγάπην κατώρθωσε, τῶν ἀρετῶν τὸ κεφάλαιον. ταύτης γὰρ μέρος ἡ ἐλεημοσύνη· ὁ δ' ἀνελεήμων εἰς τὸ πῦρ ἀποπέμπεται, διότι τὸ ἐναντίον τῇ ἀγάπῃ μῖσος ἐκτήσατο, τῶν κακιῶν τὸ κεφάλαιον. τότε γὰρ ὁμοίως μέρος ἡ ἀνελεημοσύνη. καὶ ὁ μὲν τὸν ἐλεήμονα καὶ Φιλάνθρωπον θεὸν ἐμίμησατο· ὁ δὲ τὸν ἀνελεήμονα καὶ μισάνθρωπον διάβολον.

Verſ. 46. Καὶ — αἰώνιον.

Οὐαὶ, πᾶσι μὲν τοῖς ἁμαρτωλοῖς· μάλιστα δὲ, τοῖς ἀνελεήμοσι.

poterit nomen hoc peuſari, vt benedictus ſis, idque a patre.

Cap. XXVI. v. 1. *Et factum est* — *v. 2. crucifigatur.*

Quum legale paſcha decimo quarto menſis incideret, ſicut lex quae de illo ſtatuit diſponebat: manifeſtum eſt quod haec duodecimo die menſis dixerit diſcipulis. Hoc ſiquidem duodecimo die in domo Simonis Leproſi coenauit: decimo tertio vero apud eum in cuius domo inſtratum eſt coenaculum, veluti paulo poſt demonſtrabitur: decimo quarto autem incidit paſcha. Dixit autem hoc ſignificans propinquam eſſe mortem ſuam: nam ipſo legalis paſchae tempore paſſurus erat et ipſe. Non autem ſimpliciter dixit, Traditur, ſed addidit, Vt crucifigatur. Iudaeis enim aperte quidem traditus eſt poſt vnum diem, videlicet decimo tertio. Nam hoc adhuc durante, poſtquam cum diſcipulis myſtica coena communicauerat, traditus eſt inſidiatoribus: vt autem crucifigeretur, traditus eſt poſt duos dies, duodecimum ſcilicet ac decimum tertium: De decimo quarto enim dicit euangeliſta, Tunc abſoluit illis Barabbam: Ieſum autem flagellis caeſum tradidit vt crucifigeretur.

Verſ. 3. *Tunc congregati ſunt* — *v. 4. occiderent.*

Quum lex iuberet, vt vnus princeps ſacerdotum conſtitueretur quoad viueret: hoc autem mortuo, alter loco eius crearetur. Iudaei legem euerterunt, et

[8]) Cod. A. *ἐδείπνησε.* Mox idem ante *τὴν τρισκαιδεκάτην* omittit *δὲ*, et addit ante *παρ' ᾧ*.

[9]) *βαραβᾶν.* Cod. A.

Cap. XXVI. v. 1. Καὶ ἐγένετο — v. 2. σαυρωθῆναι.

Τοῦ νομικοῦ πάσχα συμπίπτοντος κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ μηνὸς, ὡς ὁ περὶ τούτου νόμος ἐπέτρεπε, πρόδηλον, ὅτι κατὰ τὴν δωδεκάτην τοῦτο πρὸς τοὺς μαθητὰς εἴρηκε. κατὰ ταύτην μὲν γὰρ τὴν δωδεκάτην παρὰ τῇ οἰκίᾳ σίμωνος τοῦ λεπροῦ [a]) δεδείπνηκε· κατὰ δὲ τὴν τρισκαιδεκάτην, παρ' ᾧ τὸ ἐρχόμενον ἀνώγαιον, ὡς μετ' ὀλίγου δειχθήσεται· κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην δὲ, τὸ πάσχα συνέπεσεν. εἶπε δὲ τοῦτο, σημαίνων ἐγγὺς οὖσαν τὴν ἑαυτοῦ τελευτήν. ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ καιρῷ τοῦ νομικοῦ πάσχα παθεῖν ἔμελλε καὶ αὐτός. οὐκ εἶπε δὲ ἁπλῶς, ὅτι παραδίδοται, ἀλλ' ὅτι εἰς τὸ σαυρωθῆναι. ἁπλῶς μὲν γὰρ παρεδόθη τοῖς ἰουδαίοις μετὰ μίαν ἡμέραν, ἤγουν, ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ. ταύτης γὰρ ἐνισταμένης, μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τοῖς μαθηταῖς τοῦ μυστικοῦ δείπνου, παρεδόθη τοῖς ἐπιβούλοις· εἰς δὲ τὸ σαυρωθῆναι παρεδόθη, μετὰ δύο ταύτας ἡμέρας, ἤτοι, μετὰ τὴν δωδεκάτην καὶ τὴν τρισκαιδεκάτην. ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ γάρ φησιν ὁ εὐαγγελιστής· τότε [b]) ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν βαραββᾶν [c]) ὁ πιλάτος· τὸν δὲ ἰησοῦν [1]) φραγελώσας παρέδωκεν, ἵνα σαυρωθῇ. b) Matt. 27, 26.

Vers. 3. Τότε συνήχθησαν — v. 4. ἀποκτείνωσιν

Τοῦ νόμου κελεύοντος, ἕνα ἀρχιερέα καθίσαθαι μέχρις ἂν ζῇ, τούτου δὲ τελευτήσαντος ἕτερον ἀντικαθίσαθαι, παρέλυσαν ἰουδαῖοι τὸν νόμον,

[1]) Ita vterque etiam in contextu.

et annuam fecerunt ſummi ſacerdotii dignitatem. Vnde veriſimile eſt quod multi tunc erant, qui ſummo functi fuerant ſacerdotio, ſed iam compleuerant miniſterium quod fuerant ſortiti, quos nunc principes ſacerdotum euangeliſta nominauit. Scribas autem dicit legis doctores: ſeniores vero populi, antiquos ac ſapientiores, qui omnes ſimul tunc congregati ſunt ad Caiapham, qui tunc ſorte pontificatum gubernabat, ab hoc volentes caedis anſam capere, a quo potius eos prohiberi oportuit. Doloſam autem apprehenſionem dixit occultam captionem: eam enim quae in propatulo fieret timebant, propter eius diſcipulos, et eos qui alias illum ſequebantur.

Verſ. 5. *Dicebant — populo.*

